Digitized by Google

Digitized by Google

3595
Inv. B. 1 f. 131

Linschoten

Voyage

Digitized by Google


Digitized by Google

Reserve 107815

NAVIGATIO
AC ITINERARIVM IOHANNIS HVGONIS LINSCOTANI IN ORIENTALEM SIVE LVSITANORVM INDIAM. DESCRIPTIONES EIVSDEM TERRÆ AC TRACTVVM Littoralium. Præcipuorum Portuum, Fluminum, Capitum, Locorumque, Lusitanorum hactenus navigationibus detectorum, signa & notæ. Imagines habitus gestusque Indorum ac Lusitanorum per Indiam viventium, Templorum, Idolorum, Ædium, Arborum, Fructuum, Herbarum, Aromatum, &c. Mores gentium circa sacrificia, Politiam ac rem familiarẽ. Enarratio Mercaturę, quomodo & vbi ea exerceatur. Memorabilia gesta suo tempore iis in partibus.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1911
EX BIBLIOTH PUR COLLEG. LUGDUN.
BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

Collecta omnia ac descripta per eundem Belgicè; Nunc vero Latinè reddita, in vsum commodum ac voluptatem studiosi Lectoris novarum memoriaque dignarum rerum, diligenti studio ac operâ.



HAGÆ-COMITIS
Ex officinâ Alberti Henrici. Impensis Authoris & Cornelii Nicolai, prostantque apud Ægidium Elsevirum. ANNO 1599.

Digitized by Google

AD ILLVSTRISSIMVM ET SERENISSIMVM HESSIÆ Lantgravium in fabulam Europæ alluſio.

Tranſvexit pelago fruſtra obluctantibus undis
Candidus intactam taurus Agenoridem.
Fertur & aſserto mundi per devia greſsu,
Quem pietas alis ſubvehit alma ſuis.
Sidus ad hoc torque patriæ pater inclyte clavum.
Et tumidi placidam ſe dabit ira maris.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ATQVE SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. MAVRITIO LANTGRAVIO HESSIÆ, COMITI IN CATZENELNbogen, Dietz, Zigenhain, Nidda, &c.

MAgna sunt, Illustrissime Princeps, inter res mortalium virtus, & sapientia. longè vero maximum esse pietatem, qui non advertit, néque quid virtus ipsáque sapientia sit, satis mihi videtur advertere; Sunt illa quidem ad constituenda imperia, vindicandam legum auctoritatem, & res firmandas mutuo sibi; eíque pro rerum humanarum sorte satis firmo auxilio; hæc bene & salubriter consulendo, fortiter agendo altera. At quanto pietas, quam in vera Dei cognitione, puróque ejus cultu positam accipio, & conciliandis inter se animis utráque efficacior & instituendis rectè actionibus certior dux, tanto ad tuendam reip. tranquillitatem, & securitatem firmius præsidium, si enim hæ; quod sapientum plerísq. persuasum est, in bonarum legum observatione majori ex parte conquiescunt, apud quos major sperari; & diuturnior possit, quam ubi pietatis studio ducti officium singuli suum sponte faciunt? quæ æternæ veritati innixa, & utilis ad omnia, non florentia tantũ, sed beata etiam imperia & respublicas facit, cùm ipsa virtutis moderatrix sapientia & vindex sapientiæ virtus hujus luce destitutæ vix ulli nobis bono sint futuræ, quod non raro simulacra pro rebus, speciosa pro honestis, & salutaribus amplexæ ipsæ sibi interitus sint causa. Quod non eo (herculè) dixerim, ut tam præclara utiliáque divinę benignitatis dona vel momento elevem; (quis enim hoc probus ferat?) sed ut agnoscamus nihil hominibus posse in hac vita contingere præstantius pietate, nihil quod adversus omnem insultum pręstet tutiores, nihil quod hominem Deo propius conjungat. Vt vero referendas esse huc omnes animi dotes nemo sanæ mentis non intelligit, ita & obvium cuíq. est stipatã virtute seu fortitudine & sapientiæ studio pietatẽ clarius elucere, & bono pub. latius se, & uberius diffundere: quod in magno principe, quem te Christiana resp. agnoscit, quam in privatis evidentius, in C. T. illustriss. memoriæ majorib. evidentissimũ, quorũ insigni virtute servata hæc Hessiaci imperii amplitudo & asserta sua Germanię libertas, sapientia stabilita regioni tranquillitas, pietate excitatus admirabilis omnium istic ordinum consensus.

Quæ Hessiæ tuæ fœlicitas, quam alibi ab avorum jam memoria magna Christiani orbis pars desideramus magis quam speramus, adeo néq. hac temporum calamitate, néq. adolescentiæ tuæ imperio est inminuta quin optimi quíque intelligant, tam pertinaci C. T. studio, quam fęlici domesticarum virtutum æmulatione eo provectam, ut quo apud eam quísq. illustriori dignitate sit; aut loco, eo ad principis sui exemplum, laudé è continentia, quam profuso aut insano luxu malit petere, virtutem & sapientiæ studium vel antiquissimo

natalium ſplendore potiora habeat, certiorem in pietate quam opum magnitudine fœlicitatem ponat ut vel hinc liquere poſſit tam eſſe verum quã vetus vitam principis vivam eſſe legem, eóque vel ſolo nomine beatas dici poſſe reſp. ubi qui imperant, actiones conſiliáq. ſua ad pietatem omnia metiantur, quod ſine hac néque fortitudo, néque ſapientia nomen aut dignitatem ſuam tueri, ſine his conſtare imperiũ non poſſit, conjuncta abſolutã boni principis imaginem conſtituant. Quam ut ſpeciatim C. T. vel potius proavorum noſtrorum proſperitati Cattis gratulemur, fecit hinc nata illuſtriſſimi nominis tui gloria, quæ ut eſt conſentiens bonorum laus, néque nos latere potuit medicum & civem nactos excellenti artis ſuæ uſu & fide Bernardum Paludanum, qui a multiplici rerum cognitione, C. T. gratiſſimus non minori ſæpius voluptate quam aperto gratitudinis argumento has ejus dotes, & ſtudia tam commemorat explicatè, quam ab eadem benigne exceptus, & diu liberaliter habitus non difficulter illa potuit perſpicere. Eóque animum mihi (quæ mea erga illum obſervantia eſt) tam grato mihi, quam ſe digno ſermone accendit ut cogitanti qua animi erga tantum principem mei, propenſionem & ſtudium via declararem, haud ſatis ſcio qui præter morem, & verecundiam meam in mentem mihi veniret, ut rudes hos navigationum & rerum Indicarum commentarios, qui jam ſub prælo erant Latinè converſi illuſtriſſimo nomini tuo nuncuparem, quod unum è tenui peculio eſſe mihi videbã, quo apertius paulo animi hic mei ſenſus explicarem. argumento quidem valde exili, & qnod, non præter rationem principum otio cenſeri poſſit, nec ego ignoro indignum; ſed ne præter rationem mihi facturus viderer, idem mihi, qui accenderat animum confirmavit ſubinde, ad occaſionem repetens, quam C. T. ad horum inferiorum contemplationem non raro & qua alacritate ſe dimittat, haud novo ſane magni principis exemplo. Optarem equidẽ eas eſſe has diuturnæ & longæ peregrinationis noſtræ obſervationes, quæ vel elegãtia retinere aliquantiſper, vel argumento C. T. animum explere poſſent. Sed quando neutrum à vitæ meæ inſtituto ſperari, multo minus præſtari poſſit, bona me ſpes habet probatum iri C. T. attentam ejus, qua tum eram ætatis diligentiã & fidem, quam unam proxima noſtrorũ navigatione ad amuſſim comprobatam tam mihi jucundum eſt intelligere, quam moleſta aliquando & periculo plena navigatio. Erítque forſitan in rudi hac congerie, quod novitate & varietate prodeſſe poſſit, & placere: Deprecatus obnixe C. T. ut, ſi me conſilii mei ratio & inſtitutum fefellerit, pro ſua manſuetudine clementer ignoſcat & interpretetur. Deum Opt. Max. ſupplex oro ut illam Eccleſiæ ſuæ & imperio diu ſervet incolumem. Enchuſæ ad cal. Ian. Anno a Servatore nato 1599.

Illmæ. C. T.

deditiſſ.

Ioannes Hugonis a Linſchoten.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

PRAEFATIO AD LECTOREM.



Ector benevole: Cùm in Orientali India morarer, etiam (ut sine arrogantia loquar) inter primarios Christianos, aliarúmque sectarum homines ibidem degentes, non potui omittere; vel naturali instinctu commotus, vel peregrinarum rerum delectabili admiratione, modò hoc, modò illud animotare, picturísque pro virili delineare, ex rebus notatu dignis, quæ à nostri Cœli genio aut moribus differrent, privatis tantum studiis, ac amicorum post reditum meum delectationi intentus. At Enchusiam (Deo laus) reversus, multorum hæc mea Commentaria licèt rudia ac inornata iusspicientium admonitione exstimulor ad æditionem, intuitu voluptatis, qua Lectores meos (ut ipsi adserebant) satisfacerem. Atque ego eâ persuasione demùm commotus, majorem tamen ingenii subtilitatem, ac præcedentis exercitationis operosam polituram requirebam, ut eruditis eo modo sufficerem. Verùm qui jam mare ipsum plenum tenet, ut frustrà consilium suum arguit, quo cùm hauta ratem intravit, ità & ego non valdè me nunc in excusatione dilataverim, incusata temerè aliorum ignorantia. Tuæ duntaxat benevolentiæ insisto, quæ ingenii mei tenuitatem, styli infœlicitatem, exasciationémque asperam etiamnùm, ex animi mei bono probóque motu boni consulat, quo & amicis meis anteà gratificari volui, nunc verò & tibi, cubiculis, Musæisque clauso, offerre quicquid XIII. annorum spacio memoria dignum mihi in ipsa terra quam habitavi, ac reliqua peregrinatione contigerit. Confido id meum studium haud alienum fore utilitatis ac delectationis. Ceterùm nec imaginum obsecro elegantiam artemque operosiorem requires; nec summariæ narrationis suavem eloquentiam, cùm nativa rei figura, historiæque puræ ac verissimæ sufficere queant. Atqui juventam iis artibus excultam non habui, ergo honora mihi grataque res erit, si Proverbii ejus fructum cœperim, quod voluntatis bonæ adfectum pro consumati operis effectu ponit.

Vale.

Digitized by Google



Eoum nobis heic dat Lynſcotius Orbem,
Lynſcotum, artifici ſculpta tabella manu.

Digitized by Google

NAVIGATIO AC ITINERARIVM IOHANNIS HVGONIS LINSCOTANI IN ORIENTALEM SIVE LVSITANORVM INDIAM.

Descriptiones ejusdem Terræ ac Tractuum Littoralium. Præcipuorum Portuum, Fluminum, Capitum, Locorumq́, Lusitanorum hactenus navigationibus detectorum, signa & notæ. Imagines habitus gestusq́ Indorum ac Lusitanorum per Indiam viventium, Templorum, Idolorum, AEdium, Arborum, Fructuum, Herbarum, Aromatum, &c. Mores gentium circa sacrificia, Politiam ac rem familiarem. Enarratio Mercaturæ, quo modo & vbi ea exerceatur. Memorabilia gesta suo tempore ijs in partibus. Collecta omnia ac descripta per eundem Belgicè; Nunc vero Latinè reddita, in vsum, commodum ac voluptatem studiosi Lectoris novarum memoriaq́ dignarum rerum, diligenti studio ac operâ.

PRimo Iuventæ flore, cum domi viverem, habebat me summâ cum voluptate rerum admirandarum ac toto Orbe gestarum jucundissima lectio. Ceterum incessit tandem major ac uberior lubido visendi remotiores terras, ac relinquendi natale solum. Ita imaginariæ huic delectationi meæ fieret potissimum satis. Oppugnabat interim Amicorum ac Parentum Naturâ urgente tenerior adfectus, quem post rupi, insistens divino ad faustam spem auxilio: Erantque tum circa Texaliam Hollandiæ insulam plures naves ad navigationem in Hispaniam & Lusitaniam paratæ; ita captatâ occasione & impetratâ a parentibus veniâ, qui tum Enchusiæ habitabant, navem conscendi, quæ S. Lucam de Barrameda petebat; fratres mihi duo Sevillæ habitabant, eos invisere decreveram, parato in iis familiari velut præsidio ad perlustranda cætera Regionis & ad Hispanici idiomatis notitiam.

Motus animi Iohannis Hugonis ad cognoscendas res novas.

Ergo sextâ Decembris, Anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo nono solvimus ex Texalia, classe 80. navium, cursu ad Hispanias instituto. Nonâ ejusdem Franciæ & Angliæ Capita superavimus. Duodecimâ dedit se in conspectum Hispaniæ Promontorium, quod *C. de Finisterræ* vocant: Decimaquintâ terra Sintra alio nomine *C. de Roca ad ostium Tagi Fluminis*, cui nobilissima Civitas Lisbona adjacet. Hoc flumen aliquot ex classe naves, facto a reliquis discessu, subivere. Decimâ septimâ Promontorium S. Vincentij apparuit, & vigesimâquintâ ipso Nativitatis Christi die S. Lucæ fluento navis se nostra intulit. Ibi per duos tresve dies moram traxi ac inde Sevillam profectus ad eam vrbem prima Ianuarij veni ibique unum ex fratribus meis reperi, cum alter ad Regiam aulam Madritum esset profectus. Et quamvis me etiam tum vrgeret desiderium inspiciendi penitiora provinciæ, Sevillam tamen tenere cogebar ignorantiâ Iberici sermonis, quem omni studio addiscebam.

Anno 1579. Decemb. 6. ex Texalia navigat.

Eo interim tempore obijt Henricus ultimus ex Portugalliæ stirpe Lusitaniæ Rex. Ejus mors magnis motibus causam dedit. Instituerat enim testamento heredem Philippum Hispaniæ Regem sororis filium: verum Lusitani (ut sunt insitis qdijs Hispanorum hostes) plures a Rege Philippo aversi, in Antonium Priorem Ocratensem inclinabant, & erat is Henrici Regis defuncti fratris filius. Hispaniæ Rex certior factus de hac animorum dissensione, expeditionem in Lusitaniam parat, suscepturus ipse Regni Coronâ. Et præmittebatur Albanus Dux; qui magnis adjutus copijs quietem ac tranquillitatem metu belli conciliaret. Vi, donis, pollicitatione, pervicit Rex Philippus, & Hispaniæ imperio accessit Lusitania. Ex Sevilla multi tum cupidi novarum rerum ad Lusitanicum bellum proficiscebantur & inter eos frater meus, aliorum instigatione. Is ubi Badaios venisset (quę limitanea Hispaniæ civitas ad Lusitaniæ terminos aulâ tum Regis ob vicinitatem decorabatur) pacata omnia invenit, pulso Antonio & sublato in solium Regni per universam Lusitaniam Philippo. Ergo mutatâ frater sententiâ in familiæ Legati Regis ad rustica negotia destinati, sed Salamăticæ ex itinere in morbum incidit, qui *Tavardilha* dictus Hispaniam infestabat multâ mortalium strage; is & fratri meo lethiferus fuit.

Mors Regis Lusitaniæ Henrici.

Digitized by Google

Annotatio D. Palludani.

Morbus hic contagiosus & latè serpens non tantum Hispaniam, sed Italiam, Germaniam & pleraſque Europæ terras vastabat, in quem & ego in Italia eo tempore existẽs incidi. Nomine Italo Coccolucio vocabatur. Ægri enim cantum galli strepera voce æmulabantur, distillatione aspera in gutturis partes. Febris in hoc morbo continua erat, variis adfectionibus; non tamẽ supra quatuor dies stante morbi violentiâ.

Haud magno ante hoc tempus ſpatio ingens in Luſitania peſtis ſæviebat, quæ Liſbonæ ſpacio biennii Lxxx. mil. mortalium abſumpſerat. Inde hæc ægritudo ſecuta totius Hiſpaniæ incolas maximis ad fecit miſeriis.

Iohannes Hugo, nobilis Germani familiaris, Luſitaniâ luſtrat.

Menſis Auguſti die quintâ ejuſdem anni, jam aliquâ idiomatis peritiâ adfectus dedi me in familiam ex Germania Nobilis. Hic Luſitaniam perluſtrare cogitabat, terreſtri itinere. Sevillâ primâ Septembris profecti Badajos venimus octavâ ejuſdem menſis. Eo in oppido fratrem meum conveni adſeclam Aulę regię. Is geminus erat ſupradicto mortuo fratri.

Regina Hiſpaniæ moritur ac ad S. Laurentii monaſterium defertur.

Eodem menſe obiit Regina Hiſpaniæ Anna Auſtriaca ſoror Imp. Rodulphi & Imp. Maximiliani filia, vxor Regis Philippi quarta, magno totius Hiſpaniæ dolore. Badaiis cadaver tumulo in S. Laurentii monaſterio illatum fuit. Poſt aliquot dies quos Badaiis traxeramus Liſbonã profecti tranſivimus civitatem Elvas. Ea Luſitaniæ prima eſt, diſtans 2. aut tribus mil. a Badaiis; eſtque inter iſta oppida terminus Hiſpaniæ & Portugalliæ. Liſbonam venimus 20. Septemb. hanc tum Gubernatoris titulo Dux Albæ tenebat & magno omnia apparatu fremebãt in adventum Regis, qui vetuſto Luſitaniæ ritu erat inaugurandus. Ceterum me Liſbonam venientem mutatione ſoli & durante adhuc aëris intempetie recentibuſque morbi veſtigiis ægritudo invaſit, detrimento ſanitatis, quam tamen poſt ſepties repetitam venarum ſectionem recuperavi. Parvo jam tum apud nobilem emolumento vivebam, itaque Mercatori me adjunxi, ſub quo dum meliora expecto, Mercaturæ artes cognoſceré: interim peſtis, quæ novis viribus ſuccreverat ceſſare cœpit, tardaveratque ea hactenus adventum Regis: ſed remoto penitus periculo menſe Majo Anno Lxxxj. Liſbonam venit, ibique, magnis alioquin exceptus triumphis, Germanicæ nationi palmam reliquit eximii operis & ſpectaculi: Erat autẽ factus Pons cum Arcu triumphali, eo in loco quem primó Rex tranſivit, multis undique picturis ac imaginibus lætitiam teſtantibus, exornatiſque hiſtoriarum ac Tapetorũ multitudine compitis, maximâ omniũ celebratione & læta, ut in talibus, acclamatione.

Iohannes Hugo poſt morbi vexationem Mercatori ſe jungit.

Rex Hiſpanię Liſbonæ excipitur.

XII. Decemb. Anno Lxxxj. exceſſit è vita Dux Albæ Liſbonæ, ante obitũ per xiiij. dies lacte muliebri enutritus. Cadaver ad Albanenſem terram delatum, ibi ſepulchro inlatum fuit, aromatibus ante conditum.

Dux Albæ moritur.

Eodem menſe, cùm Rex adhuc Liſbonæ degeret obiit Princeps & heres Regni filius natu major *Diegus* Madritii, novo & ſubito Aulæ mœrore & reſtabant duntaxat filius junior Philippus & duæ filiæ ex liberis Regiis.

Filius Regis obit.

Circa hæc tempora excepta fuit Liſbonæ magno apparatu ſoror Regis Maximiliani Imp. defuncti uxor, una trahens filiã claudo pede deſtinatam monaſticæ Religioni.

Proceres Hiſpaniæ ac Luſitaniæ fidem dant Philippo filio Regis.

Poſt obitum *Diegi* Regis filii Liſbonam convenerunt omnes Hiſpaniæ ac Luſitaniæ proceres. Illi in palatio Regio fidem magnâ ſolemnitate dederunt Principi Hiſpaniarum Philippo, ut heredi & ſucceſſori Regnorum Hiſpaniæ ac Luſitaniæ, cæterarumque patris dominationum. Initio Anni Lxxxij. Liſbonâ mari ingens ſe claſſis commiſit. Hęc a Marchione S. Crucis conducta. multo nobilium comitatu in demonſtrationem bonę erga Regem voluntatis, Flandricas inſulas ex decreto petebat, quibus tùm adſidebat Antonius, multâ vi Gallicarum naviũ, ſub Philippo Storzza præfecto, ſed poſt dirum adverſarũ claſſium concurſum plurimâ mortalium hinc & inde commiſſâ cæde, ſiniſtra fortuna in Gallos incubuit. Captivi fuere multi ac prȩcipui Galliæ nobiles, quos Marchio in S. Michaelis inſula capite trũcatos vita ſpoliavit, abductis cæteris ad officia triremium: ipſe Antonius Liburnicæ præſidio evaſit, cum Philippum Strozzam graviter ſauciũm minutum Acatium haberet: is poſt ex vulnere obiit. Magnus inde Hiſpanis ex tãta victoria animus, paratis Marchioni ingentibus triumphis. Ita pacatis omnibus diſſidiis Rex Liſbonã commiſit ſororis filio Alberto Auſtriaco Cardinali. Ipſe cum Imperatrice ſorore & Cardinalis matre totaque Aula Madritium Hiſpaniæ urbem abiit.

Claſſis ad Flãdricas inſulas adverſus Antonium.

CAPVT II.

Principium navigationis meæ in Luſitaniæ ſive Orientis Indiam.

SEd dum Liſbonæ ſedeo & minuta eſſent ob recentes Luſitanorum ac Iberorum diſſenſiones commercia, obtulit ſe lætior occaſio ad deſiderii mei implementum. Erat Liſbonæ ex S. Dominici Regula Monachus, frater Vincentius Fonſeca, nobili genere natus, & ob ſingularem doctrinam in concionatorem Regis Portugalliæ Sebaſtiani adoptatus. Hunc in Africam euntem cum exercitu ſecutus fuerat & interfecto Rege ipſe quidem captivus extitit, poſt vero pecuniâ redemptus in Patriam redierat. Ibi Philippus Rex, cognitâ hominis prudentiâ in pretio eum habuit, idemque

Digitized by Google



BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1917

tionem Piperis, & Mercatores ſingulis annis ſortem mittunt, ad ejuſdem aromatis emptionem; vt & alij privati ſuas pecunias ad varios uſus. Eſt enim præſtantiſſimum ex hoc monetæ genere in India lucrum; Cum (ut noſtri computant) 40. in centum

nautæ, Tormentarij, &c. qui in aliquo navis miniſterio degunt, juxta rationem officij fruuntur. Vietor 3. Ducatos menſtruos habet & 3900. Reyſos cauſa vecturę. *Strinceri* duo, qui velum & Acatium rotæ beneficio dimittunt re poſtulante, ſinguli unum Mil-

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1861

tranſivit, multis undique picturis ac imaginibus lætitiam teſtantibus, exornatiſque hiſtoriarum ac Tapetorũ multitudine compitis, maximâ omniũ celebratione & læta, ut in talibus, acclamatione.

XII. Decemb. Anno Lxxxj. exceſſit è vita

tugalliæ Sebaſtiani adoptatus. Francia[illegible] fricam euntem cum exercitu ſecutus fuerat & interfecto Rege ipſe quidem captiuus extitit, poſt vero pecuniâ redemptus in Patriam redierat. Ibi Philippus Rex, cognitâ hominis prudentiâ in pretio eum habuit, idemque

idemque Concionatoris munus permisit, facta spe ad majores dignitates; & vacabat Archiepiscopatus Indiæ Orientalis; hunc Rex impetratâ mox a Pontifice confirmatione Vincentio obtulit, qui veritus tædium & longinquitatem navigationis, non ita lubenti animo ad dignitatem istam accedebat. Verum vbi Rex voluntatem suam ingessit, & spem redeundi post quinque quatuorve annos, parato tum ingenti præmio in Lusitania, conditionem suscepit. Hic ego rem quam quærebam opportunè nactus, omni studio conabar familiæ Archiepiscopi accedere, cumque eo in Indiã navigare. Commodùm autem frater meus tœdio Aulæ adfectus, a Domino suo, qui Regi a secretis erat, Scribæ munus in Navi Indiam Orientalem eo anno petente, impetraverat. Idem vero fratris mei monitu Dominus, Archiepiscopo cui perquam familiaris erat me commendavit, & ab eo haud ægrè susceptus cum cæteris annotabar, erãt autem 40. numero. Frater meus cui electio Navium concedebatur, eam quâ Archiepiscopus vehebatur sibi deputavit, vt commodius mutuo uteremur auxilio. Ita quæ ad navigationem pertinebant cuncta curabamus. Classis autem nostra quinque Navibus constabat. Et *S. Philippi* Prætoria Navis nomine vocabatur, vice Prætoria *S. Jacobi*, *S. Laurentij* tertia, quarta *S. Francisci*, quinta *S. Salvatoris*; quæ nostra erat, duæ priores noviter fabricatæ & instructæ, ad nomen Regium Principisque respiciebant, sub Divorum tutelâ.

Vincentius Fonseca Archiepiscopus Indiæ.

Cui Iohãnes Hugo naviganti in Indiam se addit.

VIII. Aprilis Anno M.D.LXXXIII. die Veneris Sanctâ, quo potissimum tempore soluunt Naves, pari cursu Lisbonâ Oceanum ingressi, cursum versus Insulam Maderam tenebamus implorato divini numinis auxilio; sine quo omnes conatus nostri vani apparent.

Navigat 8. Ap. An. 1583.

CAPVT III.

Ordo Navium Indiæ in Orientalem Indiam Navigantium.

NAves Indiæ communi vulgarique fere numero quadringentos sive quingentos homines singulę habent, etiam subinde plures, pro ratione temporis aucto inter Milites & Navales socios numero. Minuto autem onere in Indiam proficiscuntur. Dolia quædam olei & vini ferunt aliasque privatorum merces, præter cibũ & saburram. Potissimùm vero in Indiam argentei nũmi mittuntur, quos *Realos* vocant, 40. sestertijs fere æstimatos. Servit hæc pecunia ad solutionem Piperis, & Mercatores singulis annis sortem mittunt, ad ejusdem aromatis emptionem; vt & alij privati suas pecunias ad varios usus. Est enim præstantissimum ex hoc monetæ genere in India lucrum; Cum (ut nostri computant) 40. in centum vice quæstus cedant. Navigijs in Mare delatis, relicto Fluminis cursu, delectus omnium habetur; tam Navalium sociorũ, quam Militum. Qui autem Albo inscripti in Lusitania permãserũt, a scriba navis adnotãtur ut is in Lusitania postmodùm, fidejussorem cõveniat: omnes enĩ fidejussorẽ offere debẽt, facultatesque absentis, quæ in navi reperiuntur auctione vendũtur, confecto earum Inventario & apud Capitaneum Navis depositio. Ita quoque de mortui in navigio bonis fit: Sed illa vix ad justos Dominos redeunt obscuratis facultatibus.

Naves Indiæ communi vulgarique fere numero quadringentos homines singulę habent.

Pecunia quæ apud Indos quæratur.

Hominum delectus.

Fidejussores constituere omnes navigantes tenentur.

Nauclei Gubernatorisque præmium in abitu redituque ad 120. Milresos ascendit. *Milresus* autẽ ad 7. Carolinos Belgicę monetæ redigitur. Ceterũ in Lusitaniæ rationibus omnes summæ in minutũ quoddam pecuniæ genus referuntur, *Reysos* vocant. 160. Reysi unum Carolinum conficiũt, aut quatuor Realos argenteos; ita duo Reysi quatuor chalcis valent, unusque duobus juxta monetam Batavię. Hæc ideo refero ut constet lectori computationis apud Portugallenses ratio. Nunc ad institutum. Auctoramento Gubernator & Nauclerus singuli 24. Milresos accipiunt, & sunt illis reliqua haud exigua præmia ex cameris superioribus & inferioribus, quas locant accedente item privilegio immunitatum, quod in onerandis Navibus cum ceteris Navium ministris habent. Verum licet hoc lucro adficiantur boni Nautæ, magnas tamen ante largitiones effundunt, ita ut ex talibus quæstus vix impensam pecuniam æquet. Itaque officia hæc a *Proveadore* Architalasso Regio non sine magnis donis comparantur, favore non merito. Præmium equidem quod supra memoravi certum non est, mutatur ex occasione; erat autem cum nos navigaremus hæc salarij ratio. Celeustes vero salarij causa 50. Milresos accipit, auctoramẽti 10. Proreta 1400. Reysos singulis mensibus & ex vecturę immunitate 2800. Reysos, in auctoramentum 7. Milresos. Gubernator quem inferiorem vocant in singulos menses 1200. Reysos, qui tres Ducatos conficiunt, eodem censu in vectura cum Proreta. Duo fabri qui Navem stipant singuli in menses 4. Ducatos accipiũt & causa vecturæ 3900. Reysos. Dispensator qui potum cibumque distribuit Milresum in menses habet & ex vectura 2340. Reysos, tantundem *Merintho*, qui captivos facit & ignem annonamque militarem custodit exceptis cubiculis & immunitatibus vectigalium, quibus & ceteri Officiales, Nautæ, Mesonautæ, Tormentarij, &c. qui in aliquo navis ministerio degunt, juxta rationem officij fruuntur. Vietor 3. Ducatos menstruos habet & 3900. Reysos causa vecturę. *Stringeri* duo, qui velum & Acatium rotæ beneficio dimittunt re postulante, singuli unum Mil-

Portugallorũ rationes.

Navalium sociorum præmia.

Digitized by Google

resum in mensem habent & 2800. Reysos ex vectura. Triginta tres nautæ Milresum singuli in mensem accipiunt & 2800. Reysos pro vectura. Triginta septé Mesonautæ in mensem singuli habent 660. Reysos & 1860. Reysos ex vectura. Quatuor Pueri in mensem computatâ etiam vecturâ 443. Reysos sperant. Conestabilis unus & octo Balistarij diverso in menses pretio serviunt, neque Tonsori certum stipendium est. Institor & Scriba nullum accipiunt salarium, Cubicula duntaxat quædam singuli habent: Vnum inferius quod viginti Orcas ad decem vasa continet, & alterum superius ad somnum; ex istis magnus quæstus redit. Atque his constat universum Navigij ministerium. Cibus autem inter socios distribuitur; ut quisque nullo discrimine indies habeat pondo & dimidium ex Biscocto, dimidium Vini poculum, Amphoram aquæ, *Arrobam*, quæ triginta & duo pondo salitæ Carnis habet, in mensem, quosdam insuper pisces induratos, Cæpas, porrum, &c. quæ omnia parvi sane pretij confestim dividuntur. Quædam ex Saccaro, Mel, Vuæ passæ, pruna, farina, aliaque bellaria ad ægrorum necessitates custodiuntur. Coquinariam supellectilé quisque sibi parat. His quos enumeravimus accedit Scriba Regius, cum eo qui penum procurat, ad usum militum, quibus sua distributio est, more tamen eo, qui etiam inter Nautas servatur. Hæc fere ita se habent, quando Indiam naves petunt: In reditu, nulla nisi aquæ & Biscocti distributio usurpatur, usque ad Caput Bonæ spei; ab eo Capite in Hispaniâ usque propria sibi curâ victum Nautæ procurant. Ceterum Milites & illi qui una navigant ab omni tunc distributione semoti sunt. Libera navigatio tantũ conceditur, Cistam unam in alvo navis habét, & foros ad somnum. Absque venia tamen a Prorege impetrata ex India nõ proficiscuntur, quinquennii omnes termino ad servitium Regis in ijs partibus obstricti. Mancipia naulum solvunt & tributum Regi, quod in descriptione Reditus nostri declarabimus.

Maderam videat.

XV. Aprilis conspectæ fuerunt a nostris Insulę Madera & Portus Sanctus, eo in loco Naves, factâ segregatione ad diversos cursus abeunt. Ita antevertere socium quisque contendit Nauclerus, quæstus uberioris spe, ad primũ in Indiam appulsum. Ea lubido subinde infœlicis navigationis causa est, demptâ ope mutuâ, quando nocturnis ac intempestivis horis inopinatum urget periculum.

Ora Guineæ apparet.

~~XXIIII.~~ Ora Guineæ apparuit. Ea initium ducit a 9. gradu porrecta usque ad Æquinoctialẽ Lineam. Ibi tonitrua & fulmina exaudiuntur. Ibi imbrium magna & subita copia cadit, tantâ vi, ut ad legenda vela sæpenumero sit veniendum. Intolerabiles hic æstus sunt, & aqua quæ in Navi servatur pessimum ipsa odorem contrahit, ut occludendæ sint bibenti nares: Verum ubi Æquinoctialem superaveris, ipse fœtor emendatur. Ad terram si prope accesseris tempestates graviores intelliges, & tranquillitates invisas ac tœdiosas, ideo Navigia ad duos aliquãdo menses illo in tractu coactæ morantur, antequam Æquinoctialem transiere queant. Tum vento feruntur generali, qui Notapeliotes est. In hoc autem tractu dubio & anxio cursu Naves tendunt. Ad oram enim Brasiliæ 18. gra. syrtes quædam sunt, quas Lusitani *Abrolho* vocant, porrectæ in Oceano ad 70. mil. sitæ ad dextram & inferiorem terram. Ideo nautæ vitandi periculi gratiâ Guineæ propius accedunt; si enim in hęc brevia inciderent, haud sine magno Naufragij periculo Lusitaniam cogerentur repetere. Ita Admiralio nostro S. Philippi anno lxxxij. acciderat. Is enim nocturnâ navigatione in has syrtes incidit, magno metu naufragij: sed bonâ usus fortuna illud quidem periculum evasit, at relictâ institutâ navigatione in Lusitaniam redijt. Hoc autem anno, ut eadem pericula evitaret & studiosius oram Guineæ tenet, duos ibi menses imbribus & malacia detentus consumpsit. Inde diligens nauclerus & oram Guineæ vitabit, ad effugiendas tranquillitates, & Brasiliæ non temere accedet, ne in istas syrtes incidat, summa enim totius itineris ex hac moderata velificatione dependet.

Ejus conditio

Cautio Nautarum.

XV. Maij cum ab Æquinoctiali 50. mil. ad Septentrionem navigaremus, occurrebat nobis Gallicus Myoparo. Is mox socios nostros injecto metu turbavit, erant enim plurimi morbis ob maximum calorem, qui istas partes adficit invalidi, accedente imperitiâ maris & marini conflictus: sunt quippe plerique navigantes tempestatum rudes & propterea ad ordinem ac disciplinam inepti, excussis tamen tormentis aliquot, Myoparone discedente, metus cessavit.

Eodem die circa vesperam cõspecta fuit a nostris major Navis; illa ut arbitrabamur ex classe nostra erat & cum inito colloquio approquinquasset S. Francisci navem esse intelleximus; nostro omnium gaudio.

Æquinoctialem superant.

XXVI. Maij Lineam Æquinoctialem superavimus, quæ mediam S. Thomæ Insulam dividit, ad oram Guineæ, & tunc primum visum nobis Australe Astrum, amisso Septentrionali, Sole in meridie Septentrionem obtinente, ita ut adflaret generalis ventus Euronotus, qui in isto tractu per integrum annum fertur.

XXIX. Maij qui dies Pentecostes festo erat inlustris ex antiqua consuetudine in navibus Imperator quidam eligitur, omnesque Officiales immutantur, constituto insuper epulo, quod in tres quatuorve dies extrahitur.

Digitized by Google

extrahitur. Itaque a noſtris eodem more Imperator delectus fuit. Ceterum conviviis intentos excepit ſubita diſcordia, quæ creſcens cunctos ad arma concitavit & educti erant fere 100. enſes in mutuam perniciem, niſi Archiepiſcopus ex cubiculo erumpens, magnis clamoribus ſeditionem compoſuiſſet, enſeſque omnes ac pugiones abſtuliſſet, comminatus excommunicationis notam in eos, qui novas res moliri conarentur. Præcipui autem ſeditionis authores in compedes cogebantur; ita deinceps quieti conſultum.

XII. Iunii ſyrtes iſtas Braſiliæ evaſimus, inde ſocijs magnum gaudium, adempto metu reverſionis in Luſitaniam. Et ferebamur etiam tum generali vento, qui nos uſque ad flumen Argenteum deduxit; ibi ſecundus nos ventus excepit uſque ad Bonæ ſpei caput.

XX. ejuſdem Menſis S. Franciſci navis, quæ hactenus nobiſcum fuerat extra conſpectum abiit.

XI. Iulii Gubernator quinquaginta mill. nos abeſſe a Bonæ ſpei capite computarat. Ideo juſſu Archiepiſcopi terræ admota navis, ut ipſum Caput contemplari liceret, nebulâ & caligine deceptâ in continentem incidit. Diſtabat continens ſpatio tantum duorum mill. ita nobis metus, nam præter computationem acciderat. Ceterum diſſipatâ nebulâ terram agnovimus C. Falſi & ſyrtes illius tractus diſtantes in Orientem 15. mill. a Capite Bonæ ſpei Moſzambicquam verſus. Caput Bonæ ſpei ad 55. gra. Auſtralis plagæ extenditur. Hic Malacia nos habuit & cœli fœlix nitor, is mediæ diei ſpatio durabat, quo piſcationi in ſyrtium fundo 10. & 12. ulnarum eximii piſcis vacabamus. Is Aſello minori haud diſſimilis eſt, Luſitani *Peſcadas* vocant.

Caput Falſum videnr.

XX. ejuſdem jungebamur denuo navigio S. Franciſci. Id uſque ad xxiiij. una nobiſcum navigavit. Eodem die omnia vela deduximus; erat enim ventus adverſus; ita quietè ferebamur, ne recideret navis. In altitudine terræ Nativitatis tunc eramus; ea incipit a 32. gradu, finiturque 30. A Capite Bonæ ſpei diſtat 150. mill. Hoc in tractu vulgo conſilium petitur ab officialibus navigii. Num navigatio perducenda ſit inter continentem Africæ & inſulam S. Laurentii; an vero circum ducenda exteriore S. Laurentii parte. Interior illa Moſzambicquam petit ac inde Goam; qui autem circumducunt ac S. Laurentii Inſulam ad ſiniſtram habent, Goam venire nequeunt, inferior enim illorum curſus eſt abripiente fluctu. Cochinum ergo illis portus eſt. Diſtat autem Cochinum Goâ 100. milliaribus tractu inferiore verſus Auſtrum. Cæterum ubi navigia Caput ſerius tranſeunt, tunc inconſultum eſt Moſzambicquam navigare, nam tardius Goam veniunt ob tranquillitates, quæ interiorem iſtum curſum infeſtant. Sed qui Iulio menſe Caput ſuperant Moſzambicquam fœliciter petunt, tempore ſufficiente ad aquationem; & 10. aut 12. dierum quietem. Sed qui Auguſto menſe tranſeunt, hi Cochinum neceſſario petunt. Habet autem ea navigatio moleſtiæ plus; quod plerunque morbis & infirmitatibus ſocii vexentur; erurum vitio ac oris.

Xxx. ejuſdem ad altitudinem Capitis *das Correntes* ferebamur, diſtat 130. mill. a terra Nativitatis, eſtque 24. gradu ad Auſtrum; ibi curſus initium inter Inſulam & continentem eſt.

Inſula S. Laurentij a M. Paulo magna Inſula Madagaſcar vocatur, ab Andrea Theveto Madagaſcar, ea maxima omnium Orientalium Inſularum, magnitudine Caſtillia ſeu Portugallia Regnum excedit: ad alteram partem Africæ jacet, ubi caput Bonæ Spei tranſiveris. Longitudinem juxta opinionem Theveti habet 72. grad. & latitudinem 11. gra. 30. min. Complectitur juxta quorundam computationem 3000. Italiæ mill. Iuxtà aliorum 4000. ea conficiunt 600. vel 800. mill. Alemaniæ. Temperatura bona Inſula hæc habetur, ideo multi hic incolæ qui omnes Machometani ſunt. M. Paulus enarrat hac in Inſula quatuor eſſe Seniores, qui Imperium obtineant, eamque divitem eſſe ſilveſtribus & domeſticis animantibus, peregriniſque avibus, quas fabulis nulla commemoratione dignis dilatat. Habet etiam hæc Inſula Elephantos & diverſa animalia; quibus unum duntaxat cornu eſt, quorum unum genus Aſini India nomen habet; alterum Orix vocatur, fiſſis vngulis. Ingentem habet copiam Anguium, Lacertorum & vaſtas Sylvas ex Sandalo rubro; parua ibi ob abundantiam æſtimationis. Etiam Mare electrum gignit. In hac præterea Inſula copia Orizæ, Hordei, Mali Aſſyrici, Citri & Peponum eſt. Pepones ita magni, ut vir eos vix complectatur, rubri, flavi & albi. melioris ſane guſtus quam noſtri. Zingiberis fert eandem copiam, viride id in cibum incolis eſt, Mel, Arundines Sacharo divites; quarum tamen vſum ignorant, Crocum, multas medicas herbas ac Indicas Nuces. Producit etiam Argentum. Multis irrigatur Fluminibus amœniſq; Fontibus. Habet Portus commodiſſimos, in quibus multi Sarraceni ac Mauri commercia exponunt, Aurum nempe, Sericum, Goſſypinas veſtes, linteamina, &c.

A Capite *das Correntes* Inſula S. Laurentii diſtat 120. milliaria; ipſa in longitudine habet 220. porrecta in Auſtrum & Septentrionem; in latitudine autem 70. mill. incipit 26. grad. & 11. verſus ſeptentrionem finitur. Incolæ nigri ſunt, ut & populi Mozambicquæ, nudi incedunt, capillo non tamen ita criſpo ſunt ut Moſzambicquæ

Digitized by Google

gentes, neque ita picei. Luſitanis tenue commercium cum Inſulanis eſt, nullâ enim opum vi præditi habentur, ideo hactenus fere incogniti jacent. Primâ Auguſti evaſimus ſyrtes quas *Baixos de Iudia* vocant; illæ a Capite *das Çorrentas* 30. milli, diſtant, ſitæ inter Inſulam S. Laurentii, & continentem, nimirum ab Inſula 50. mill. & a continente 70. Incipiunt vigeſimo ſecundo gradu & dimidio, & finiuntur 21. Prorſus horrendæ ſunt ac periculoſæ, multiſque navibus exitiabiles, & nuper Anno 1585. navi prætoriæ S. Iacobi, quæ vicepræ-toria jam claſſi noſtræ erat, ut ſuo loco narrabimus.

Syrtes Indaicæ.

Mozambicquâ veniunt.

IIII. Auguſti Moſzambicquæ terram conſpeximus, ea diſtat a dictis ſyrtibus 90. milliaria 15. gradu ad Auſtrum. Poſtero die ad Moſzambicquę ſtationem delati fuimus, ipſoque in oſtio navem ſupradictam S. Iacobi aſpeximus, ſemperque ab ea ſegregatione circa Maderam diviſa fuerat. Pridie S. Laurentii & S. Franciſci naves ad eundem locum acceſſerant. Eæ erant ex claſſe noſtra. Verum & ibi hærebat etiamnum navis quę Malaccam ex decreto petit: illa prior menſis rermino ceteras ex Luſitania in Indiam proficiſcentes naves antevertit, quod longiore utatur navigatione. At Moſzambicquam aquationis cauſa ſubinde petit ita exigente neceſſitate; aliter S. Laurentii inſulam ad ſiniſtram legit. Quatuor ex claſſe noſtra naves ad Moſzambicquam ſtabant & prætoria S. Philippi duntaxat derat; illa dum cautius ſyrtes Braſiliæ *Abrolhos* vitat, inciderat in tranquillitates, quæ circa oram Guineæ ſunt, ideo Æquinoctialem longo poſt tempore tranſmiſit, exteriorique curſu relicta Moſzambicquâ Cochinum appulit, poſt longas ſociorum miſerias, & diverſas *ſcorbuti* vexationes; cum jam nos ante duos menſes Goam tenuiſſemus.

Navis Malaccæ quo tempore navigęt

CAPVT IV.

Deſcriptio Moſzambicquæ 15. grad. ſitæ ad Auſtrum, ad Oram Melindæ, Abex ſive Abexim.

Moſzambicqua Oppidi nomen eſt in Inſula Praſio ſecuro ſed minuto Portu, ad dextram habens Mineras Auri Sofalæ, ad ſiniſtram illuſtrem Civitatem Quiloæ, & quamvis aer ibi parum ſit integer, incolas tamen complures habet, ob ſitus commoditatem. Olim Tyrannus Quiloæ obtinebat Imperium & a Mahometanis habitabatur, ſub Gubernatore quem Arabes Zequen nominabant.

MOſzambicqua Inſula a continente interjecto medii mill. ſpatio dividitur, curvo ut continens littore, licet Septentrionem verſus latius in mare protendatur quam ipſa inſula. In anteriori parte aliæ duæ inſulæ jacent S. Georgii & S. Iacobi, illę cum continentis extremitate quadrant. Inter has duas Inſulas, quæ inhabitatæ ſunt & continentem, curſus Moſzambicquam fertur, ut ad Auſtrum ad ſiniſtram ripam inſulæ conſpiciantur, & continés ad dextram ad Septentrionem, ita parvo milliaris ſpatio in Moſzambicquam tendit navigatio ſecura abſque exploratore maris. Nam altum ibi eſt, & apparent inluſtres arenæ continentis, ut facile vitari poſſint. Prope ad arcem & inſulam naves admotæ ſtant, ita ut lapidis jactu terram attingas, inter continentem & inſulam prębente flumine portus faciem. Inſula magnitudine medium milliar. complectitur, ſolo plano & littore, arenis albicantibus. Fert Indicas Palmas & Nuces, etiam quaſdam arbores Malum Aſſyriam, Citrum & Ficus Indiæ. Cæteri autem orientis fructus vix inveniuntur, etiam Frumentum, Oriza, cæteraque ad victum, linteamina aliaque neceſſaria ex India deferuntur. Boves, Oves, Capreæ, Sues, Gallinæ, &c. quę ad pecuariam rem ſive carnariam pertinét facilè hic comparantur & vili prętio. Oves hujus tractus magnitudine inſolenti caudam habent, ut in cibum ſufficiat ac vaſtitate cæteris Ovium partibus æquetur. Gallinæ nigris ſunt plumis, carne quoque nigrâ ac oſſibus atris; ita ut coctæ tetro ac fuligineo colore in menſis appareant: Ceterum guſtu optimo ac ante cæteros præſtabili hoſpites recreant. Caro ſuilla in deliciis habetur eſtque ea munda & palato gratiſſima, ſupraque omne genus carnium inclyta, ægris ideo non interdicta ſublato alias juxta medicorum diſciplinam omni carnium uſu. Aqua potabilis dulcis huic Inſulæ nulla eſt, ſed ex continente transfertur, ex loco quem Luſitani *Cabaſera* vocant; ideo ollæ ingentes ex India in ſupellectile ſunt, quibus aquam ſervant.

In Moſſambicquam ſecura navigatio.

Fructus Moſzambicquæ.

Oves ac pecora.

Gallinæ nigris carnibus.


Luſitani Arcem in hac Inſula obtinent, quæ intra decem aut duodecim annos conſummata nuper, duabus Inſulis obiicitur, ad acceſſum Navium. Munita eſt, ſi qua in partibus Indiæ, ſed parum tormentis inſtructa ac bellico apparatu; vix ullo etiam milite, habitata tantum a Duce ejuſque comitibus. Ceterum ubi res poſtulat Luſitani omnes qui familiam alunt & connubiis juncti ſunt ac inſulam colunt, quadraginta aut quinquaginta numero ad ſummum feré, tenentur ad defenſionem Arcis. Aliâ quippe munitione Inſula non [illegible] eſt, cętera aperta ſunt & expoſita nudis littoribus. In circuitu interiore caſtri ciſternæ multæ paratæ ſunt ad aquæ conſervationem, ita in annum neceſſitate ingruente aqua procurata ſufficit. Præter hos quadraginta & quinquaginta

Arx Moſſambicquæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Denſes ſylvæ ebanos aurum mihi viſcera terræ
Ambara fert pretio littus odore pari
Auferri hæc tolerabile nũ quoq; pubem
Aueheret pelago dira cupido meam
Ploogerb




Terra firme

Inſulæ et arcis Mocambiquæ deſchriptio ad fines Melindæ ſitæ ebano puriſſ. auro et ambare odorato affluentis hinc magnus seruorum numerus in Indiam abducitur, H. Linſchoten inuent

Beschryuinge des Eylants en ſlot Mocambique gelegen op de grenſen Melinde seer Ryck van Ebanhout, fijn gout en Ambargrys, waer aff... veel ſlauen naer Indyen wech gevoert werden door Jan Huygen van Linſchoten

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

quaginta Lusitanos & *Mesticos* sive Mixtos (qui a Lusitanis in India procreati & mixtâ generatione feruntur Lusitanorum appellatione veniunt) in hac Insula quadringentæ stramineæ casæ sunt indigenarum Nigritarum, colore quo & ii qui circa Caput Viride habitant, in S. Thomæ Insula & universâ Æthiopia adfecti sunt. Lusitanis autem parent, quidam ex iis Machometum colunt, Turcarum conuictu ad Mare Rubrum ante adventum Lusitanorum inducti & sunt aliàs multi illius sectæ in hoc Maris Rubri tractu. Verum qui a Mozambicqua usque ad Caput Bonæ spei habitant, nullo cum Machometanis immutati commercio, pristinos etiam mores servant. Etenim planè barbari sunt & silvestres, bestiis quam hominibus propiores, nullâ Legum aut Dei scientia. Quidam ex his insulanis Nigritis Christiani sunt, quidam Ethnici; nudi omnes incedunt. Viris tantum extrema pudendi pars linteamine tegitur. Mulieribus a pectore medio usque ad fœmur medium Gossypino panno rudi, corporis medietas velatur, ut ex picturis inter figuras Indiæ apparet. Cæterum ii qui in continente vivunt nudi prorsus incedunt, pudendis in quibusdam vix coopertis.

Incolæ.

Eorum habitus.

Lusitani cum incolis firmæ terræ commercium habent in vicis vicinioribus, scilicet *Senâ*, *Macuwâ*, *Soffalâ*, *Cuamâ*, &c. Ii fere sermonibus & moribus inter se dissident, divisi imperiis, cum vicinis bella gerunt, in mutuas captivitates ac venditiones. Quidam humanis etiam carnibus vescuntur, ut Macuvenses & alii, plurimùm ex venatione victum quærunt, & ex Elephantorum carnibus, ideo ex isto tractu multum Eboris adfluit. Nigritæ continentis ac totius Æthiopiæ vicos habent ac Regibus eorundem parent, dissidente linguâ, diversisque vivendi ritibus, bellis vicinorum continuo adfecti. Parum illis fidei est, quod nullâ religione adstringantur, inde ante annos quinque aut quatuor cum Lusitani quietè ut existimabant in Africa inter hasce gentes institutis commerciis viverent, subita cæde perpessi sunt hostiles ac fraudulentos Nigritarum animos.

Nigritæ continentis feri homines ac fraudulenti.

Lusitanorum Imperium trium annorum est.

Lusitanorum imperium, quo Insula tenetur hoc modo constituitur. Trium annorum spatio Capitanei munus terminatur, ita Regio Institori cæterisque officialibus ad triennium duntaxat ex mandato Lusitaniæ Regis providetur. Hi eliguntur ex iis quibus Rex Portugalliæ in classe Indica usus fuit, qui in Præmium hujusmodi dignitates pro officii ratione suscipiunt, cum justo salario, præter illa quæ eo tempore ex officii qualitate quærere possunt, quæ quidem haud parva sunt, quod omnes ministri pro arbitrio vivant & agant. Capitaneo inde summum lucrum est. Soffalæ arx alia est, ea Mozambicquâ Caput Bonæ spei versus centum & viginti milliaria distat. Vicinæ huic Arci Auri fodinæ Monomotapæ sunt, quâ in provinciâ lacus est fons Nili & Cuamæ sive Nigri fluminis in Mare labentis inter Soffalam & Mozambicquam in cuius arenis aurum reperitur. In hac fodina Monomotapæ multum Auri est, & alia quædam Auri species *Botongo & ouro po.* id est, pulvis auri. Est enim minutum, arenæ instar, optimæ tamen venę, inter omnia Orientis metalla.

Minerę auri Soffalæ.

Hoc in Propugnaculo Institor Capitanei Mozambicquæ degit. Ideo singulis annis ter quaterve mittuntur Mozambicquam Navigia, *Pangajos* dicta, quę Oram legunt, Aurumque Capitaneo adferunt.

Institor Capitanei Mozambicquæ apud mineras.

Navigia hęc ex ligno levi facta, filis contexta, nullo ferreo clavo continentur. A fodinis Soffalæ parum distant illæ quæ circa Angolam sunt, ad aliud Africæ latus, differentiâ ferè trecentorum milliarium, & sæpe ex Angola Nigritæ Soffalam terrestri itinere accedunt.

Nigritæ autem quidam alios dorso ferunt, velut jumenta, ad istud ministerium adsuefacti, etiam alia onera non secus ac si equorum asinorumque officia usurparent, locutus ego sum iis qui talia oculis adspexerunt. Vt ad propositum revertar. Ducis Mozambicquæ lucrum, quod trium annorum spatio capit supra 30000. Ducatos ascendit; ea summa novem Auri *tonnai* conficit. Id nobis testificabatur eo tempore, quo ibi sedebamus Gubernator *Nunno Velio Pereirâ*. Conficiunt autem istos redditus maximè Auri fodinæ Soffalæ & Monomotapę de quibus relatum est. Ex Mozambicqua in Indiam deferuntur Aurum, Ambra grisia, Ebenus & Ebur; multa item mancipia quæ in India ad sordida & dura ministria ob firmitatem corporis expetuntur, quâ cæteris mundi famulis præstant. Navigatio ex Mozambicqua in Indiam semel duntaxat anni unius spatio instruitur, per totam enim Indiam velificatio certis tempestatibus terminatur. Eas vocant *Monssoyns*. Vento enim hoc vel illo modo flante tempestates considerantur. Secundus ventus in Augusto usque ad Septembris medium ex Mozambicqua in Indiam ducit, triginta dierum navigatione. Vique in Aprilem Naves tunc in India hærent, eoque tempore incipit commoda tempestas, vento favente ex India in Mozambicquam. Ita singulis Annis una Navis Gubernatoris nomine Indiam petit: Nemo autem ad commercium admittitur, præter illos qui Mozambicquę connubiis juncti habitant.

Redditus Capitanei Mozambicquæ.

Tempestates Indiæ commodę ac certę navigantibus.

Digitized by Google

tant. Cœlibes autem Inſula non capit, privilegio Regis Luſitaniæ, ne cultoribus vacua aliquando ſit. Poſt Moſzambicquam longo tractu Præſbyteri Iohannis Imperium protenditur, id ibi terra Abexinorum appellatur, unde etiam ora quę a Moſzambicqua ad Rubrum Mare pertingit, ora Abex vocatur. Abyſſinorum picturas, leges ac mores poſtea trademus. Ora hæc Abex etiam ora Melindæ a Luſitanis dicitur, a Regno & civitate illo in tractu ejus nominis. Rex autem hujus loci ſolidâ amicitiâ Luſitanos primum exceperat, & durat adhuc fides. Moſzambicquæ tenebar ad 15. dies & erat nobis neceſſariarũ rerum cura, aquæ & victus. Multis ex noſtris fatale id ſolum fuit. Nam gravis aer eſt magnoque æſtu ardet. Ideo in morbos & mortes incidebant ſocii.

Moſzambicquę gravis aer eſt.

XX. Auguſti vela dedimus claſſe junctâ: quatuor naves erant ex noſtris, & una Ducis Moſzambicquæ, cujus triennium finitum erat. Et vocabatur hic *Don Pedro de Caſtro*, in cujus locum ſucceſſerat prædictus Pereira: Cum uxore ac liberis navigabat in Indiam defunctus Capitaneus; fert enim ita Regis decretum. Finito triennio, quod dignitatem terminat, aliud illis triennium deſtinatur; quod implere debent miniſterio Regis, pro arbitrio Proregis Indiæ, propriis ſumptibus antequam in Luſitaniam reditus pateat, niſi ex indulgentia ſuccincti diplomate Regio poſt prius triennium in Luſitaniam redeũndi facultatem nanciſcantur, quæ raro dátur, privato tamen & inſigni favore. Ex Indiâ quoque exitus non patet, niſi licentiâ Proregis, magnoque id ſcitum ſtudio obſervatur.

XXIIII. Auguſti, mane, conſpectui ſe noſtro obtulerunt duæ Inſulæ, Comora nempe, & *Don Ian de Caſtro*. Comora a Moſzambicquâ 60. mill. jacet ad Septentrionem undecimo gradu Auſtrali plagâ. Terræ autem ſitus altiſſimus eſt, ideoque totius diei proſperâ navigatione vix oculis ereptus. Eodem die diviſa claſſis in diverſa tendebat ob rationes ante dictas.

Tertia Septembris Lineam Æquinoctialem denuo ſuperavimus, illa notatur inter Melindam & Bravam oppida, ad oram Abex, diſtatque Moſzambicquâ ad Septentrionem 230. milliaria. A Linea uſque ad Caput Guardafum juxta eandem oram ſunt 190. milliaria, & ſitum eſt illud duodecimo gradu ad Septentrionem. Ad hanc oram inter Moſzambicquam & Caput de Guardafum ſitæ ſunt hæ civitates: Quiloa, olim Rapta, Mombaſſa ſita in eadem Inſulâ ejuſdem nominis; portum habet qui duabus munitionibus defenditur, Melinda, Pata, Brava, Magadoxo; Regnum autem quæque civitas ſtatuit, ſub lege Machometi. Incolæ gilvo colore ſunt, capillo nitido.

Civitates oræ Abex.

Politiâ & gubernatione utuntur ritu Arabum, cæterorumque Machometanorum. Caput hoc de Guardafum finit oram Abex ſive Melindæ: Et adjacet huic Promontorio ad Borapelioten Inſula Socotora, Aloes proventu illuſtris, vnde & Aloe Socotorina optimæ notæ firma & craſſa in omnes partes transfertur. Circa hoc Promontorium oſtium eſt freti *de Mecca*, ab oppido Mecca quod in Arabia ſitum, notum eſt ex cadavere Machometi. Id ibi ferreæ ciſtæ incluſum ſubductum a terra pendet, ſub cælo ex Magnete fabrefacto, magnaque viſitantium Turcarum & Maurorum religione celebartur. Oſtium hoc etiam Rubri Maris nomine clarum eſt, non quod aqua ibi rubeat, ſed quod montes circum jacentes rubicantes roſeum marmor habeant, ipſeque fundus maris in quibuſdam partibus rubras arenas volvat. Ipſum illud eſt Mare quod Moyſes cum filiis Iſrael ſicco pede tranſmiſit. A Promontorio ſive Capite de Guardafum, uſque ad Sues, olim Aſinoe (quæ ultima & terminans fretum civitas eſt) Mare interiore receſſu trecenta & ſexaginta milliaria habet. A Sues per continentem uſque ad Mediterraneum mare nonaginta milliaria ſunt. Fretum ipſum in oſtio interioreque parte maximâ latitudine quadragĩta milliaria habet, ac in quibuſdam locis arctiore termino ſtringitur. Multas Inſulas habet. Ab unâ parte, apud Sues ad Septentrionem Arabiam deſertam ſpectat, & ab alia parte ad Auſtrum Ægypti regionem; quam Nilus Fluvius irrigat; In deſcenſu autem Indicum mare verſus Arabiam Fœlicem & ab adverſâ parte Abexinos ſive Præſbyteri Iohannis imperium. In extremitate Arabiæ Fœlicis, ubi oſtium Rubri maris eſt, Luſitani quondam propugnaculum habuerunt, id Aden vocabatur, id nunc in Turcarum poteſtate eſt, cujus commoditate Turcæ ſubinde ex Sues, ubi triremes fabricantur deſcendunt, per Rubrum mare, totamque Melindæ oram infeſtant, ut ſuo loco narrabimus. Lineâ ſuperatâ apparuit denuo Septentrionale Sydus, id ereptum nobis fuerat hactenus ab Inſula S. Thomæ ſive orâ Guineæ.

Socotora Inſula.

Machometi ſepulchrum penſile.

Mare Rubrũ.

Arx Aden erepta Luſitanis per Turcas.


Quartâ Septembris S. Franciſci navis a noſtris viſa fuit in ſeptimum uſque diem.

Decimâ tertiâ Septembris S. Iacobi navigium videbamus, ſed id nullo colloqtio ſe abſtulit.

XX. Septembris Anguium multitudinem inter marinos fluctus conſpeximus, Anguillarum magnitudine, & alia quædam in ſquamarum piſcium formâ, a Luſitanis *Vintins* dicta, quod ſimilitudinem quandam habeant cum mediis Realis Luſitanicæ monetæ. Horum numerus ingẽs certum argumentum oræ Indiæ præbet. Et paulo poſt

Argumenta Indiæ tractus ex anguillis & ſquamis.

Digitized by Google



LYON

templo vicinum est.

XX. Novembris Prætoria nostra S. Philippi navis Cochinum demum appulit, post infinitos labores ac molestias, ex causâ quam supra narravimus & 7. mensium ac 12. dierum navigationem.

Vltimâ ejusdem Novembris Goâ solvêre naves instituto cursu versus oram Mala-

hominum industria in speciem insulæ redacta jacet.

ADen in ostio Rubri Maris, ad Septentrionale latus jacet, ad Arabiæ Fœlicis oram interiore situ 60. mill. Promontorium enim de Guardafum juxta Melindæ oram prominet & recedit introrsum Arabia. Aden 13. gradu computatur ad Septentrionem, Aden describitur.

Digitized by Google

Moſza
que gr
aci cſt.

Civitates oræ Abex.

inter Moſzambicquam & Caput de Guardafum ſitæ ſunt hæ civitates: Quiloa, olim Rapta, Mombaſſa ſita in ~~exigua~~ Inſulâ ejuſdem nominis; portum habet qui duabus munitionibus defenditur, Melinda, Pata, Brava, Magadoxo; Regnum autem quæque civitas ſtatuit, ſub lege Machometi. Incolæ gilvo colore ſunt, capillo nitido.

XX. Septembris Anguium multitudinem inter marinos fluctus conſpeximus, ~~Anguillarum~~ magnitudine, & alia quædam in ſquamarum piſcium formâ, a Luſitanis *Vintins* dicta, quod ſimilitudinem quandam habeant cum mediis Realis Luſitanicæ monetæ. Horum numerus ingés certum argumentum oræ Indiæ præbet. Et paulò poſt

Argumentū Indiæ tractus ax anguillis & ſquamis.

Terram videt magnâ lętitiâ quæ Bardes eſt.

poſt terra apparuit magno gaudio Navalium ſociorum, ejectaque bolide reperta fuit altitudo 47. ulnarum; ea erat terra Bardes in extremitate oſtii fluminis Goæ, differens 3. ab urbe mill. Alta admodum terra eſt, ibique Indię Naves anchoras dimittunt ac onus levant, quod poſt minoribus navigiis in urbem defertur. Et nos anchoram jecimus remoti 3. milli. a terra. Malacia enim erat ac æſtus abſceſſerat, verum abſque periculo, purus enim ubique fundus eſt ac anchoris aptus. Æſtatis ibi tum initium erat.

Poſtero die XXI. multa navigia ad navem noſtram accedebant, ea *Almadias* vocant, feruntque panem, fructus, &c. Indis Chriſtianis rectoribus quibuſdam. Pariter triremis adnavigabat in uſum Archiepiſcopi. Is deſcendens in triremem Panginum vehebatur. Is locus medius eſt inter Bardes & Goam, ad ipſum flumen. Ibi gratulationes omnium nobilium excepit, ac ipſius Proregis Franciſci Maſcarenæ. Magiſtri civitatis orabant; maneret eo in loco, per 10. aut 12. dies, ut ſpacium haberent exornandæ urbis ad ingreſſum tanti viri. Id facile conceſſit. Eodem die poſt meridiem flumen ſubivimus, ad ſtationem terræ Bardes, eratque is dies XXI. Septembris anni 1583. ſpatio quinque menſium ac 30. dierum exacto, ab navigatione noſtra ex Luſitania, cum per 15. dies Mozambicquæ fuiſſemus: Et erat ſane felicisſima hæc navigatio, qualem vix naves; aut præcedenti, aut ſequenti tempore nacti fuere.

XXII. appulit S. Iacobi navis, poſtero die S. Franciſci. In navi noſtra morte amiſeramus 30. homines, inter quos mancipia quędam erant unuſque Germanus, Satelles olim Hiſpanie Regis, cum omnes fere aliquo morbi genere tentati venam ſecaſſent. Hæc fere ſumma pereuntium eſt totâ navigatione. Ante 10. vel 12. annos, cum Prorege Indiæ *Ruy Lorenzo Datavora*, navigabant 1100. viri; Sed ſubitus morbus, antequam Moſzambicquam veniſſent 900. conſumpſerat. Multitudo etenim peſtem provocaverat, inde hodie pauciore numero hominum naves abeunt, ac vix ita fœtor noxius vitatur.

Archiepiſcopus Goæ excipitur.

XXX. Septembris Dominus meus Archiepiſcopus magnis feſtiſque triumphis Goæ exceptus, a nobilibus & Magiſtratu Regni in templum ſolemni cantico deducebatur, ac inde poſt multas ceremonias varioſque ritus antiquos, in palatium ſuum, quod templo vicinum eſt.

XX. Novembris Prætoria noſtra S. Philippi navis Cochinum demum appulit, poſt infinitos labores ac moleſtias, ex cauſâ quam ſupra narravimus & 7. menſium ac 12. dierum navigationem.

Vltimâ ejuſdem Novembris Goâ ſolvêre naves inſtituto curſu verſus oram Malabar & Cochini, ut ijs in locis Piper aliaque Aromata onerandæ Navi exciperent. Quædam autem onerantur circa oram Malabar Onori, Mangalori, Cananori, &c. quædam Cochini; ut duæ ſemper Naves eo in tractu Piper juſto onere nanciſcantur. Cochinum ad Auſtrum Goâ diſtat 90. mill. Naves Luſitanicas merces Goæ exponunt, ibi domicilia etenim Inſtitorum & Mercatorum ſunt. Inde oram legunt ac Piper ſuſcipiunt. Quæque navis communiter 800. quintallos Piperis habet Luſitanico pondere. *Quintallus* autem 128. pondo continet. Poſt Cochinum veniunt, eoque & Inſtitores proficiſcuntur, ita Navibus Caſſia, Caryophillon & cætera Aromata Indię pro onere cedunt, ut ordine in Hiſtoria reditus mei enarrabo.

Menſibus Ianuario & Februario Anno 84. Cochino Naves in Luſitaniam abivere, cum ijs & Frater meus, ſui Officij ratione. Ego apud Dominum meum Archiepiſcopum etiamuum hæſi, certus Indiæ mores, ritus Regionum hominumque, formas fructuum & Aromatum qualitates ſedulo perſpicere. Vt vidi ipſe, ut audivi a gravibus viris diligenter tradam, ſimplici ſtylo, amicaque veritatis oratione. Commercia Regnorum & populorum facile mihi aditum ad cognitiones has prębuerunt. A Luſitanis etenim omnia ferè annotata ac perluſtrata ſunt. Sed antequâ ipſos Indię mores, fructus, commercia, &c. deſcripſerim, operę pretium erit primum Orientalis oræ ſitum declarare. Ea a Rubro Mari a Civitate Aden incipiens, uſque ad Chinę Regnum narrationi noſtræ ita exordium dabit.

CAPVT V.

Deſcriptio oræ Arabiæ Fœlicis, ſive Rubri Maris, uſque ad Inſulam & Arcem Ormuty.

Annotatio D. Pall.

Aden munitiſſima & pulcherrima Arabiæ Fœlicis Civitas eſt, ſita in valle, ab unâ parte validiſſimis muris, ab alterâ montibus clauſa, quibus in quinque Arces viſuntur, deputatæ vigilijs ob multitudinem Navium venientium & abeuntium. Civitas 6000. ædes complectitur. Perſæ, Æthiopes, Indi, Turcæ commercia ibi habent fere nocturna, ob intolerabiles æſtus. Ad lapidis jactum ab urbe Mons eſt cum Arce, domicilium Gubernatoris. Olim in terra firma hæc Urbs erat, nunc hominum induſtriâ in ſpeciem Inſulæ redacta jacet.

Aden deſcribitur.

ADen in oſtio Rubri Maris, ad Septentrionale latus jacet, ad Arabię Fœlicis oram interiore ſitu 60. mill. Promontorium enim de Guardafum juxta Melindæ oram prominet & recedit introrſum Arabia. Aden 13. gradu computatur ad Septentrionem,

Digitized by Google

trionem, inde ora ad Vpocœciam inclinat, usque ad Rosalgatæ caput, quod 22. gradu jacet extremo situ Arabiæ Fœlicis ad Mare Indicũ distatque ab Aden 240. milliaribus. In monte Darsura nunquam pluit. Civitas Aden cum monte Darsura affinis est, is ex solida petra constat, nullâque pluviâ rigatur. Incolæ hujus Arabici littoris gilvo colore sunt, eodem fere quo ij, qui Melindam sive Abex inhabitãt. Ex hac Regione Equi præstantissimi in Indiam veniunt, etiam Thus, Myrha, Balsamũ, Balsami lignum, & fructus, Manna ceteraque bene olentia Aromata. Legem Machometi servant ex Persarum doctrinâ. A Capite Rosalgatæ ad Caurum ora interior extenditur, usque ad C. de Moncadon, olim Asabora 70. milliariũ distantiâ. Caput hoc e regione Insulæ Ormutij jacet 26. gradu. Hic initiũ Freti Persici: & Insula Ormus ab una parte Arabiam habet, ab altera Persiam ad Septentrionem. In latitudine 20. milliaria tenet. A C. Moncadon interiore littore Arabiæ, usque ad Insulam Barem 80. milliaria computantur, gradus 26. & dimidius. Hic Præfectus Ormutio Lusitanus Institorem suum habet, Regio nomine, piscatione celebri præstantissimarũ Margaritarum, quæ justo titulo Orientales appellantur. Margaritarũ piscatio.

Interiore ejusdem oræ Arabicæ situ, fine Sinus Persici, Civitas Balsora jacet, 60. milliariũ spatio ab I. Baré. Civitas hæc 30. gra. sita confluentiâ Fluminum Euphratis & Tigridis in Sinum Persicum celebratur. Circa hæc loca ingentes etiamnum ruinæ apparent, Babylonię Vrbis inclytæ vestigia, & (ut doctores autumant) hic locus Paradisi terrestris fuit. Paradisi quõdam locus. A Civitate Balsora littus ad Septentrionem Ormutium excurrit, sub Imperio Persiæ ea vrbs est. Sinus ipse latitudinem habet 40. milliarium, multis insulis distinctus. In ostio illa celebris Insula Ormus jacet, ibi Lusitanis Arx est, ac cum Insulanis, mixta habitatio. Ducem habent ceteroſque Magistratus in triennium; ut Mosambicquæ habitatores.

CAPVT VI.

Descriptio Insulæ & Civitatis Ormutij.

ORmutium Insula est & Regnum sub Lusitanorum hodie Imperio, quibus tributum solvit. Regi etiamnum ibi domicilium est, extra Lusitanorum Vrbem, vivitque is Machometi institutis: Gens colore albo Persarũ notatur. More recepto atroci nouus Rex initio Imperij sui fratribus & ceteris ex stirpe Regia oculos eruit, excæcatoſque demum lauté habet. Lege etenim ~~cautum est sempiternâ: Ne cæci~~ Regnũ administrent; ita timor civilis belli ab æmulo cæcitate cognatorum tollitur. Mos Regum Ormutij in eruendis oculis affinium. Insula magnitudine 3. milliarium est, rupibus & petris aspera, ac prorsus infœcunda. Nulla ibi herba virens; nec aqua potabilis, sale ubique rupes horrent, inde muri ædium salsis ex lapidibus constructi stant. Insula Ormus sterilis. Nullos fert fructus; sed omnem commeatum ex Arabia, Persia, civitate Balsora accipit. Propter situm autem & opportunitatem loci omnium rerum abundantiâ floret, ingentique Mercatorum frequentiâ colitur, Habet enim forũ sive *Stapelam* Persiæ, Arabiæ, Turciæ, Indiæ, omniumque vicinarum Regionum. Præcipua autem multitudo est Persarum, Armeniorũ, Asiaticorum ac Venetorum, quibus circa gemmas maximum studium est. Veneti Ormutium frequentant. Ormutium eæ ex India deferũtur & Ormutio Venetias terrestri itinere. Ad eandem item Insulam ex varijs locis alia vehuntur; ex Persiæ terris, Coracone & Dias Aulæa præstantissima, que *Alcatiffe* vocantur. Ex Turcia Camelina diversi generis: Ex Arabia herbæ & Aromata ad Medecinæ usus, Sanguis nępe Draconis, Manna, Myrha, Thus, &c. præstantissimi Equi ex Barem, diversæ Orientales illustresque Margaritæ ex Mascatta: Portus is est inter Promõtoria Rosalgatæ & Mõcadõ ad Arabie littus, Vuę passæ, Dactyli varij generis & Mermelladæ, que ex Ormutio in Indiã portantur, totãque eã implẽt. Ex *Larinis* pecunię certâ specie Ormutij magnus quoque quęstus contrahitur, & ingens commerciũ. Moneta Persica. Forma pecuniæ autem oblonga est, in duos velut ramos desinens ad speciem argentei fili, notata certis litteris sive signis. In Persiâ in monetam redigitur ex argento excocto tantâ copiâ, ut magnis negotiationibus sufficiat, ob quæstum certissimum circa Indiæ loca, in quibus magni valoris est. Causa autem hujus in insula Ormutij frequentiæ hæc habetur. Singulis annis duæ velut congregationes terrestre iter conficiunt. Eas vocãt *Caffiles* sive *Carvanas*. Aleppo autem veniunt. Ea Syriæ Civitas est, trium dierum itinere a Tripoli, quæ ad Mediterraneum Mare jacet. Hæc turma sive Caffila sequentem ordinem servat. Singulis annis Aprili & Septembri mẽsibus, Capitaneus quidam eligitur, cum aliquot centum Ianitzeris, qui velut præsidiarij Caffylam ad Civitatem Bassoram deducunt. Carvanæ descriptio. Bassorâ verò Ormutium navigatur. Mercatores tempus profectionis Carvanæ callent. Ibi tum Camelorum, Dromedariorum & Equorum magna copia est, paratis ad iter hominibus, ij subinde 6000. aut 5000. numerantur, ordineque iter agunt in copiarum morem. Bini Camelo insident, hinc & inde dependentibus sarcinis ~~sedulâ Ianitzerorũ curâ contra Arabum~~ insultus, qui prædationibus dediti, magnas viatoribus molestias ingerunt. Quadraginta dierum transitu desertum continuatur, suntque spatijs singulis trium quatuorve dierum effossi putei ad aquationem hominum & bestiarum. Multi quoque Annonæ Curatores turmas istas sequũtur; illi omnia quæ ad victum pertinent pecunia vendunt.

Singulis

Singulis noctibus cuncti sub tentoriis quiescunt, arctâ tamen vigiliâ. Ita Bassoram veniunt prætergressi Babyloniam, nunc *Bagedet* aliaque famosa loca. Bassoræ per aliquot dies quiescunt, eademque in urbe reditus tempore turmatim coëunt, ac Aleppum repetunt. Hinc illa istis in regionibus frequentia mercatorum & mercium, magnâ viatorum omniumque nationum commoditate. Hispanis tamen, Lusitanis, aliisque Hispaniarum Regi subjectis, ea commercii facultas denegatur; nisi quod subinde Gallorum, Venetorum, Anglorumvé titulo transeant. Isti quippe populi Aleppi consules suos & institores habent, ut & Tripoli; quę quotidianâ navigatione Venetorum Gallorum ac Anglorũ petitur; nam ibi navigia onerantur & exonerantur, mercibus inde Aleppum terrestri itinere delatis, & Aleppo vice versâ Tripolim, magnis immunitatibus ac privilegiis a Turca impetratis.

Ceterum factâ Turcarum mentione non possum non indicare quo modo ex tam vagis & sparsis Regionibus Cæsar Turcarum certior reddatur de omnibus rebus, quæ per universum Imperium geruntur. Ergo per totam Turciam Columbę aluntur, quæ annulos pedibus adjunctos habent. Hæ Bassorâ ac Aleppo Constantinopolim feruntur, & e contrâ: Vbi autem negotii ratio postulat, Epistola annulo adfigitur emissâ ad volatum Columbâ: illa celeri tum pennâ suetos repetit lares, & rerum internuncia Epistolam ad destinata loca fert, confectis ita brevi spacio mille milliaribus. Ex his Columbis unam in Indiâ vidi, apud Venetum quendam mihi familiarem, qui miraculi causâ eam attulerat. Sed ad propositum. Ormus vigesimo septimo gradu numeratur. Æstate ibi; eodem quo apud nos anni tempore, ita sol fervet, ut homines in alveis ligneis aquâ plenis somnum cogantur capere, capite tantum prominente & corporibus aqua in totũ mersis. Omnia ædificia sunt plano tecto, ac foraminibus perspicuo, ad auram ac frigus suscipiendum, ut & Cayri. Itaque & oscillatione; quam *Cattaventos* vocant, crebrâ corporis succussione, ac flabellis utuntur incolæ ad ventulum excitandum.

Nouus nunciandi modus per Colũbas.

Sol fervidus Ormutii.

Homines sub aqua somnũ capiunt.

Annotatio D. Pall.

Cayrus alta habet ædificia, complurijs sive podijs eminentibus, ad conciliandas umbras ac effugiendum Solis ardorem. Ex media domus parte ingentes fistulæ extenduntur, decem cubitorum altitudine eminentes, ac ad septentrionem porrectæ, excipiendi venti gratiâ, ut ita per universam domum spargatur.

Hyems eâ qualitate est, quâ in Lusitaniâ. Aqua quam potant ex continenti defertur, seruata in ollis & cisternis. Arci item ut Mosambicquæ ad annum sive biennium de aqua provisum est. Apud insulam Barem etiam aqua hauritur per urinatores altitudine quatuor aut quinque ulnarum sub salsis fluctibus, boni saporis & optimę fontanæ æmula. Ormutii morbus quidam patrius viget, nascentibus in cruribus vermiculis; ii (ut opinio habet) ex aqua quam homines potant oriuntur; formâ sunt chordarum testudinis, duarum aut trium ulnarum longitudine; paulatim vero educuntur, rotati pennulâ sive stramine, dum sponte sequuntur: Verum ubi resistunt, non est allaborandum, sed religatur educta portio, ungiturque tumor sub foramine, recenti & nondum salito butyro, ita intra duodecim aut decem dies absque majore offensa crus ab insectis liberatur. Ceterum imperitiâ violenti medici, abrupto vermiculo, crus tumet, magnisque doloribus uritur, quibus quosdam ipse adfectos vidi.

Sub salsis fluctibus aqua colligitur suavis.

Morbus Ormutii ex vermibus.

Annotatio D. Pall.

De his vermibus in praxi sua scribit Alsaharanius hoc modo. Quibusdam in locis inter cutem & carnem vermes quidam enascuntur, qui morbus Boum adfectus vocatur, quod Boves tali malo crebrò vexentur, serpunt autem longius, & sub cute tenduntur, donec ipsam perrumpant: Modus sanandi constat ex purgatione corporis a putrido flegmate.

Ideo domi nostræ apud Archiepiscopum quidam Ormutii incola, nuperus famulus modo supradicto quinque quatuorvé vermes educebat; dictitans commune id patriæ suæ malum esse.

Præfecto Ormutii post præfectum Mosambicquæ maxima utilitas, maximumque lucrum supra omnes Indiæ Duces nascitur; Navigia enim sua mittit Goam, Chaul, Bengalam, Mascattam, ibique mercimonia distrahit, edicto adhibito: Ne quis quid vendat ante distractionem rerum merciumque Præfecti, non quidem Regis privilegio, cum Rex hujusmodi machinationes prorsus prohibeat, sed proprio placito, quod absente longius Rege latissimè extendunt. Ceterum Regiâ benevolentiâ Equos nemo in Indiam vehere potest præter Præfectum, eosque quibus is permiserit. Eâ ratione lucrum Capitaneo ingens redit: Equorũ quippe in India magna æstimatio est, cum alicujus bonitatis equus quadringentis aut quingentis *Pardauvis* vendatur, ascendentibus quibusdam ad mille *Pardauvos*; *Pardouvo* ad valorem daleri Imperialis computato Belgicâ monetâ. Tempestas autem navigationi commoda Goâ Ormutium in mensibus Ianuario, Februario, Martio, Septembri & Octobri accidit. Sequitur ora quæ ab Ormutio Indiam attingit.

Præfecti Ormutiani proventus.

Equorum in India caritas.

Digitized by Google

CAPVT VII.

Ora Ormutiana, usque ad Civitatem ac Insulam Diu; Lusitanorum propugnaculum.

ORmutiũ tractus flexu ad Vpeurũ, sequitur Caput Iasquę, quondam Carpella. Regio olim Carmania dicebatur. Caput hoc 25.& dimidio gra. jacet & Ormutio 3. mill. distat; persecutione oræ, usque ad fluvium Sindæ, qui ab historicis Indus appellatur; oriturque ut aiunt ex monte Caucasso, ubi & flumẽ Ganges surgit, in Regno Bengalæ mari influens, prout suo loco declarabimus. Ab hoc flumine Indo sive Sinda tota India nomen ducit. Ostium autem ad 24. gra. pertingit & a Capite Iasquæ supradicto, spatio 140. mill. distat. Ad fluvium hunc pertinet terra Sindæ, unde etiam fluvio nomen a Lusitanis successit. Regio ipsa opulenta est & fertilis, magnisque cõmerciis frequentata, vicinorum Lusitanorum, Indorum, cęterorũque ex Ormutio ac aliis locis. Multa habet Gossypina eaque tenuissima, quæ *Iorimos* vocant, & Sindones, quas *Volantes* dicunt, ac magnam quantitatem olei ex *Coco* sive Indica Nuce. Butyri quoque vim fert: id non ita mundum est, quale Batavi habent, sapidum tamen & ad culinas utilissimum. Picis etiam & Sachari *candil* multum mittit, ex corio item peritè quædam facta, floribusque ex Byssо variis coloribus ornata. Hisce utuntur in tapetorum vicem, & lectis mensisque imponunt. Ibi etiam pyxides, cistulæ, capsulæ, &c. conficiũtur affabrè, ex ligno vario conchisque unionum interjectis rametis, quæ omnia in Indiã vehuntur, cum eó Lusitanorũ naves proficiscuntur. Flumé supradictũ post quasdam Insulas ad oram Sindæ sequitur Sinus minor, quem *Ensеada* Lusitani vocant, in quo multæ Insulæ jacent. Sinus idem *Jasquetta* dicitur, abscessu accessuque maris subito ac longinquo motu inlustris, qualem nullo in loco rerum natura experitur. Huc Alexandrum Magnum Indi penetrasse ferunt, deterritumque subito recessus Oceani miraculo, credidisse Divinam iram exercitui suo impendere, si ulterius tenderet, ut hic imperii sui, ac victoriarum terminos constituere voluerit. Sinus distat 60. mill. a flumine Indo. Oram mox ad Notapelioten sequenti succedit civitas Diu, cum propugnaculo. Lusitani ibi habitant, & cum iis mixti incolæ.

Indus flumẽ.

Artificia Regionis.

Fructus.

Mirabilis recessus Maris.

Alexander Magnus.

CAPVT VIII.

Insula Diu olim Alambater cum Propugnaculo.

INsula Diu distat a flumine Indo 70. mill. 21. gra. ac terræ firmæ adjacet; olim Regi Cambayę paruit, in Regno enim illius jacet. Lusitanis ante ab ipso Rege concessum aliquod erat munimentum, sed tempore tota Insula cum oppido in Christianorum potestatem venit. Illi studiosè munitionibus excitatis, contra hostiles impetus invictum locũ constituere. A Sultano Cambajæ ac sociis obsessi fuerunt Lusitani anno 1539. & secundò anno 1546. verum hostibus fortiter rejectis obsidio levabatur, ut Lusitanorum Annales magnificè commemorant. Portus huic urbi est commodissimus, ac frequentiâ Mercatorum nobilis. Pauci fructus. Vrbs opportunitate situs inter Cambajã & Sindã, ditissimas regiones, celebratur. Inde semper peregrini hic diversarum gentium multi, Turcæ, Persæ, Armenii, Arabes, &c. Optimum hic & lucrosissimum Regi Portugalliæ vectigal solvitur. Banianes enim, Gusaratæ, Rumi, & Persæ, qui in Cambajâ negotiantur & fretum Rubrum petunt, hic fere naves onerant & exonerant tempestiuo Insulæ situ, ad Sinum Cambajæ. Civitas a Lusitanis habitatur, admixtis incolis, ut Ormutium cæteræque Indiæ civitates, quas Lusitani colunt, exceptis duntaxat arcibus, quæ in Lusitanorum potestate sunt. Insula plena est & fœcunda rerum necessariarum. Habet Boves, vaccas, sues, oves, gallinas, butyrum, lac, allium, fabas, &c. ut in Belgicis regionibus, Lacticinia tamen non ita munda sunt. Caseos etiam mittit, sed sale nimio, parum gratos. Piscem salitum in maximâ copia videas, is ad formam Aselli est, Incolæ quoque carnem fumo indurant, quæ viatoribus ad sustentationem est cõmodissima. Hisce ad victum pertinentibus rebus etiam alias regiones ipsi instruunt, Goã & Cochinum præcipuè, ibi enim butyrum, cepæ, allium, pisa, oleum, aliaque legumina non nascuntur, sed ex aliis locis adveniunt. Ea singulariter explicabimus, ac fructus cujusque regionis referemus.

Portus.

Vectigal Lusitaniæ Regis optimum.

Eodem tractu ad Orientem, usque ad 15. aut 16. mill. incipit Sinus Cambajæ, in ipso ostio & fere alias latus 18. mill. interiore tractu 40. mill. longus, ac in Mesaquilonẽ directus. In extremâ interioreque sinus parte civitas Cambaja jacet, quę regno & regioni nomen dat; 23. gra. computatur. Hic Rex sive Sultanus habitat.

Sinus Cambajæ.

Cambaja civitas.

CAPVT IX.

Regio Cambaja.

CAmbaja Regio fertilissima Indiæ, ad cæteras Provincias necessaria victui abundẽ dimittit, inde continuâ frequentiâ Lusitanorum, Persarum, Arabũ, Armeniorumque celebratur. Rex Machometi legem retinet, sed ipsi indigenæ *Gusarata*, & *Banjanes* vivunt Pythagoræ institutis. Ii subtilissimi ingenii homines, Mercatores totius Indiæ acutissimi habẽtur. Figura post ostenditur, cum morum rituumque declaratione suo loco. Fert itaque hæc Regio frumentum,

Insulæ Diu Descriptio.

Pythagorei.

Digitized by Google



LYON

cem, usque ad Caput Comorinense protenditur, ibi ejus finis est, & sunt centum & octuaginta milliaria. Portus urbesque

aliis vero ad nigredinem. Sed qui ad littus habitant gilvo sunt colore, corporis habitu ac vultu Europæis haud absimiles.

Digitized by Google

Indus fl

Artificia onis.

Fructus

Mirabili ceſſus M

Alexand Magnus.

Cambayę paruit, in Regno enim illius jacet. Luſitanis ante ab ipſo Rege conceſſum aliquod erat munimentum, ſed tempore

Inſulæ Diu Deſcriptio.

Indiæ acutiſſimi habetur. Figura poſt oſtenditur, cum morum rituumque declaratione ſuo loco. Fert itaque hæc Regio frumentum,

Digitized by Google

tum, orizam, piſa, butyrum, oleum, &c. in commodum omnium circumjacentium regionum. Goſſypina ibi multa conficiuntur, diverſique generis, ac nominibus diſtincta ut ſunt *Canneqnyns*, *Boffetas*, *Joryns*, *Chantares*, *Cotonias*, unde vela & ſacci fiunt. Tenui autem admodum filo quædam cum Hollandiæ linteaminibus certare poſſent: Etiam aulea inſtruunt *Alcatiffa* dicta; ſed non ſunt illa tanti pretii, ut iis æquari poſſint, quæ ex Perſia Ormutium advehuntur, præparant & alia viliora *Banquays* vocata, in modum panni ex Scotia lineis picti, ad tegumenta ciſtarum ac lectorum. Eadem arte ſtragula faciunt, ſerico filo exornata, & acu picta, tentoria omnis generis, *Perſintos* ſive ligamenta lecticarum Indiæ, ad imponendum grabatum, lecticas Indicas, mulierum ſellas, aliaque minuta, tabulas luſorias ex ebore, & teſtudinis ſcuto variatas, annulos ſignatorios, &c. Ibi quoque genus aliquod Criſtalli Montanæ ad nodulos, ſigna, armillas, cæteraque infinita ſervit, mirabili ac pulcherrimo opere. Multas habet gemmas Amethyſtum, Garamanticum, Hyacinthum, Eſpinellos, Robaſſos, Chryſolythum, *Olhos de Gato*; quaſi diceres Catti oculum, ſive Achatem, multa Iaſpidis genera, ſanguinis lactiſque lapides (ut vocant) plurima quoque medica, Amſion ſive Opium, Camphoram, Banguam, Sandalum; ſuis locis referenda, Alumen, ſacharum quod a ligno nomen tenet, aliaque quæ nunc non ſuccurrunt, ac perlongam narrationem redderent. *Annil* ſive *Indigo* in Cambaja præparatur, ac per univerſas Orbis partes diſtrahitur ut poſtea declarabimus. Hæc de Cambaja. Poſt Cambajam ſequitur India & regio Decam & Cuncam, interiore ſinu ad latus Indiæ, a Cambaja uſque ad Indiæ oram, ubi ipſe ſinus incipit. Ora ad Zephyrum vergit & Vpolibonorum, uſque ad inſulam *das Vaquas*, quæ ad introitum ſinus jacet, vigeſimo gradu, eoque in tractu in firma terra civitas *Daman* cum propugnaculo viſitur, ac a Luſitanis, quibus ſubeſt, habitatur. A Diu ad Vpeurum 40. mill. differt.

Goſſypina multa eorum que nomina.

Artificia.

Gemmæ Cãbajæ.

Indigo.

Indiæ ſitus.

CAPVT X.

Ora Indiæ, portus ac loca ejuſdem.

AB Inſula *Vaquas* ad ſinum Cambajæ ora Indiæ propriæ incipit, cæteris locis ſua nomina ſunt, ut Moſzambicqua, Melinda, Ormutium, Cambaja, Choromandel, Bengala, Pegu, Malacca, &c. Sed hic tractus Indiæ titulum vulgò ſolus tuetur. Is ab inſula *Vaquas*, ad Meſophœnicem, uſque ad Caput Comorinenſe protenditur, ibi ejus finis eſt, & ſunt centum & octuaginta milliaria. Portus urbeſque habet plures, quibus Luſitani præſunt, inſtructis arcibus. Inter eas *Daman* primo loco eſt, inde quindecim milliaribus, decimo nono & dimidio gradu civitas *Baſaijn*.

Arces Luſitanorum in ora Indiæ.

A Baſaijno decem milliaria, decimo nono gradu diſtat civitas *Chaul*, cum propugnaculo.

A *Chaul* uſque ad *Dabul* decem milliaria ſunt, & jacet decimo octavo gradu.

A *Dabul* ad inſulam Goam triginta milliaria computantur; jacet autem decimo quinto & dimidio gradu. Has civitates Luſitani cum propugnaculis poſſident excepta urbe *Dabul*, cujus poſſeſſionem ante aliquot annos amiſerunt. Is tractus qui ab inſula Goa *Daman* uſque ſive ad ſinum Cambajæ pertingit, ab incolis Goæ vocatur terra Septentrionalis. Verum a Goâ uſque ad Caput Comorinenſe, omnis ora terræ Auſtralis nomen habet, præcipuo tamen titulo ora Malabar vocatur. Goæ incolæ quibus moribus vivant poſt enarrabimus, nunc iis quæ ad oram hanc pertinent immorabimur. Prædictæ omnes urbes *Daman*, *Baſaijn*, *Chaul*, optimos habent portus ac frequentiâ commerciorum celebres: Totus autem hic tractus abundè fert orizam, piſa, & alia legumina, butyrum, oleum & Indicas nuces. Oleum ex olivis in Oriente nullum invenitur, niſi quod ex Portugallia advehitur, aliis autem ad victum neceſſariis abundat. Quędam ibi ex goſſypio conficiuntur, ſed exiguo numero. *Chaul* celebri commercio floret, cum Ormutii, Cambajæ, Syndæ, Maſquatæ, Bengalæ hominibus, ac Rubri maris accolis: Habet opulentos potenteſque mercatores; multamque navium vim. Locus prope *Chaul* eſt, in quo civitas indigenarum vetuſta; ibi ex ſerico veſtes, & bombycina indumenta magnâ copiâ fiunt, inde celebri negotiatione ex China ſericum incolæ adferunt, quod poſt texturâ in uſum veſtium hoc in loco redigunt. Ea item in urbe lecticæ, ſedilia, ciſtæque mirâ arte fabricantur, ac *Laccâ* ſigillatoriâ teguntur, varii coloris. Etiam Zingiberis fœcundiſſima ora eſt: Verum parvo in pretio habetur. Septentrionalis hæc regio vocata, aëre bono & temperato fruitur, totiuſque Indiæ ſaluberrimo: Nam civitas Diu & ora Malabar maleſano cœlo laborant. Hiſce Indis, ut etiam Cãbajæ incolis, quos Banianes & Guſuratas vocãt, iiſque qui *Decan* habitãt, monteſque Ballagatæ, qui Deccanini & Canaræ nominantur, flauus color eſt, quibuſdam tamen ad albedinem inclinantibus, aliis vero ad nigredinem. Sed qui ad littus habitant gilvo ſunt colore, corporis habitu ac vultu Europæis haud abſimiles.

Terra Septentrionalis.

Terra Auſtralis.

Digitized by Google

Incolæ vero tractus Malabar incipientis ad Austrũ duodecim milliaribus ab urbe Goa, ad caput usque Comorinense, Malabarenses dicti, habitatores littoralium locorum, colore nigerrimo ac piceo existunt, nitido nigroque capillo, vultu & habitu aliàs Europæorum. Hi præstantissimi milites, ac Indiæ optimi bellatores, Lusitanorum acerbissimi etiam hostes sunt. Ceterum ut totius terræ ratio lectori constet, breviter ejus situm explicabimus. Ora hæc, quam Indiæ vocamus, ad octo sive decem milliaria protensa, humili cespite est, eaque *Cuncam* dicitur. Post eam altior terra jacet, nubibus æquata, quæ ab una parte ad aliam porrigitur, ab urbe *Daman* usque ad Comorinense Caput, extremum Indiæ promontorium. Inde altera ora *Choromandel* sequitur, solo alto culturæque aptissimo, in suprema parte plano, quod *Ballagatta* & *Decan* indigitatur, multos per reges & dominatus divisum. Incolæ ac indigenæ volgo Decanini & Canaræ appellantur. Figuras & descriptiones post exactè ostendemus.

Malabares optimi milites. Lusitanorum hostes.

Regionũ brevis distinctio circa oram Indiæ.

CAPVT XI.

Ora Indiæ ab urbe Goa usque ad Caput Comorinense, quæ Malabarensis dicitur.

ORa Malabar initium ducit a *Cap. de Ramos*; id ad Austrum ab urbe Goâ decem milliaria distat, finitur autem Comorinensi capite, olim Corii, quo tractu centum & septem, aut centum & octo milliaria continentur. Lusitanis diversæ hic arces sunt. Prima est *Onor* a *Cap. de Ramos* decem milliaribus; ea decimoquarto gradu a Portugalensibus tenetur. Hic multa copia Piperis, ut annuo navigii onere sufficiat, ad 7000. aut 8000. quintallorũ Lusitanorum ponderibus. Id piper hoc in tractu, imo per totam Indiam præstantissimum habetur. Dominium hujus terræ ad reginam Batycolæ pertinet. Hæc piper vendit & tradit institori eorum qui piperis emptionem conducunt, is Onori habitat. Verum pecuniæ solutio sex mensium spacio piperis traditionem antevertit, aliter nulla mercandi cum ea ratio iniri potest: tum ipsa per partes integrum piperis onus implet, quod paulatim in arce colligitur, usque in adventum Lusitaniæ navium, quibus piper infertur. Hic orizæ quoque ingens proventus est. Ceterum arx hæc parum frequentatur tantumque eo tempore quo naves onerantur visitatur. Ante aliquot annos piperis commercio haud perinde florebat, nuper id primum hic incœptum colligi. Ab *Onor* usque ad arcem *Barselor* viginti & quinque milliaria sunt decimo tertio gradu; item ut *Onor* a Lusitanis habitatur, multâ piperis & orizæ copiâ.

Ora Malabarensis principium.

Piper quod Batycolæ Regina tradit.

A *Barselor* ad *Mangalor* novem milliaria computantur duodecimo & dimidio gradu. Lusitanorum hic quoque arx est, ac eadem piperis & orizæ abundantia.

A *Mangalor* ad *Cananor* quindecim milliaria sunt undecimo & dimidio gradu, largiore numero. Huic Lusitanorum propugnaculo maxima nobilitas est, præstat enim ceteris in hoc tractu abundantiâ piperis. Malabares ipsi circâ arcem, vicum sive planiciem capacem suo more ædificatam habent, ibi quotidianum forum est, rerum quę ad sustentationem corporis pertinent, mirificâ copiâ. Batavicis id nundinis æquari potest tanta multitudo gallinarum, ovorum, butyri, mellis, olei Indici, ficuumque Indiæ habetur. Ficus hæ singulari nomine ex *Cananor* vocatæ, magnitudine ac præstantia in universâ India celebrantur. Navium quoque mali hic eximia pulchritudine ac proceritate reperiuntur, ut nec Norvegia meliores habeat, tanto item numero ut & vicinis regionibus abunde sufficiant. Terra hæc aspectu viridis & perjucunda est, arboribus proceris conspicua; ac multarum rerum fœcunda, ut & universa ora *Malabar* visitur. Inter Malabares multi albicantes Mauri degunt, qui Machometi institutis vivunt, & maximo mercandi studio Rubrum mare frequentant. Ceterum nec Mauris nec Indis hæc mercaturæ ratio libera est, sine diplomatis a Lusitanis impetrati beneficio. Singulis enim annis Lusitanorum classis, quæ mare securum a prædonibus ac piratis reddit, si incidat in nullo munitos privilegio, eos prædæ loco cum mercibus habet. Ita crebro naves ex Cambaja, Malabar, Sumatra, aliisque Orientis locis, quod Rubrum Mare absque licentia petant captæ, per Lusitanos abducuntur.

Cananor.

Forum Malabarense.

Ficus ex Cananor.

Ora Malabar jucunda.

Mauri.

Rubrũ Mare absque licentiâ nemo frequentat.

Mauri autem metu arcis socii Lusitanorum sunt sed clandestinis conjurationibus infesti, reliquis Malabarensibus Lusitanorum inimicis, pecunias subministrant, in damna Lusitanorum. Figurę eorum ac imagines mox sequuntur, cum reliquis Goæ & Malabar.

Mauri hostes Lusitanorum occulti.

A *Cananor* ad Calecutum octo milliaria sunt: undecimo gradu jacet. Calecuti oppidum olim totius Indiæ celeberrimum fuit, caput regionis Malabar & regia *Samorini*, id est, Cæsaris. Sed Lusitani initio bellorum Orientaliũ, a *Samorino* crebrò decepti, ac ludibrio habiti, ejus fraudes detestati, Cochini regi adhæserunt. Is erat vassallus *Samorini*, ac minori potentia. Ceterũ rebus fęliciter succedentibus auctâ Lusitanorũ terra, marique potestate Calecutum quidem

Calecuti declinatio.

Digitized by Google

quidem interiit, detrimento commerciorum & famæ, minoribus nunc oppidis adnumeratum, Cochinum vero florere occæpit, evecto rege etiam supra *Samorinum*, sociorum Portugallensium auxilio ac copiis.

Cochinum floret.

Cranganor. Calecuto ad *Crangonor* 10. mill. numerantur, 10 & dimidio gradu. Hic Lusitani arcem etiam habent.

Cochinum. A *Cranganor* Cochinum decem milliaria sunt ac decimo gradu jacet. Cochinum a Lusitanis habitatur & indigenis; aliisque Indis Christianis. Magnitudine Goam ferè æquat, multâ incolarum frequentiâ, multisque ædibus, templis ac monasteriis ornata, jucundissimo & nitido flumine, fœlicique portu. Extra urbem parvo spacio riuulus quidam fluit, quem aliquando sicco pede transeas; supra riuulum jacet locus nominatus *Cochin Dacyma*, id est, supra Cochinum; ibi territorium Malabarensium adhuc in pristina secta viventium est, ibi rex aulam habet. Locus autem satis instructus est Indorum more etiam foro cotidiano celebris, eodem modo ut in urbe *Cananor*; sed majore abundantia & frequentantium fœliciore commercio. Cochinensis ditio ad insulæ formam jacet, multis enim riuulis ac fluminibus cingitur. E regione Cochini ad Septentrionem alia insula jacet *Vaypyn* dicta, quæ veluti arx *Cranganor* aquis cingitur. Omnes hæ regiones planæ & depressæ sunt ut in Batavia, verum nec aggeribus, nec arenosis collibus muniuntur, nudo tantum littore adversus impetum maris protectæ, id neque altum est, naturæ tamen beneficio conservatur. Ipse agri conspectus jucundus, grato virore, multis silvis ac arbustis distinctus, oculis adlubescit. Sunt & ibi silvæ quæ Cinnamomum ferunt, quod *Canella de Mare*, id est, silvestre Cinnamomum vocatur. Hoc bonitate a Casia insulæ *Seilan* differt. Nam cum pretium Cassiæ Seilanæ ad centum *Pardauos* sive Daleros ascendit, hæc tantum viginti & quinque sive triginta *Pardauuis* æstimatur, & cautum est; Ne quis hanc Casiam ad Lusitaniæ usus distrahat, Verum eo non obstante quotannis magno numero ad naves fertur, sed tributi causâ in regiis codicibus, sub nomine Casiæ Seilanæ innotescit, ut ita vectigalibus fiat satis. Cochinum Piperis quoque multum mittit, & implentur eo duæ naves quotannis, cæteræ oram legunt diversisque locis id suscipiunt, ut supra relatum est. Extra Cochinum etiam multi Mauri Machometani habitant, multique Iudæi opulentissimi homines. Libera illis relligio est, ut etiam Machometi cultoribus quibus & *Mesquita* sive templa sunt. *Brameues* quoque Malabarensium & Indorum sacerdotes idolis suis quæ *Pagodes* dicuntur serviunt, ac ædes habent iisdem dedicatas. Hæ tres nationes suis viuunt institutis, nullâ discordiâ aut perturbatione, ac cum *Nairis*, id est, nobilibus feudatariis ad consilium regis nullo discrimine promoventur. Cum aliqua res graviorem deliberationem exigit rex tres hasce gentes cogit, ab iisque consilium magnâ fiduciâ exigit. De Rege, *Nairis*, incolis Malabar, sacerdotibus *Bramenis*, moribus ac ritu, & idolis *Pagodis*, alio loco fusius dicemus, adjunctis imaginibus ac figuris. Nunc tractum Indiæ sequamur.

Cochinum ad *Coulon* duodecim milliaria sunt nono gradu; ibi arx Lusitanorum est, ad quam singulis annis una navis Pipere oneratur.

A *Coulon* ad Caput Comorinense viginti milliaria numerantur. Hoc Promontorium secundo & dimidio gradu extenditur; ibique tractus Malabar Indiæque ora finem habet.

Malabarensis ora humilis ut in Batavia.

Cinnamomū sylvestre.

Cochini duæ naves pipere implentur.

Iudæi, Mauri ac Ethnici viuunt suis legibus.

Coulon.

Caput Comorinense.

CAPVT XII.

Declaratio regum, eorumque origo; divisiones regionis, tractusque Malabar.

VT rectè lector intelligat regionis Malabar diversam ditionem ante omnia sciendum est; Multos ante annos uni regi totam regionem obtemperasse, cum Monarchiæ excellentiâ polleret, quod nunc in multos dominatus divisum est. Vltimus regum fuit (ut indigenæ narrant) *Sarama Perymal*. Ejus tempore Machometani Arabes commercio maris Rubri Indiæ tractum frequentarunt. Vnde ab iis ipse rex seductus Machometi sectæ adhæsit, convalescente per Orientem hujus religionis authoritate, quæ viribus firmior adversus Christianæ fidei incrementa diu stetit, continuâ Maurorum instigatione aversis Indis a Lusitanorum pietate ut ipsæ gentis historiæ testantur.

Ita ceperat ejusdem sectæ amor *Saramam* regem ut vel ad longinquam peregrinationem animatus, sepulchrum Machometi, quod Meccæ colitur & ipse invisere decreverit, ibi vitam certâ salutis spe finiturus. Itaque convocatis amicis regnum dividit; Vni Cochinum, alteri Cananor, tertio Chale, quarto Coulon, &c. propinat, cum regio titulo. Calecutum autem amantissimo sibi ministro donat, eumque *Samorinum* sive Cæsarem nuncupat. Imperator is & ceteri omnes vasalli essent. Inde mansit Calecuti regi in hunc usque diem *Samorini* nomen, cum præstantia potestatis supra omnes reges Malabar. Rex *Sarama* apud Meccam obiit, & rata fuit divisio, ex qua etiam hodie successio omnium *Malabar*

Sarama rex.

Regnum divisit.

Samorini institutio.

Digitized by Google

regum durat. Ceterum *Samorini* fœlicitatem imminuit Lusitanorum adventus, ac præstat hodie Cochini rex ut supra retulimus. Incolæ hujus ditionis eximiâ belli gloriâ feruntur, nudi prorsus incedunt viri juxta ac fœminæ, pudenda tantum tecti. Infestissimi sunt Lusitanorum hostes, quibus licet cum *Samorino* pax sit, multisque arcibus valeant, occultè tamen a *Samorino* subditis petuntur, quod portus quidam clandestini etiamnum supersint, ut *Chale*, *Calecut*, *Cunhale*, *Panane*, &c. e quibus Liburnicis erumpunt & mercatores miseros spoliant: Etiam *Samorino* levis est cura pacis, quam pro arbitrio rumpit, instigatus per Machometi adoratores, qui Lusitanorum religionem omni modo tollere conantur. Horum Malabarum causa classis quotannis Goâ solvit, æstivo tempore, ad securitatem mercatorum, quibus illi piratæ insidiantur, prædatoriis lembis. Ager fertilis est & fœcundus; sed aëre inviso ac peregrinorum valetudini adverso. In hoc tantum tractu & littore piper invenitur; quamvis etiam in Malaccæ quibusdam locis crescat; sed non tanto numero. At hinc per universum Orbem spargitur.

Incolæ Malabar piratæ.

Samorinus fœdifragus.

Classis Lusitanorum.

Aër gravis.

Piper in ora Malabar tantum.

CAPVT XIII.

Insula Maldyva sive Malediva.

EX regione C. Comorinensis 60. milliaribus a firma terra, ad Occidentẽ, insulę incipiunt, quas *Maldivas* vocamus decimo septimo gradu ad Septentrionem, porrectæ in Phœnicis venti flatum tertio gra. in Austrum, spacio 140. milliarium. Quidam harum insularũ numerum ad 11000. ferunt; sed non est certa ratio. Innumerabiles enim sunt. Incolæ Malabarensibus similes. Quędam autem habitatores habent, quædam vero nullos; Ager etenim depressus est, ut Cochini & Cranganorii, ideoque fluctibus quandoque obrutus. Malabares insulas has continenti adhæsisse ferunt, tractuque temporis violentiâ maris, propter agri humilitatem avulsas. Nihil hic singulare præter Indorum nuces, quas *Cocos* vocant, & nucum culleolas sive ut Indi vocant *Cairos*. Ex iis funes navium Indiæ conficiuntur; ut apud nos ex cannabe. Maximâ hic fructus illius abundantiâ totus pene Oriens instruitur. Navem cum omnibus armamentis ex hac arbore conficiunt, vela ex foliis filis ex culleolis consutis, sine ullo ferreo clavo; Onus autem navium ex nucibus ad negotiationem: Cibus quoque ipse navigantium ex eadem arbore est. Ita navis cum mercibus victu, &c. arboris hujus utilissimæ fructibus constat, in sustentationem eorum qui in his insulis morantur, totamque Indiam suis nucibus penetrant. Etiam in iisdem insulis eximiæ ac singulares aliæ nuces sunt, adversus venena validæ, magnitudine ac colore nigro notabiles. Vidi ego oblatas Proregi Indiæ, capacitate duarum Amphorarum, æstimatas ad trecentos *Pardauos*, quæ Regi Hispaniarum in munus servabantur. De hac arbore & fructibus post latius dicemus. Nunc ad tractus descriptionem revertamur.

Maldivę sparsæ per 140. mill.

Funes Indorum ex culleolis.

Vtilitas arboris Palmę quæ Cocos fert.

Nuces adversus venena.

Ab extremitate *Comoryn* tractus introrsum abit ad Borapelioten, usque ad Negapatæ promontorium undecimo gradu, quod a Cap. *Comoryn* nonaginta milliaria distat.

A Capite *Comoryn* ad Vpophœnicem in mari extremitas insulæ celeberrimæ *Seylon* eminet, porrecta inde ad Vpaquilonem, usque ad Negapatæ promontorium, differentiâ cum firma terra dictoque Promontorio decem milliarium. Inter continentem vero & insulam ipsam syrtes quædam sive insulæ jacent, a quibus ingens periculum aliquando est navibus Bengalam & tractum *Choromandel* petentibus, per hoc fere fretum. Insula *Seylon* longitudine sexaginta milliaria habet, & latitudine quadraginta. Gradu septimo & dimidio Lusitanorum arx *Columbo* dicta conspicitur, quæ justa semper militiâ, maximisque inpendiis ab inimicorum quotidianis expeditionibus conservatur. Nàm præter hanc nullum in insula munimentum, aut receptaculum Lusitanis restat. Exiguus ipse locus est, sed perquam munitus. Milites præsidiarii fere ex damnatis & relegatis sunt, in hunc locum ob aliquod facinus. Item mulieres impudicæ ad hanc arcem mittuntur, ut contubernia militum adjuvent. Multis arx ipsa præliis ab incolis petita, sæpeque obsessa etiamnum virtute militum conservatur.

Seylon Insula.

CAPVT XIV.

Insulæ Seylon descriptio.

INsula *Seylon* ex melioribus est quæ nostris temporibus sunt detectæ, fertilissima item omnium insularum, culta & frequenter habitata a populis, quos *Cingalas* vocant. Illi fere cultu & moribus Malabarensium degunt, longis patulisque auribus sed colore non ita nigro. Nudi etiam incedunt, nisi quod pudenda tegant. Vnus hic rex olim imperabat, is postea dolo quorundam sublatus fuit, diviso inter multos principes imperio. Nuper tonsor quidam præcipuum e regibus e medio sustulit, sibique imperium adscripsit, depulsis insigni tyrannide cæteris, ex quibus unus in Indiam perfugit, ac Goæ munificentiâ Regis Lusi-

Fertilitas insulæ Selon.

Tonsor regnum invadit.

Digitized by Google

gis Lusitaniæ alitur. Hic tonsor Regni potens *Rain* appellatur, providentiâ & intellectu præstantissimus, bellorumque haud rudis, verum nemini fidens. *Chingales* eidem ipsi infesti sunt, odioque tantam tyrannidem habent, pressi interim metu ad obedientiæ ministeria. Idem hostis Lusitanorum acerbissimus, eo anno qui discessum meum præcesserat, ex India, Arcem *Columbo* obsidione cinxerat, multâ populorum ac Elephantorum vi, sed irrito conatu, auxilio obsessis a cæteris ex India Lusitanis allato. Montosa est Insula, in qua item sublimis admodum mons visitur, altissimo situ inter totius Indiæ cacumina, vocaturque *Pico de Adam*. Asserunt firmâ Indi opinione Paradisi ibi locum fuisse, ibique factum Adamum, ac etiamnum extare eodem in Monte vestigia primi Patris saxis infixa, & velut sculpta ad perpetuam memoriam. Fœcunda est Insula *Seylon* omnium Indiæ fructuum, fert omnis generis feras; Cervos, Apros, Lepores, Cuniculos, etiam aves diversas, Pavones, Gallinas, Columbas, &c. Optimæ notæ Mala aurea, Limones, &c. quibus totius Indiæ imo Hispaniæ & Lusitaniæ fructus facile cedunt. In summa sola fere cuncta collegit, quæ in cæteris Indiæ partibus separatim sparsa reperiuntur. Non desunt etiam Indicæ Palmæ, sive Nuces quas *Cocos* vocant, & affirmant quidam fide digni, qui in eadem Insula, interiore parte, captivi fuerunt, ex quibus ipse audivi, esse ibidem Nuces Myristicas, Caryophilli arbores & Piperis plantas; quamvis non certò constet: nam usque in hoc tempus nullo cum Christianis commercio frequentatur. Ceterum fœlici proventu optimi Cinnamomi maximè gaudet, id Orientis laudatissimum sylvis & nemoribus passim in hac Insulâ exhibetur, Orbique infertur. Lusitani illud manu armatâ, diversis expeditionibus militarem in modum vindicant, intempestivis horis, præcipuo Ducis, Propugnaculi fructu, cum aliud emolumentum fere non habeat. Mittit eadem Insula omnis generis gemmas, si Adamantem exceperis, sed Pyroporum, Cyanorum, Topasorum, Spinelorum, Granatorum, Robassorum, &c. maxima præstantia est, supra Orientis reliquos lapides. Etiam margaritarum piscatione laudatur, sed non ita probâ, ut ea quæ Bareyni apud Ormutium est. Auri, argenti, cæterorumque metallorum fodinas habet, quas tamen Reges non permittunt exhauriri, servatas velut thesaurorum loco in ostentationem. Mihi causa videtur: Ne quis illis bellum inferat, cupidine auri. Ferrum quoque, linum & sulphur producit. Etiam eboris ingentem vim, commendatâ ibi multitudine ac præstantiâ Elephantum. Li-

Hostis Lusitanorum arcem obsidione cingit.

Altissimus mons in Insula Seylon.

Paradisi locus

Cinnamomi optimum.

Gemmæ ex Seylon.

nobilissimi sunt Indiæ Orientalis, ideoque, ut verissimè probatum est, a cæteris ejusdem generis animantibus ex aliis locis privata veneratione adorantur. Incolæ sive *Chingales* artificiosè laborant aurum, argentum, ebur & ferrum, aliaque metalla, operibus a ceteris Indis supra modum æstimatis. Tormentorum sive sclopetorum fistulas insigni quoque arte formant, velut artifici manu exasciatas. Inde Domino meo Archiepiscopo Crucis imago oblata, quam artifex Seylanus ex ebore confecerat, in longitudinen unius ulnæ, tantâ artis vi, ut capilli, barba, ipseque vultus viventis hominis gestum mentirentur, optimâ staturæ mensurâ; In Europa nihil tale. Ideo ab Archiepiscopo arcæ inclusa, ad Hispaniæ Regem missa fuit, dignâ æstimatione inter preciosissima tanti Regis Cimelia. In histrionum artibus excellunt. iidem maximè, multasque venustates corpore ac ludis exercent, totam Indiam percurrentes, magnâ spectantium admiratione. Sed de hac Insulâ satis. Restat etiamnum ora Choromandel, ad extremitatem Negapatæ.

Elephantes ex Seylon nobilissimi.

Incolæ Seylon artificiosissimi mortalium.

Crucis imago artificiosissima.

CAPVT XV.

Ora Choromandel; Regnum Narsingæ sive Bisnagar.

ORa *Choromandel* ab extremitate Negapatæ initium sumit, tenditque ad Vpaquilonem, in locum quem *Musulepatan* vocant, nonaginta milliarium spacio, decimo sexto & dimidio gradu. Eâdem in orâ inter hæc duo loca, vicus quidam jacet; quem S. Thomæ vocant decimo tertio & dimidio gradu, quadriginta milliariũ distantia a Negapatæ puncto. Hic locus cum Negapata a Lusitanis habitatur, qui inde cæteras partes commerciis frequẽtant: Idem vicus olim celebre emporium fuit, *Meliapor* dictum, regni Narsingæ; cujus Rex nunc vulgariter Rex *Bisnagar* appellatur, a metropoli & regia urbe: Illa interiore regni parte jacet, hodieque caput est Narsingæ & totius oræ *Choromandel*. Incolæ vultu, moribus & ritu similes sunt habitatoribus Ballagattæ, Decaninis, & Canaris: fere enim ejusdem generis populus est, tantumque regnis & locis discrepat. Ceterum ut intelligas cur S. Thomæ nomine hic locus innotescat. Indi narrant, eo tempore quo Apostoli universum Orbem Evangelij causa dispersi obibant. S. Thomas peragratis multis Indiæ locis, in Narsingæ Regnum venit plurimosque ibi ad Christi fidem convertit: ita commemorant Christiani, quos idem Apostolus ad fidẽ perduxerat & baptismo sacraverat, qui ibi a Lusitanis initio navigationis Indicæ inventi fuerant, hodieque multi

Vicus S. Thomæ.

Ratio nominis.

Christiani a S. Thoma facti.

Digitized by Google

existunt, viventes ritu fere Græcorum & Chaldaicâ linguâ sacris operantes, nullo cum Lusitanis commercio circa fidem. Demum meo tempore quidam inter eos Episcopus Romam profectus, sese Ecclesiæ Romanæ authoritati subjecit, retentis tamen antiquis ceremoniis, quas Pontifex illis permisit. Cũ Dominus meº Archiepiscopus Cõciliũ Provinciale in urbe Goâ celebraret, ad quod suffraganei uenerant Episcopi Cochini, Malaccę, & Chinæ: ut authoritas major esset, ipsum quoque illum Archiepisopi titulo auctũ, ac Româ nuperrimé advectum euocavit, is adsiduè prẹsens concilio intererat, certus tamen nihil mutare in ceremoniis quas suffraganei cęterorum S. Thomæ Christianorum usurpabant. Ad propositum conversâ oratione. Narrant iidem D. Thomã diu parvo fructu concionibus in Regno Narsingæ, propter adversam sectam Sacerdotum apud Indos idolis *Pagodis* servientium, quos *Brameues* vocant, intendisse, ita ut frustra postularet a Rege sacellũ, in quo sacrificaret, populumque doceret. Verum subito Dei nutu (ut ajunt) flumini ad portum urbis *Meliapor* objectus arboris truncus, omnem portus commoditatem impedivit, sublato commercii fructu ingenti damno regis. Is supra 300. Elephantos congregavit, ut ii truncum extraherent: verum temerè, nec quicquam juvãtibus *Bramenis*, sive Magis. Ideo contristatus Rex, multis promissionibus sollicitat eductionem fatalis ligni. Hac occasione D. Thomas Regem adit, pollicetur se solum educturum truncum, modó Regis liberalitate ligno uti posset, ad structuram Sacelli: consensit Rex, irridente Sacrificorum turbâ. Ibi tum Apostolus cingulo quod gerebat trũcum facillimè in terram protraxit, mirabili stupore circumstantium, ipsiusque Regis, qui mox Sacellum jussit ædificari. Ita multi hoc miraculo excitati, fidem Christi assumpserunt, mox undâ salutari tincti; cum maximâ imminutione authoritatis Sacerdotum gentilium: Sed illi nequaquam tantũ fidei Christianæ profectum ferentes, D. Thomam in Sacello genibus flexis orantem, a tergo invadunt, ac confossum ad necem adigunt. Ea historia in multis Indiæ templis ita depicta cõspicitur. Descendentes autem ex illis, qui Apostolum ad necem compulerant, velut divinâ irâ devoti, ab ipsa nativitate signum maledictionis afferunt, suris tibiisque inflatis, ut Elephantos altero crure, reliquo corpore bene formato, referant. Hosce ego homines multos vidi, fœminas ac viros, sunt enim passim & plurimi in ea D. Thomæ regione. An ea vero istius enormis crassitudinis causa sit, disputandum relinquo. Sæpe ex ipsis causam quæsivi, quã illi aliam non adferunt, præter eam quam supra retulimus. Gressum ipsum aliâs non impedit. Obstat duntaxat forma irregularis, distansque a ceteris mortalibus: Figuram eorum post videbis.

Episcopus ex iis Romam navigat, ac Pontifici se subiicit.

Miraculum a S. Thoma.

S. Thomas confoditur.

Civitas *Meliapor* successu temporis a pristino splendore descivit, ut cuncta mundi infirma, suis vicibus annihilantur. Lusitani post terræ hujus detectionem, in loco sepulchri S. Thomæ civitatẽ constituerunt, erecto ex lapide templo, eo in loco ubi olim sacellum ex ligno fuerat, constatque etiamnum janua templi ex prędicto ligno ad memoriam rei, magno concursu Christianorum: Scatet enim miraculis, ita ut ostium clavis ferreis munitum sit, ac ferro tectum: Ne quis immensâ religione ligni particulas auferat, redactâ postmodum ad nihilum ipsâ januâ.

Civitas Meliapor hodie ignobilis.

Templũ Lusitanorum.

A *Musulepatan* ora ad Vpocœciam flectitur, usque in Regnum Bengalæ 120. mill. estque ea Regio *Orixa*, pertinens ad eandem oram ad flumen Gangem; initium Regni Bengalæ. Tractus hic Narsingæ, Bisnagar, & Orixæ, oraque Negapatæ & D. Thomę vulgariter a Lusitanis *Choromandel* dicitur, adusque Bengalam, ubi Lusitani maximo studio mercaturã exercent. Dives enim & uberrima regio est, omnium rerum ad usum hominum, Orizæ, avium omnis generis animaliumque. Aëre etiam fruitur optimo. Lusitani ibi & cæteri aduenæ salubertimè habitant, cum in aliis Indiæ locis iniquius cœlum sit. Ex hoc tractu frequenti commercio Bengala, Pegu, Sian, Malacca, & India petuntur. Hic pulcherrimè Gossypina fiunt, nominatim Negapatæ, in urbe S. Thomæ, ac Musulepatæ, diversi coloris, variis item figuris ac flosculis exornata, tenui facturâ, æstimatione in India supra bissum. *Regatas* & *Cheylas* vocant, Lusitanisque ac Christianis serviunt ad braccarum usus. Etiã linteamina quædam mulieribus conficiunt, quæ ab umbilico corpus deorsum tegunt, domestico induméto perquam pulchrè facto. Optimum genus est quod ex *Saraſſo* vocant, filo auri argentivé inserto, artificiosissimâ texturâ diverso maximè genere, jucundissimoque gratiâ ornatus adspectu. His quoque in finibus arundines illæ crescunt, quæ crassitudine insignes, ad usum Pallanquinorũ ex iis dependentium, quibus mulieres gestantur, serviunt; ut post ex figuris patet. Crassities duabus vix manibus comprehendi potest. Pulcher autem harum arundinum aspectus, varietate colorum, oculos valde recreat; ut suo loco latiori narratione explicabimus.

Gossypina.

Arundines crassæ.

Et varii coloris.

CAPVT XVI.

Regnum Bengalæ & flumen Ganges.

AD finem regionis Orixæ tractusque *Choromandel*, flumen Ganges incipit in regno Bengalæ. Hoc fluentum inter Orbis aquas clarissimum est. Origo ignoratur, quam quidam ex Paradiso repetunt fabulæ intuitu,

Ganges Fl.

Ejus fons.

Digitized by Google

intuitu, quam Bengalæ homines referunt. Rex quidã (ita ajunt) cupidus cognoſcendi ortus, quoſdam educari juſſit piſce crudo, ut iis ita commodius uteretur. Hos navibus impoſitos adverſo flumine explorato-res miſit, qui demum poſt quorundã menſium navigationẽ devenêre in loca, ubi odo-re ſuaviſſimo aër mitiſſimus luceret, aquis leniter ſtagnantibus, impletâ fide Paradiſi. Cum autem ulterius tendere conarentur, ipſi quidẽ nihil profecerũt, repugnante validó fluminis curſu: Ideoque reverſi ad Regẽ, quæ viſa fuerant expoſuerunt, ſimulque creditum eſt, Gangem ex Paradiſo aquas in noſtrum orbem ferre. Crocodilos habet hic fluvius, ut Nilus Ægypti. Oſtium 22. gra. eſt & ora ad Vpeurum tendit, uſque ad Regnum Aracan, ſpatio ferè 80. mill. tractu incommodo per multas inſulas, ſyrtes, promontoria & receſſus: Hęc enĩ Bengalę regio interiore ſitu ad ſinũ quẽ Bengalæ vocant, jacet; Ab Aracan ora ad MeſoPhœnicem extendit ſe Malaccam verſus, & extremum littus quod Singapuræ vocant. Ad Gangem ut revertamur. Indi aquas fluminis maximo habẽt in pretio ſummâ ſanctitatis opinione. Qui enim aquis iſtis tingitur delictorũ certâ veniâ, cum recenter natis integritate certare poteſt: Ideo arbitrantur abſque ablutione ex Gange neminem ſalvari, eſtque inde ad flumen frequens Orientis concurſus; multis ſuperſtitionibus varioque cere-moniarum geſtu ejus majeſtatem ſuſpicientis; a quo ſummum bonum ludicrâ religione pendere exiſtimat.

Fabula.

Ganges ſanctitatis opinione colitur.

Ab hoc flumine 50. mill. ad Orientem, civitas *Chatigan* ſita eſt, metropolis Bengalæ. Incolæ & indigenæ Bengalæ iis qui Seylon habitant fere ſimiles ſunt, candidiores tamen aliquantulum Chingalis. Ceterum natura callidi ſunt & pravi, peſſimi ideo mancipiorum Indiæ, inclinatis in furta & meretricias artes fœminis, licet in partibus Indiæ libidinis labes vulgaris & nimis quã trita ſit. Cibum ex more eadem in olla bis non coquunt. In adulterio repertis naſus abſcinditur, permiſſo divortio ex lege, quam arctè ſerviant. Ipſe ager fertilis eſt omnium quæ ad vitam pertinent, Orizam præcipuè fert, quæ annuis inde navibus in ceteras Orientis partes diſtrahitur. Rerum omnium pretia viliſſima ſunt, & vix narra-tione fidẽ habitura: Nam integrum Bovem Vaccamve ad *Larini* æſtimationem com-paraveris: *Larinus* autem valet 10. ſtuveros; Ovium, Gallinarum, &c. æqualis ratio eſt. *Cãdila* Orizæ, quę ferè 14. modiis cõſtat, 10. ibi aut 15. ſtuveris emitur: Sacharum & alia pro valoris ſui ratione. Indeque abundan-tia omnium rerũ facile ſupputantibus con-ſtat. Luſitani ſua ibi commercia exercent, & in quibuſdã locis habitant, in Portu nempe magno & Portu parvo. Verum ii nullis munitionibus aut legibus continentur, li-berique ac palantes degunt; nullâ juſtitiæ curâ, quod fere ex eo numero ſint; qui ſcele-ribus in India infames, hæc ſibi loca dele-gerũt. Magnâ nihilominus frequentiâ mer-catorum regio celebratur, per integrum anni ſpaciũ commeantibus navigiis. Prẽter Orizam multa hic Goſſypina conficiuntur, per Indiam magnopere laudata, quæ non modo in Orientis loca, ſed in ipſam quo-que Luſitaniam dimittuntur. Sunt autem multæ ſpecies: *Sarampuras* vocant, *Caſſas*, *Comſas*, *Beatillias*, *Satapoſas*, &c. fictis aliis mille nominibus. Etiam quædam eximia & candida ex herbâ inſtar fili præparant, fi-lum apud Paludanum videas, colore flavo. Herba Bengalæ nominatur. Pingunt hoc filo lectum, ſtragula, pulvinaria, mantilia, quibus pueros Baptiſandos induũt, circum-textis floribus imaginibuſque ad miracu-lum uſque artis, ut nec in Europâ tale quid inveneris. Subinde item ſericum miſcent; ſed ea quæ ex purâ herbâ fiunt precioſiora ſunt, ipſumque ſericum exſuperant. Telas hujuſmodi *Sarryn* vocant, multi uſus in In-dia, ad braccas & thoraces virorũ. Abluun-tur ut apud nos linteamina, nitoremque ſuum velut nuper factæ recipiunt. Ex Ben-gala *Civetta* quoque ſive *Algallia* provenit, ſed pravo Bengalæ hominum ingenio, ea corrumpitur, admixtis ſordibus olei, adipis, &c. ideoque parvi fit. Etiam in hoc Bengalæ regno Rhinoceros magno numero reperi-tur; a Luſitanis *Abada* dicitur. Cornũ, caro, ungulæ, ſanguis, & cætera corporis contra venena valent, ideoque apud Indos maximẽ celebrantur, ut alio loco referemus. Simi-liter hic in marmoris varietatem arundines creſcunt, quæ a Luſitanis *Cana ex Bengala* vocantur, & apud Paludanum exſtant di-verſa formâ. Cavæ eædẽ non ſunt, ſed intus prorſus ſolidæ; craſſæ ut arundines Hiſpa-niæ, lentæ ad inſtar viminis viridioris; Varię velut penicillo depictæ; vetulis in uſum ſcipionis in Luſitania ſerviunt. Aliud quod-dam genus *Rota* dictum ſervit vimineo te-muique lentore ad corbium, ſportularum aliarumque elegantiarum facturam, cujus apud D. Paludanum diverſas formas ſpecta-res. Sachari & butyri (ut narratum eſt) magnam habet copiam. Nunc de reliquo tractu agamus.

Bengalæ mancipia peſſima.

Vilitas rerum

Luſitani in Bengala habitant.

Nullis legibus.

Goſſipina diverſa.

Telæ in Bengala ſpecies ex herba.

Civetta Bengalæ.

Rhinoceros.

Arundines variæ.

CAPVT XVII.

Tractus & terra Aracan, Pegu, & Sian, uſque ad extremitatem Singapuræ, & civitatem ac arcem Malacca.

REgnum Bengalæ ſequũtur regna *Aracan* & *Pegu*, ibique tractus a Bengala ad Meſophœnicem tendit, ad civitatem vel portum *Martavan*, in regione *Pegu* 70. mill. *Martavan* jacet 16. gradu, ibique initium ducit regnum *Sian*. Hæ autem re-giones *Aracan* & *Pegu* opulentiſſimæ ſunt, fertileſ-

Regna Aracan & Pegu opulenta.

Digitized by Google

fertilesque omnium rerum proventu, auri præsertim, nobiliumque gemmarũ, Pyropi, Saphyri, Hyacinthi, Robalsi, Granati, &c. ut satis ex quotidianis commerciis apparet, quibus in alias partes distrahuntur. Etiam *Lacca* hic conficitur, quæ tanto numero Orbi infertur. Maximus hic quoque Elephantum numerus est, si in aliquâ parte terrarum. Vt Lusitani enarrant qui ibi mercaturam exercent a Rege *Pegu* candidus Elephas adoratur. Mos incolis regni *Pegu* hic est. Ab hospite quovis quærunt in ipso adventu; quanto tempore ibi velit degere? Vbi aliquod ille notaverit, confestim multas eidem filias offerunt, ex quibus unam eligat, cumque parentibus transigat, super puellæ ministerio. Ea deinde nocturnis diurnisque officiis, hospiti mancipata & famulæ & conjugis vicem implet. Ceterum a consortio cum alterâ muliere prudenter caveat, aliter in certum vitæ periculum devenerit. Tempore emãsionis elapso restituitur cognatis, sive parentibus puella, cum pretio ministerii contracto, quæ post honestate nõ minori famata degit, hospite iter suum persequente. Quinimo si eadem alio cum marito etiam regionis præcipuo connubii lege steterit a reverso hospite jure recepto repetitur, ad eumque relicto marito redit, eoque discedente ad virum nullâ interruptæ fidei maculâ remeat. Hæc illis inviolata connubii Lex est, contra cæterorum maritorum mores. Pari ratione qui natalibus aliaque dignitate clarior est, ducturus uxorem, hospitem quendam studiosè persequitur, qui primâ nocte virgini florem delibet, absersâ ita ut putãt molestiâ summo sponsi honore. Is mos non tantum apud nobiles, verum & apud ipsum Regem viget.

Lacca sigillatoria.

Candidus Elephas.

Hospites quo modo excipiantur.

Quidam præterea ex indigenis *Pegu* nolam magnitudine nucis adfixam genitalibus inter carnem & cutem gerunt. Nolam talem quam ex India attuli Paludanus a me dono habet; sono admodum suavi ferũtur. Quod incolæ hujus loci in Sodomitarum libidinẽm proclives sunt, ideo vel hoc modo Veneris aversę usus prohibetur. Fœminæ nudæ ferè incedunt, velamento tantũ circa pudenda, quod ipso gressu aperitur, certis illecebris libidinũ, quibus viri a Sodomiæ peccato retrahãtur. Puellis infantibus quidam pudenda filo consuunt, ad usum naturæ duntaxat relicto exiguo foramine, ita post spõsus membrum resecari suo arbitrio curat, unguento sive oleo ad medelam vulneri in fuso. Ipse in urbe Goa ex mulieribus unam spectavi, quam Archiepiscopi chirurgus ita complexui maritali aptam reddiderat: Fabulam narrari primum arbitrabar; Sed mihi hæc res non tantum ex Lusitanis frequenter ibi agentibus comperta est, verum & ex ipsis indigenis, qui multi etiam Christiani in India viuunt, ac hujusmodi mores confitentur, quos etiam locorum hominumque commercia satis propalant. Homines *Aracan*, *Pegu* & *Sian* ferè similes sunt iis qui Chinę regnum habitant, colore tamen differunt, quod nigriores sint Chinensibus & Bengalensibus candidiores. Figuræ post patebunt.

Incolæ Pegu Sodomitæ.

Color indigenarum Pegu.

Ad oram, portum, urbemque *Martavan* extremitatem regni *Pegu* ac initium regni *Siã* ut revertamur. In civitate *Martavã* ollę illæ ingentes cõficiuntur Martavanę dictæ, quæ nonnunquam duos cados capiunt, & per Indiam maximo numero distrahuntur. Vasa quippe non habent nisi quæ ex Lusitania deferuntur. Oleum autẽ, aqua & vinum in his ollis summâ bonitate servatur, magno commodo viatorũ, ideo & in Lusitania expetuntur, ad servationem olei & aquæ in navium usibus, in Indiam proficiscentium.

Ollæ Martavan.

A *Martavan* incipit tractus *Sian* ad Mesophœnicem usque in extremitatem Singapuræ post, Malaccam 220. mill. spacio.

A *Martavan* ad urbem *Sian* terra ad Meridiem tenditur. Ad aliud latus maris & tractus 70. mill. sunt; ac juxta mare tractus (ut dictum est) ad promontorium Singapuræ porrigitur, indeque introrsum flectitur, usque ad supradictam urbem *Sian*, ita in modum brachii hæc terra sive excursus figuratur, latitudine maximâ 50. mill. & subinde 10. duntaxat, eo nempe loco, quo civitas Tanasseryna jacet, de qua postea agemus. Omnis hæc regio olim tributum solvebat regi *Sian*. Is imperatoriâ majestate maximis terris præerat, nunc item potens, verum a rege *Pegu*, cum quo semper bellum gerebat, & adeo nunc infinito odio petitur, maximâ parte virium exutus. Anno 1568. magnis copiis inter duos hosce reges certatum fuit, centum aliquot millibus ab utraque parte interfectis: Sed Regi *Pegu* victoria fuit, ideoque rex *Sian* tributum velut victori solvit. Causa tãti certaminis erat Elephas candidus. Eum Peguenses honore maximo habẽt, & cum rex *Sian*, apud quem candore illustre animal servabatur, multis legationibus promissisque infinitis fatigatus, Elephantum iis permittere nollet, accensi Peguenses, omnibus regni viribns ad regem Sianæ contendunt, Elephantoque non tantum potiuntur, verum & ipsum regem subiiciunt indicto tributo. Inde prima regni Sianæ declinatio. Post multi etiam reguli tributarii tantâ clade regis animati, etiam vectigal negavêre, monarchiam instituentes ingenti regno in multas satrapias ut enarrabimus dissipato, quæ tamen universali Sianæ regni nomine comprehenduntur. Regio Sian *Benzoini* magnam vim fert, quod Malaccã advehitur, ac inde per alias ditiones. Incolę vix ab iis qui Pegu habitant distantes, ut Malacenses ceterique vicini parvo discrimine viuunt.

Bellum inter reges Sianę & Peguę ob Elephantem cãdidum.

A *Martavan* Australi tractu 60. mill. ac inde 30. mill. ad Meridiem inter duas insulas ora se



Digitized by Google



Malachę incolę ſermone et moribus quam reliqui Indi cultioribus et magis comes.

Inwoonders van Mallacka welcke alle andere Indianen in taele courtoſije En amoreuſhęyt te boven gaen.

Digitized by Google



Insulanus e Iava gens durę cervicis.

Een eylander wt Iava welcks volck is hart-
neckich en opstinaet. 24 en 25



Digitized by Google

Tanaſſerina urbs. ora ſe introrſum ſinuat, ubi civitas Tanaſſeryna jacet 11.gra. Ab hac urbe ad 10. tantum mill. latitudo extendentis ſe terræ patet. Frequens in hac urbe conſuetudo Luſitanorum viget. Hic velut *ſtapela* eſt ſive forum omnium rerum, quæ ex Pegua & Siana deferũtur. Multa etiam hic vina colliguntur, ex Indiæ nucibus, quas *Cocos* vocant. Id vinum *Nype de Tanaſſerim* dicitur, id eſt, vinum igni eliquatũ ex Tanaſſerina; conſtat enim aqua quam educunt ex nucibus iiſdem, eâdem virtute qua apud nos vini latex. Goæ quoque *Nypa* fit, ſed quæ ex Tanaſſerina advehitur præſtantiſſima eſt, & frequenti uſu in ollis Martavan per Indiam diſtrahitur. Mulieres Indiæ hunc potum ardenter concupiſcunt, a quo præſentibus quidem viris abhorrere videntur, veruntamen iis remotis liberè potant. Tanaſſarinæ regnum, olim regi Sianæ tributarium, hodie præcipuum regem habet.

Vinum igni eliquatum ex Tanaſſerina.

Mulieres Indiæ ebrioſæ.

Ex Tanaſſerina 20. mill. ad Africum, ut ſinum inter duas inſulas evadas, tum ad Notapelioten, ſi tractum perſequaris, uſque ad regnum & urbem Quedam 60. milliaria computantur. Iacet 6. & dimidio gra. Proprium item hæc ditio regem habet, ut Tanaſſerina, item vina ſimilia, piper quoque.

A Queda eodem tractu ad Phœnicem 40. mill. 4. & dimidio gradu civitas Pera occurrit. Illic multa copia *Calaem* reperitur, materiâ ſtanno perſimili, ut etiam in *Gunſalan*, ejuſdem tractus loco ad Circium. A Queda 30. mill. 8. & dimidio gra. A Pera 30. mill. ad Vpophœnicẽ civitas Malacca conſpicitur 2. & dimidio gra. ad Septẽtrionem. Inde 20. mill. ad Auſtrum diſtat Caput hujus brachii ſive ſinus, quod Singàpuræ vocant, 1. gradu ſitum.

CAPVT XIIX.

Civitas Malacca cum arce.

Malacca.

MAlacca a Luſitanis habitatur, admixtis indigenis, quos *Malayos* vocant. Hic Luſitani arcem habent, ut Moſzambicquæ, ea poſt Moſzambicquæ & Ormutii propugnacula Ducibus ſuis queſtuoſiſſima eſt. Civitas Epiſcopali ſede fulget, ut Cochinum, Archiepiſcopo tamen Goę ſubiicitur. Hic forũ ſive *ſtapela* eſt totius Indiæ, Chinæ, Inſularum quas *Moluccas* vocant, & aliarum circumjacentiũ, frequentibus navigiis ex China, Molucis, Banda, Iavis, Sumatra, &c. Sian, Pegu, Bengala, Choromandel, ac India: Inde crebræ venientiũ ac abeuntiũ claſſes, mercimoniis onuſtæ infinitis. Familiæ Potugallenſiũ hic quoque degunt, verum nõ ſupra centum. Ceterum magno mercatorum numero locus colitur, exſpectantium tempeſtates quas *Monſoyns* vocant, eæ ſuo tempore certis flatibus ſpirant & navigia ad decreta loca Orientis referunt. Quod autem tam exiguo numero Luſitani hic reperiantur, aëris intemperies in cauſa eſt; non ſecus indigenis, quam exteris ac peregrinis graviſſima. Inde cunctos ibi moram trahentes morbus invadit, certo ſanitatis tributo, circa cutem aut crines, ut dicitur. Qui vitam ipſam ſervat miraculi velut fidem implet: Ideo a multis hæc plaga vitatur; quæſtus tamen auiditas etiam cum detrimento valetudinis mortales ſtimulat, ac peſtilenti oræ admovet. Opportunitas urbis ſane magna eſt, ideoque tam numeroſa mercatorũ multitudine petitur. Terra ipſa per ſe nihil fert, exoticiſque tantùm mercibus clareſcit. Quotannis ad hunc locum navis ex Luſitania proficiſcitur, quæ menſis ſpacio navigatione ceteras Indiæ naves anticipat, inque ipſam Indiam niſi neceſſitate compulſa non declinat. In Malacca tantum onus ſuſcipit, ceteris navigiis opulentiâ rerum omnium nimio quam excellentior. Indigenę narrant tenuẽ Malaccę originem ſex aut ſeptem piſcatorũ primum habitatione, ob aëris malignitatem: verum poſt auctum numerum, piſcatoribus Sianæ, Peguæ ac Bengalę accedẽtibus, qui tum civitatẽ ædificantes, peculiare idioma conſtituerunt, excerptâ phraſi elegantiſſimâ ex omnium nationum ſermonibus. Nomen civitati datum *Malacca*, quæ per breve tempus ſitus opportunitate tantâ opulentiâ claruit, ut cum potentiſſimis vrbibus ac regnis circumjacentibus certare poſſit. Malacitanorum autem ſermo celeberrimus eſt, & elegantiſſimus nitidiſſimuſque totius Orientis. Ipſi indigenæ, viri juxta ac fœminæ, amoribus ſuaviſſimè indulgent, nemini amandi in arte in Orbe ſecundi, ut opinantur. Rhitmis & cantilenis plurimum valẽt, ac carmine amoris potentiam magnis animis ſpirituque ingenti celebrant. Vſus hujus ſermonis per Indiã multus eſt, ut apud nos linguæ Gallicæ. Figuras poſt videbis cum iis quæ Iavæ incolas repræſentant.

Aëre fruitur haud ſalubri.

Navis Malaccæ oneratur.

Initium urbis Malaccæ.

Sermo Malacitanorum.

CAPVT XIX.

Sumatra olim Taprobana.

Taprobana.

COntra Malaccam ex diametro ad Libonotum 10. mill. differentiâ, a firma terra nimirum prope Malaccam ubi fretum anguſtiſſimum eſt, inſula percelebris jacet, quam veters Taprobanam nominabãt, recentiores Sumatram. Eadem a quibuſdam hiſtoricis Aurea Cherſoneſus dicitur, ab aliis vero Ophir, ex qua Salomon (ut ſacræ Literæ teſtantur) opum ſuarum magnitudinem impleſſet. Olim continentis Malaccæ (ut ajunt) pars fuit. Inſula a primâ extremitate verſus ſinum Bengalæ 5. gradu ad Septentrionem initium habet, ac juxta Malaccam ad Phœnicem tendit, facto fine circa Iavæ majoris inſulam, 6. gra. ad Auſtrum. Longitudine tenet 170. mill. latitudine vero 60. Hic nullius Luſitanorum incolatus eſt. Com-

Digitized by Google

est. Commerciis tantum quædam exiguo numero loca frequentantur, quod aliàs incolę ipsi Malaccam cum mercibus veniant.

Sumatræ plurimi reges. Multos habet Sumatra reges, præcipuus autem est rex *Acheyn*, cujus ditio 4. & dimidio gradu ad Septentrionem jacet circa primum insulæ promontorium.

Rex Acheyn potens hostis Lusitanorum. Regis hujus summa potentia est, ac magnopere Lusitanis infesta, sæpe Malaccam obsidione pressit, magnisque incommodis affecit, etiam meo tempore impeditò navigiorum cursu, quæ victum & annonam Malacitanis ferebant, ipsoque freto inter Malaccam & Sumatram obsesso, ita ut Chinæ, Iaponiæ Moluccarumque classes, longinquo cursu insulas circumducerent, magno vectorum viatorumque detrimento. Neque deerant insulanis triremes fabricatæ præsidio Christianorum transfugarum, qui relictâ fide, gentilium fœderi adhærebant, quales multi inveniuntur: ita mercatoribus malum sæpe datur. Verum Dei nutu & Lusitanorũ ope ac subsidio, navigatio pristinæ securitati restituta fuit, ut postea narrabimus. Olim a regibus Lusitaniæ Indiæque proregibus instituta fuit expeditio in Sumatrã; & etiamnum duces existunt, qui a rege hoc titulo stipendium suscipiunt, Præfecti sive *Adelantadi* honore; verum hactenus frustra.

Malaccam obsidet.

Insula dives est auro, argento & ære coronario, ex quo ingentem tormentorum vim conficiunt; fert etiam aromata, ligna odorifera ac alia medica. Igneũ sulphuris montem habet, etiam fontem ut adserunt puri balsami liquore fluentem, magnam quoque copiam serici. In ultima hac obsidione Malaccæ rex *Acheyn* tormentum ingens bellicum opere clarum, cui nullum simile Europa vidit mittebat ad regẽ *Ior* qui apud Malaccam in tractu Sianæ imperat, cum filiâ in dotem. Id in Lusitanorũ potestatem cum ipsa regis filiâ venit, & Malaccam delatum, postea in Lusitaniã navi impositum saburræ loco ferebatur regi in egregium munus. Hæc machina adhuc in insula Tercera jacet, quod naufragium navis perpessa fuerat, ut in reditus mei narratione declarabo.

Sumatra auru fert & æs.

Tormentum bellicum ingens.

Ipsa autẽ civitas *Ior* a Lusitanis capta & vi expugnata fuit, ibique inventa 1500. tormenta ex ære, parva & majora varii generis, cum imaginibus floribusque admodum scitè ornata, quamvis aliqua *thuscetti* magnitudinem uix excederent. Id ideo referendum putavi, ut pateret apud ipsos tormentorum usum haud peregrinum esse. Ad propositum: In quibusdam locis Lusitani commercia exercent, in loco nimirũ quem *Pedir* vocant, 20. mill. ab *Acheyn*, in tractu e regione Malaccæ; inde multum piperis affertur, multumque auri; in alio *Camper* dicto sub lineâ ferè Æquinoctiali, eadem in insula ad Austrũ: Ad Occidentalem insulæ partem jacet *Manancabo* locus celebris pugionum facturâ, quos *Crysos* vocant. In pretio summo hoc teli genus habetur, inter cætera præstantissimum, ac Iavæ Malaccæque incolis summopere expetitum.

Civitas Ior capta a Lusitanis, cum 1500. tormentis.

Loca Sumatræ a Lusitanis frequentata.

Pugiones Indiæ.

CAPVT XX.

Iavæ descriptio, merces, negotiatio, pondo, moneta, precia, &c. incolis in usu.

Iava Major. AD Phœnicem adversus extremitatem Sumatrę ad Australem plagam Æquinoctialis lineæ insula jacet quam Iavam majorem dicunt: Ibi fretum est inter Sumatram & Iavam, quod fretum Sundę vocant, nomine ab urbe quadam Sunda in insula Iava deducto.

Fretum Sundæ. Insula hæc sumit initium 7. gra. ad Austrum, tenditque ad Vpeurum, longitudine 150. mill. at latitudine hactenus incognitâ, cum quidam partẽ esse terræ australis existiment, quæ Capiti Bonæ spei objecta in hanc usque oram porrigitur. Pro insula tamen communiter habetur. Incolæ narrant interiore Iavæ plaga, flumen sive torrentem manare, cui ligna injecta lapidis duritiem induãt. Pernavigavit hoc fretum nuper Britannus Dux *Thomas Candisch*, ex mari Australi Novæ Hispaniæ adveniens.

Thomas Candisch. Fert Iava abundantissimè orizam, aliaque necessaria ad victum, armenta, sues, oves, gallinas, allium, nuces Indiæ, omnisque generis aromata, caryophyllon, myristicas nuces, macin, &c. quæ Malaccam deferuntur.

Sunda Calapa. Portus Iavæ præcipuus est *Sunda Calapa*, unde & freto nomen. Hoc in loco magna copia piperis habetur, meliori æstimatione quam piper Indiæ sive Malabar, id ad 5000. sive 4000. Lusitaniæ *quintallos* facile sufficeret. Thuris quoque multum fert, benzoinum, camphoram, & adamãtes. Hic facilis sine ullo impedimẽto ratio mercandi constaret. Nam Lusitani eò nõ temere veniunt, quod ipsi incolæ Malaccam fere sua vænalia deferant.

Pipere Iava abundat optimo. Et quamvis extra propositum narrandi genus aliquo modo sit, tamen haud impertinenter cum de Iava agamus ejus gentis usum in emptionibus venditionibusque referam. Itaque sciendum est Sundæ nullum aliud monetæ genus esse, præter *Caixas* ex ære, magnitudine eâ quâ Hollandię oboli feruntur, tenuiore tamen materiâ, foramine facto per medium, ad funiculi usum, ita nempe 200. aut 1000. funiculo unico connectuntur, paratâ eo modo supputatione. 200. nempe *Caixæ Satam* cõficiunt, & quinque *Satæ* 1000. *Caixas*, valore *Crusati* Lusitanici, aut trium Carolinorum monetę Belgicę. Piper Sundę per saccos vẽditur, saccus autem valet 45. *Cattis* Chinensibus; *Cattus* vero 20. Lusitaniæ vncias habet, & saccũ piperis emas ad minimum 5000. *Caixis* ad summum 6000. aut 7000. Macis, caryophyllon, nuces myristicæ, benzoinum, nigrum & rubrum, camphora, omnia hęc venduntur per *Bharos*: *Bharus* Sundę 330. *Cattos* Chinæ habet. Aliquando

Emptiones venditionesque in Iava frequentatæ.

Moneta Iavæ.

Precia aromatum.

macis

cum ita negotiari poteris. Non raro Lusita- | ex iis quæ hinc in Indiam, atque adeo in nostras

Suma
rimi

Rex
potes
Lusis

Male
obsid

Suma
tert ô

Torm
bellic
gens.

Civita
capta
sitam
cum
termc

Loca
tre a
nis
tzo

Pug
di

vocant. ut pte- [illegible] Cinna habet. Aliquando
macis

Digitized by Google

macis sive flos nucis myristicæ optimæ pulcherrimęque notæ 100000. & 120000. *Caixis* emitur, pulcherrima caryophylla item suâ ratione. Ex caryophyllis autem, sordibus admixtis ac *Baston* dictis, *Bharus* 70000. & 80000. *Caixis* emitur. Nuces myristicæ aliquando per *Bharum* 20000. & 25000. *Caixis* emuntur. Album & nigrum Bezoinũ emas 150000. & 180000. & 200000. *Caixis* per *Bharum*. Merces autem quæ ibi expetuntur in permutationem aromatum sunt diversi generis gossypina versicoloria, quæ ex Cambaja, Choromandel & Bengala adveniunt, ut sunt *Sarasses de Gabares*, & picta aulæa ex S. Thomæ vico, ex Bengala alba gossypina, variis nominibus notata, *Sarampura*, *Satepoſa*, *Cassa*, &c. ex Cambaja *Cannaquina* nigro colore, *Turianes* rubro; quæ omnia ex gossypio fiunt: *Beyramena* rubri coloris minora majoraque, quæ vel subtili velo Cameracensiũ comparari possunt: quod si nostra linteamina eo delata essent, majori (ut opinor) in pretio haberentur, quam quę in Indiâ ex gossypio fiunt.

Merces expetitæ.

Incolæ Iavæ sævi sunt, truces & diri naturâ, colore Malaccensium nigricantes, Brasilianis haud absimiles, validi & robusti artubus, facie planâ, altis extensisque maxillis, magnis palpebris, minutis oculis, rarâ barbâ, tribus tantum quatuorve capillis supra os & infra, capillo raro & brevi, tamen in picem nigro. Imago apud Malaccensium figuras videri potest. Persequendo oræ ductum ad Vpeurum 25. mill. post Iavam majorem, initium Iava minor sumit, & longius paulo insula *Timor*, ubi Sandalũ maximâ copia crescit, aliæque mille insulæ circumjacentes, quæ perinde non frequentantur, habitatæ tamen ac gentibus fructibusque repletæ, ut Iava. Ex Malacca navigatione petuntur insulæ *Moluccæ*, *Banda* & *Amboyna*, ubi Lusitani & arces & duces habent, ad commerciorum facilitatem. Cursus autem est ex Malacca ad Vpophœnicem, per 100. mill. multas inter insulas & syrteis; ita ut singulis noctibus anchoram naves cogantur emittere ad syrtiũ evitanda pericula, quę usque ad Moluccas fere durãt. Post spatium illud 100. mill. navigatio ad Apelioten vergit & Mesocœciam, 250. mill. ad insulã usque Bandã 5. gra. Australi. Hanc Lusitani frequentant, quod in ea optimæ nuces myristicę proveniant, & optimus flos earundem, quem Macin vocamus. Etiã hic nuces in *conservam* rediguntur, & in oleum, celebri vecturâ versus Malaccam, ac inde ad alia loca. Permutatione negotiatio fere hic constat, ut in Sundâ & Iauâ. Non temere hisce gentibus fides adhibenda est, quod dolosis artibus mercatorem circunveniant. Navem teneto, continentem nolito petere, sed intentâ vigiliâ cuncta observato. Ipsi insulam merces ad navigia deferũt, quibuscum ita negotiari poteris. Non raro Lusitanis nimiâ confidentiâ agentibus imponũt. Amicus ita quidã meus dux navigii, amissâ in hoc tractu navi, cum omnibus suis comprehensus biennium miserè captiuus traduxit; postea pretio redemptus. Nemo autem in Bandam aliasvè Orientis insulas extra authoritatem Lusitaniæ regis navigare potest. Vt cetera officia ita hoc etiam navigandi munus, quibusdã benemeritis conceditur, ut suo loco referemus.

Iavæ homines duri ac obstinati.

Iava minor.

Moluccæ.

Banda nuces myristicas fert.

Macis.

Incolę Bandæ fraudulenti.

Nemo præter cõlentium regis Lusitaniæ in Indiam navigat.

Ab insula Banda ad Caurum 20. mill. jacet Amboyna insula, ubi Lusitanorum minuta quoque arx est. Insula hæc non tam multa habet aromata. Verum naves quæ ex Malacca Moluccas petũt, ibi aquam recentem sumunt. Ad Aparctiam 70. mill. spacio insula *Tydor* 1. gra. ad Septentrionẽ sita est, prima insularum quas Moluccas dicunt. Ad Aparctiam 6. mill. jacet *Moluco*, mox *Tarnate*, aliæque insulæ caryophyllorum.

Amboyna.

Tydor.

CAPVT XXI.

Moluccæ Insulæ.

INsulæ Moluccæ quinque numero sunt, scilicet *Moluco*, *Tarnate*, *Tydor*, *Gilonlo* & quinta alia: ibi Lusitanorum duæ arces sunt, in insulis *Tarnate* & *Tydor*, diutinâ possessione insularũq. cognitione cõmercia exercentiũ, ex Malaccâ & India. Hispani etiã multum operę posuerunt, ad vendicandas hujus navigationis utilitates, ex novâ Hispaniâ, sed cũ in Tarenatẽ delati essent naves eorum tempestate periit, ademptâ revertẽdi spe, ideo a Lusitanis partim cæsi, partim capti ac ad regem Lusitaniæ missi fuerunt, oborto ingenti dissidio inter duos reges Castellæ & Lusitaniæ super harũ insularum proprietate, quod postea per Pontificem fuit compositum. In summa hodie solus Lusitanus navigat liberè. Præter caryophylla hæ insulæ nihil producunt, verum tanto ibi numero crescunt, ut totum hodie orbem impleant. In iisdem insulis mõtes flammivomi reperiuntur, est enim adustum ubique solum, nihil esui commodum habens, præter carnem & Piscem. Orizam, frumentum, allium, cæpas ex aliis regionibus Lusitani advehunt, permutatione facta cum caryophyllis. Panem quem prõprium habent ex herba sive radicibus conficiũt, ut Brasiliani. Vestimenta ex stramine aut herbis contexta sunt elegantissimè. In hisce duntaxat insulis aves reperiuntur, quas Lusitani *Passaros de Sol* vocant, Itali *Manucodiatas*, Latini aves Paradisi, a pulchritudine plumarum, alias avium plumas decore exsuperantium. Has volucres nemo vivas vidit, mortuæ enim duntaxat decidunt. Adversus Solem volant (ut dicitur) continuò in aëre, nullo terræ dum vivunt contactu. Apodes quippe sunt, sine alis, capite tantum & corpore, verum caudâ maximè constantes, ut apparet ex iis quæ hinc in Indiam, atque adeo in nostras

Dissidium Lusitanorum & Hispanorum super proprietate insularũ Moluccæ.

Caryophylla tantum Moluccæ ferunt.

Paradisi aves.

Digitized by Google

noſtras regiones licet rariſſimè ob ingens preciũ deferuntur.Doctori Paludano duas, quas mecum adtuleram ad ornatum ſui Muſæi obtuli, marem nempe & femellam. Inter has inſulas multæ etiam aliæ jacent, vix tamẽ ob exiguam conſuetudinem cognitæ, eóque omittendæ, converſo ſtylo ad reliqua Malacitani tractus, cujus deſcriptionem ad Caput uſque Singapuræ perduximus.

CAPVT XXII.

Cap. Singapuræ uſque ad urbem Sian, Ora Camboiæ & Cauchinchinæ, Inſulæ Borneo, Luſſones, Manilliæ ſive Philippinæ.

A Cap. Singapuræ uſque ad promontorium Sinoſuræ ad Apelioten 18. mill.numerantur.Sex aut ſeptem mill.inde diſtat ſcopulus in mari Petræ candidæ nomine: ibi magno ſæpe periculo Chinæ naves venientes abeunteſque verſantur, cum quarundam interitu;vnde magnâ gubernatorum cautione vitatur, quod alius nullus curſus præter hunc ſuperſit.

Petra candida.

Ab hoc promontorio Sinoſurę ad Vpeurum 40. mill. ſumit initium inſula *Borneo*, 1.gradu ad Septentrionem, porrigiturque 120.mill. in Borapelioten 7. gra. Latitudo etiamnum incognita eſt. Arboribus ſcatet hæc inſula, quæ Camphoram producũt totius Orbis præſtantiſſimam.

Borneo.

Camphora.

A Sinoſura tractus vergit in Septentrionem 30. mill. ad civitatem *Pan* 3. & dimidio gra.Supra 10.mill. eodem curſu tractus in Circium inclinat 50.mill.ſpacio, ubi civitas *Patane* jacet 7. & dimidio gra. Duo hæc loca *Pan* & *Patane* regnorum celebritatem habent,ſub tributo tamẽ regis *Sian*. In hiſce locis lignum naſcitur *Palo Daguila* dictum, & odoriferum illud precioſumque *Calamba* lignum, quod cum bonum eſt auro argentoque æquatur. Habet quoque Camphoram verum ea inferior cedit illi quæ ex *Borneo* adfertur. Etiam hic aurum invenitur & lapis *Bezar* ſive *Bazar*, bono adverſus venena antidoto: Adamas quoque, nux myriſtica, macis & lignum *Sapon*, quod etiam ex *Sian* venit ligno Braſiliæ haud abſimile.

Pan.

Patane.

Palo daguila.

Lignum Calamba.

Sapon lignũ.

A *Patane* ſupra 100. mill.ad Septentrionem,tractus uſque in *Sian* recurrit 14.& dimidio gra.a *Sian*. Ex ſinu ad Libonotum ſpacio 15.mill.Ora excurrit ad Notapeliotẽ 70. mill. ad urbem Cambojæ. Hæc civitas 10.gra.jacet.Inde ora ad Borapelioten contendit 60.mill., mox 60.mill.ad Borealybicum porrigitur, unde ad Corũ intimo ſinu Cauchinchinæ recedit. Hic Cãbojæ tractus etiam ora *Champa* nominatur, eſtque hoc in loco multum ligni iſtius odoriferi quod *Calamba* nomen habet. Per hoc regnum *Mecon* flumen fluit ac mari ſe miſcet. Id apud Indos ſupra cætera flumina Ducatum quendam habet,quod tantâ aquę abundantiâ æſtivo tempore polleat, ut Nili inſtar campos omnes ſuis undis inundet. Hominibus Cambojæ perſuaſum eſt, ōmnibus creatis,brutis juxta ac hominibus, cujuſvis generis,poſt fata boni malique præmia deberi.Interiore terra poſt Cambojam & Sian plurimæ nationes jacent. Sunt ibi *Lai* potentes maximæ, *Ava* & *Brama*, qui circa montes habitant, *Gueï* monticolæ feritate indomitâ, quibus humanæ carnes in cibũ ſunt,omneque corpus ferro candenti notatur,excellẽtia (ut putant) ſingulari: Harum quidem gentiũ nota nobis vocabula ſunt, verùm plurima ignorantur.

Camboja urbs.

Mecon Fl.

Perſuaſio hominum Cambojæ.

Gueï anthropophagi.

Ad Orientem in mari a tractu Cambojæ ſive Champæ 100.mill.ferè inſulę Luſſones dictæ jacent, primum ab Hiſpanis ex novâ Hiſpaniâ detectæ anno 1564. Hæ Manilliarum ſive Philippinarum nominibus quoque innoteſcunt, quod præcipũus portus cum civitate, Manilliæ nomen habeat: ab aliis etiã Luſſon vocatur. Inde inſulis idem nomen. A Philippo autem rege Hiſpaniarum Philippinę Caſtellanis dicuntur.Civitas *Luſſon* ſive *Manillia* jacet 14. gra. Huic inſulæ ac urbi multæ minores adjacent inſulæ,generali nuncupatione inluſtres. Hiſpanis hodie parent. Gubernator in urbe *Manillia* ſive *Luſſon* habitat. Is regis Caſtellæ nomine ex nova Hiſpania eo mittitur cũ Epiſcopo. Sub regno Chinæ eædem olim inſulæ continebantur, verùm certas ob cauſas a Chinenſibus deſertæ incolas nullâ lege adſtrictos habebant: atque inde facilem ad prædã Hiſpanis ceſſere, quorum opera multi etiam hodie Chriſtianis imbuuntur diſciplinis. Terra fertiliſſima eſt multo frumenti proventu, venatione item uberrimâ,cervorum ac hinnulorum,armẽtis quoque,bubalis,bobus, vaccis, capris & porcis.Habet plures *Zibethi* feles, omnigenoſque fructus ut China. Copiam quoque melłis & piſcium. Etiam aromata jactant Hiſpani verõne an falsò ignoratur: Ceterũ a Chinenſibus multum frequentantur, advectis mercibus, ſerico nempe, goſſypio, porcelanis,pulvere tormentario, ſulphure, ferro, argento vivo, chalybe, alliiſque metallis, cupro, farinâ, nucibus,caſtaneis,biſcocto pane, dactylis, omnigenis linteaminibus, thecis ſcriptoriis, cæteriſque rebus ad curioſitatẽ eximiè pertinentibus. Viginti naves quotannis ex China hujuſmodi commercia ad inſulas haſce exercent, quæ verſus *Mexicam* continuata, tritam hodie navigationem faciunt,non minori celebritate,quam ea ſit, quæ ex India Luſitaniam petit. Sed ad tractus omiſſam deſcriptionẽ revertamur: Nempe ab interiori ſinu Cauchinchinę ad Orientem,uſque in promontorium Terræ altæ 19.gradu.Id ſpacium 60. mill.habet. Hic initiũ ſumit illa ingens & famoſa Chinę regio,quam ſua deſcriptione illuſtra-

Philippinæ.

Ex Philippinis in novam Hiſpaniam vulgaris hodie navigatio.

Initium regionis Chinarum.

Digitized by Google

illuſtrabimus. Sinus ſupradictus terram Cambojæ, tractumque Champæ terminat, ibíque incipit terra Cauchinchinæ uſque ad Chinæ limites porrecta. Cauchinchinæ regio diſtributa eſt in tria quatuorve regna, ſub tributo Chinæ regis. Incolæ Chinenſibus feré ſimiles ſunt, moribus & vultu: Fertilis autem terra eſt omnium quæ ad humanos uſus pertinent. Habet multùm quoque ligni, quod *Palo d'Aguilla* nominant, etiam odoriferum *Calambæ* lignũ, ſericum aliáſque res quibus China illuſtris eſt. Ab hoc promontorio ad Vpeurum a cõtinenti 10. mill. jacet inſula *Aynao*, ſub dominio Chinæ. Inter hanc inſulam & continentem omnis generis margaritarum piſcatio eſt. Ab eodẽ promontorio in perſecutione tractus ad Vpoceciã per 90. mill. Inſula *Macao* jacet cum urbe 22. & dimidio gra. Ea a Luſitanis admixtis indigenis habitatur.

Cauchinchina.

Inſula Aynao

Macao.

A *Macau* ad Borealybicum in ſinu inſulis pleno introrſum civitas *Canton* ſita eſt 24. & dimidio gradu, diſtátque a *Macau* 30. milliaria: Metropolis hujus provinciæ illa eſt, mercaturæ opibus excellens, ac Luſitanorum commercio celebris; cùm is locus unicus ſit quo cum Chinenſibus tractare poſſunt.

Canton inſula cum urbe.

CAPVT XXIII.

Opulentia, felicitas, munitiones regni Chinæ, altáque memorabilia.

Regnum Chinæ ſub tropico Cancri ſitum eſt, tractúſque omnis in Libonotum, ac Borapelioten deſinit, 400. mill. ſpacio. Ad latus Auſtrale habet regnum Cauchinchinæ, ad Borapelioten & Aparctiam Tartariam, terráſq. in Occidentalem Chinę plagam inclinatas, ubi populus candidus (ut ajunt) habitat ac nomine *Cathay* deſignantur, incolis (ut quidam exiſtimant) pleriſque Chriſtianis, quibus Perſiæ regnum pro limite ſit. Ceterum Chinæ regio, qua ad Tartariam vergit, murum habet (ut ferunt) longitudine in 500. mill. porrectum. Id ita intellige. Montes multi in hac parte velut in theatri vicem regnum Chinę cingunt. Sed valles inter hos montes patent, quas tum murus verticibus montiũ æquat: 80. milliariũ. vallium diſtrictus eſt. Tartaros olim tenuiſſe Chinæ regnum etiam annales gentis docent. Verùm eos expulerunt indigenæ, utqúe regno in poſterum ſecuritas conſtaret, adverſus hoſtiles palantéſque Tartariæ populos, murum erexere, qui incurſiones infeſtas prohiberet; ab eo tempore quies Chinenſibus fuit.

Chinæ fines.

Cathay.

Murus 500. mill.

Tratari olim Chinæ potentes.

Provincia XV. in regione Chinæ.

Provincias 15. terra Chinæ continet, ſi inter eas & inſula *Aynao* computetur. Sua ſingulis metropolis eſt, undè & provinciæ nomen derivatur. In meditullio hujus regni lacus eſt ingens, ex quo multa flumina ac torrentes ſuſcitantur, tantâ affluentiâ aquarum, ut per univerſam terram navigia, Lembi, ac *Bergantini*, facili navigatione inundent. Hæc aquarum copia abundantiæ, fæcunditatiſque rerum cauſa eſt, pleræque inde civitates ad ripam fluminis alicujus ſpectantur, ingenti commodo & concurſu mortaliũ. Maris tractus permaximus eſt, ſupra omnes quos cognovimus, ad quem provinciæ quinque nobiles jacent. *Cantao* ſive *Cantõ*, *Chincheo*, *Liampoo*, *Nanquin* ſive *Nankyn* & *Paguian* quæ quidem poſtrema eſt ad Borapelioten. Eadem curiâ regis maximaque militum frequentatione celebratur, quod Tartaris vicina ſit. Aſſerunt hanc inter cæteras Chinæ provincias præſtantiſſimam eſſe, ac idcirco a rege in habitationis commodum delectam. Tota regio lembis, quibus flumina interiora ſulcantur, ad miraculum úſque plena conſpicitur. In ſolo flumine portúque urbis *Canton*, plures lembos & ſcaphas cerneres, quàm in univerſâ Hiſpaniâ. Aër ipſe ſuaviſſimus, ingentem terræ fæcunditatem indulget, inde maxima frumenti, orizæ aliorumque leguminũ copia eſt, per integrum annum, vel ſerendi, vel metendi apto tempore. Terræ interiora elephantos quoſdam habent, leones, tigrides, aliaque ſæva animalia. Quæ muſcum gerant beſtiolæ multæ hic ſunt, illæ catellorum magnitudine, ac imagine, ſepulchro ad aliquot dies includuntur, indeq. putrefactæ multis verberibus macerantur, donec caro ſanguini miſceatur: Tum ex pelle carne & ſanguine rotundæ uncialeſque pilæ fiunt, quas Luſitani *Papo* vocant, ac per orbem diſtrahuntur. Feles quoque nutrit *Zibethum*, *Algalliam* ſive *Ambarum* ferentes: Equos pariter, ſed minores Europæis, anſeres, gallinas, anates eximiâ abundantiâ, piſcium marinorum ac fluvialium extrema etiàm copia eſt, aliarúmque rerum ad ſuſtentationem hominum. Auri argentíque fodinas habet, a quibus tamen regis edicto foſſores arcentur, indè tale ibi metallum exoticum eſt. Sed nec ideo minus ædes aureâ argenteâque ſupellectile nitent, diffuſis paſſim opibus. Argenti ſanè ſuâ æſtimatione major caritas eſt quàm auri, quod auro diverſa precia taxæque ſint, argentum verò certo pretio conſtet. Margaritis ſcatet, & *Alioffaro* ex inſula & provinciâ Aynao. Fert preterea argentum quod viuum vocamus, æs, ferrum ac chalyba, bracteas, ſtannum, plumbum, ſulphur, aliáque metalla, etiàm *Ambarum*. Præter has demùm divitias alióſque proventus reditúſque, quibus Chinæ rex opulentus eſt, in quavis metropoli (ita ajunt) theſauros ſuos occultos & jam olim collectos habet. Serica veſtis incolis vulgaris eſt, ut nobis ex vili linteamine; úſque ad talos omne indumentum ex ſerico fluit, etiàm ex Attalicis pictíſque pannis, quos *Brocado*

Aquarum copia & commoditas.

Quãtitas navium eximia.

Fertilitas Chinæ.

Muſcus unde

Argẽti fodinæ

Theſauri regis Chinæ.

Chinenſium veſtitus.

Digitized by Google

vocant, facili ex copia ingenti ſerici per univerſum regnum materiâ. Affirmant pro vero: Ex urbe *Canton* annis ſingulis in Indiam deferri trecentos *quintallos* ſerici, præter quod ad inſulas Philippinas, Iaponiam, & Sianam tranſmittitur; Cùm adhuc domi tanta copia maneat, ut claſſibus onerandis ſufficeret, ſine notabili imminutione. Multùm quoque ibi lini, multùm goſſypii, vili ad miraculum uſque pretio. *Porcelanarum* autem numerum quis enumeret? Illæ in indiam, Luſitaniam & novam Hiſpaniam, &c. plurimæ vehũtur. Sed tenuiſſimæ materiæ *Porcelanas* nemo niſi periculo capitis extra regnum defert, ſervantur illæ duntaxat principibus ac magiſtratui, tantâ tenuitate ut cryſtallinorum ſubtilitatem ſuperent. *Porcelanæ* interiore regionis plagâ conficiuntur, ex certâ terræ ſpecie, quæ duriſſima eſt, ea in partes mollitur, vel molâ tunditur, ciſterniſque injecta maceratur, quóad duritate devictâ ſæpeque verſata (quemadmodum apud nos agricolæ lac in butyrum exercent) in ſummitate materiam excernat, ex qua ſubtiliſſimum opus fit: ſequitur ſecunda craſſior ſoboles & indè alia atque alia, deterior ſemper ſucceſſione. Figuræ ac imagines quælibet pòſt appinguntur, demùm fornacibus impoſitæ teſtæ, in eam quam oſtendunt formam rediguntur. Eadem regio ſaccaro abundat, melle ac cera, vili pretio. Fructus notos nobis omnéſque fert, etiam alios incognitos, ita nec Hiſpaniæ uſquam cedit. Mala habet aurea, quovis ſaccaro dulciora. Eſt ibi fructus, quem *Lechyas* vocant, pruni inſtar, ſed alio ſapore, guſtu mirificè commendatus. Nihil (ut unica oratione complectar) deeſt huic terræ, in quam natura ita abundanter ſua dona profudit. Reditus Chinæ Domini permaximos quis enarret? Ex vectigali quod ſalis nomine in flumine *Canton* provinciæ colligitur, annuè ſeſquimillionem accipit, unde facilis ad cetera ſupputatio eſt. Vrbes hujus regionis univerſæ ex lapide quadrato conſtant, excitatis ad defenſionem propugnaculis, ac foſſis fluminibúſque ductis ad ſecuritatem. Neque tamen caſtellis utuntur, aut arcibus, ſed cuique portæ impoſita turris validiſſima, tormentíſque inſtructa, urbem munit. Armis etenim omnis generis utuntur, ſclopetis, arcubus, frameis diverſæ formæ, gladiis, clypeíſque. Milites in bello longis veſtibus incedunt úſque ad genua goſſypio ſtipatis, quæ frameæ gladiive ictum ſecurè excipiant. Regiis ſtipendiariis inſigne eſt rubro ſive flavo colore galerus. Horum numerus ſine numero eſt. Habent Duces, Decuriones, Centuriones, Millenarios, &c. pro ratione copiarum. Et eſt Ducibus certa nota, ac inſigne poteſtatis, ut hinc colligas numerum cui præſunt. Ad novilunium delectum agunt, ſtipendia accipiunt, quæ argento ſoluuntur. Alterius quippe monetæ nullus uſus eſt. Argentum in partes ſcinditur, atque ita pondere ſuo ſuſcipitur, proindè continuò ad manum ſunt bilances, cum inſtrumento ad argenti ſciſſionem. Miles ad quodvis novilunium ſtipendii vice pretium ſeſqui-reali accipit; id ſecundum æſtimationem ceterarum rerum, quatuor ibi ducatos ſive 12. Carolinos valet. Viuunt ſuperſtitione gentilium, nullâ Machometicæ ſectæ mixtione, Diabolum adorant; tantùm ne noceat. Proinde morienti ante oculos Diaboli figura ſtatuitur, dextrâ pugionem, ſiniſtrâ ſolem tenentis. Hunc ut fixis oculis inſpiciat moriens, ſuadent: Ne altero in ſæculo malignitatem ejus experiatur. Solem Lunámque velut conjuges venerantur. Eclypſeos tempore, multis ſacrificiis Dei iram timidi avertunt: Ne vitam illis eripiat, magnâ omnium conſternatione: Immortalitatem animarum fide concipiunt, præmiáque bonorum & malorum, inde ſepulchrorum cura impenſior. Academiarum ſplendor per univerſum regnum inſignis planè eſt. Studia ibi Philoſophiæ legúmque patriæ florent, nullâ æſtimatione natalium circa honores, cùm doctrinæ tantum atque eruditionis delectus habetur. Indè eruditis cuncti Magiſtratus patent, maximíſque ſollemnitatibus miniſteria. Vita omnis jucunda, ſuavis ac plena dignitatis illis eſt: Hos *Loitias* & *Mandarinos* vocant, qui ſellis geſtantur, velamentis ex ſerico, auro argentoque tectis. Potiſſimùm genio ac cuticulæ indulgent, ut omnes paſſim Chinæ homines. Summâ ubique præſtantiâ apud nationem illam doctrina militat. Nemo in patriâ ſuâ munus aliquod Gubernatoris aut Magiſtratus ſuſcipit, lege prohibitus. An ob eam cauſam: Ne amicitiæ aut affinitatis ratione inductus in judicando a rectâ juſtitiæ regulâ diſcedat? Ità quidam arbitrantur. Cùm ex ſupra dictis aliquis è vita diſcedit, multâ is commorientium vxorum ac famulorum ſequelâ honoratur. Sepulchrúmque ipſum monilibus auróq. &c. impletur. Sic vitę ſequenti (ut putant) ſuus honor ſuáque copia erit.

Terra ipſa temperatiſſima eſt optimíque aëris. Initium enim ſumit altitudine novendecim graduum, & quibuſdam in locis altitudinem quinquaginta graduum ſuperat. Inde certa ferrilitatis præſumptio, accedente continuâ incolarum in colendo moliorandóque agro induſtriâ. Pedem nullum in China videas terræ, qui non ſuo proventu gaudeat, néque ipſis montibus collibúſve exceptis, ob hominum multitudinem. Peſtis nullâ memoriâ ibi invaluit. Et lege vetitum eſt ſeveritèr: Ne quis abſque licentiâ terrâ ſe efferat, eâdem lege interdicto peregrinis acceſſu. Mendici ociosíque omnes atroci edicto ſublati,

Sericí ſumma copia.

Porcellanæ.

Religio Chinæ.

Studia.

Nota.

Honores.

Vectigal ſalis magnum.

Funera.

Munitiones Chinæ.

Situs Chinæ.

Militia Chinę

Digitized by Google

Digitized by Google



Naves e China et Iava velis ex arundine contextis et anchoris ligneis.

Digitized by Google



Schepen van China en Iava met rietten Seylen en houten anckers

32 en 33

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Lectuli, et ratio, quibus Chinę proceres primarij, (Mandorinos vocant) gestantur, cymbęq; quibus ad oblectationem per fluvios vehuntur.

Digitized by Google



Maniere als haer die Mandoryns van China welcke het princepael gouver-nement hebben laten draegen en̄ op die revieren vermeyen vaeren.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Habitus e China regno pretioſę elegantię et rerum omnium affluentiſſimum

Digitized by Google



Cleedinge van die wt China een Coninckryck overvloedich van alle schoonheyt en costelickheyt

32 en 33

Digitized by Google

Digitized by Google

Statura Chinensium ac habitus.

sublati, nullâ ratione admittuntur. Gens ipsa pulchrè formata, communiter largâ pinguedine staturam præstantem ostentat, facie latâ rotundâque, oculis minutis, palpebris grandioribus supercilijs elevatis, parvo humilique naso, barbâ rarâ, septem octove crinibus infrá supráve os; sub mento pili admodum nigri propendent quos summoperè curant, ac pectine continuò exercent. Capillum viri juxta ac fœminæ in pretio elegantèr habent, prolixumque eum adolescere permittunt, quê post in nodum in vertice cogunt, injecto ex serico reticulo. Qui juxta mare habitant circa *Machaw* & *Canton*, ubi Lusitani frequentant, colore sunt nigricante, ut Æthiopes Africæ & Barbariæ, ac partim Hispani. Sed qui interiora regni tenent, Belgis Germanisque colore haud sunt absimiles. Etiam inter Chinenses aliqui prorsus nigri conspiciuntur, grandibus oculis & densâ barbâ. Verum pauci tales sunt. Stat opinio, & Chinenses ita narrant, genus esse quoddam mixtum ex Tartaris, aliisque vicinis nationibus nondum ita strictè interdicto commercio, ut supra relatum est. Vngues sinistræ manus incolæ longiores nutriunt, lege aliquâ moris suisque ceremoniis. Vestimenta ut diximus maximè ex serico constant, inter eos, qui alicujus sunt existimationis. Plebs tamen gollypinis vestibus, aliisque vulgaribus penulis incedit. Pannum ex lana sive holosericum in universa China consuere ignorant, licèt abunde materia sufficiat. Miratur ideo Lusitanorum hujus generis merces. Fœminæ sumptuosis vestibus eminent, pretiosis fluentibusque rogis, monilibus variisque gemmis, quâ crinibus, quâ pectore illustres. Manus studiosè tegunt, rarò prodeunt plurimumque domi degunt. Minutos pedes elegantiæ causa affectant, ideoque a teneris unguiculis plantæ fasciis cohibentur, incessu in posterum molestissimo. Ex mariti zelotypia fluxisse hanc consuetudinem ferunt, ut ita difficultate gressus procandi studium minueretur. Etenim viri maximè zelotypi sunt, plurimumque mulieres ad libidinem & luxum inclinatæ. Quæ in dignitate aliqua sunt: sellis gestantur per vicos, in quibus per cancellos perspiciunt cuncta, ipsæ a nemine visæ.

Mulieres Chinenſium.

CAPVT XXIV.

Provinciæ, urbes, alique memorabilia regni Chinæ.

REgnum Chinæ (ut narratum est) in xv. provincias distribuitur, singulæ amplissimi regni alicujus in Europa magnitudinem æquant, suis ut scribitur spatiis. Prorex præest his quem Chinenses *Cochin* vocant. Duæ ex iis per regem regisque consilium gubernantur. *Tolanchia* scilicet & *Paquia* in qua rex moratur: Ceteræ dicuntur hisce nominibus: *Foquiem*, *Olam*, *Sinçay*, *Susuan*, *Xansay*, *Oquiam*, *Anchea*, *Hona*, *Canton*, *Quichea*, *Chequeam*, *Saxi*, *Aynaon*. Omnibus ferè flumina sua torrentesque sunt, impetrato ita facili commercio, terrestri itinere sive navigio. Chinensium historiis & annalibus in hisce xv. provinciis 931. Metropolitanæ urbes nominantur, 1593. Civitates, ut etiamnum vicos magnitudine ac spacio terrarum urbibus pares excipias, undè regni amplitudo facilè consideratur. Plurimæ civitates ad flumen aliquod jacêt, vivamque aquam, fossis latissimis, cinctæ muris pulcherrimis crassisque, ex lapide quadrato. Pomœrium extra & intra urbem, quod latitudine sex adequitantes viros ferat, conspicitur. Id ad facilem murorum contemplationem servit, ne uspiam deficiant, maximâ enim curâ ruinosa quæque reficiunt. Viæ regni totius pulchrè stratæ sunt, usque ad montes ipsos, magnâ ubique æqualitate. Frontispicia portarum urbiumque pulcherrimis architecturæ lineamentis formata videas, tribus quatuorve portis circa introitum excitatis, egregia artis fabricâ. Ferrum valvas munit, plateæ autem pulchrè stratæ urbem visu longo & recto in finem usque secant. Ad platearum fines camerato opere fornices stant, in quibus maxima mercium copia enitescit omnium rerum ad necessitatem & elegantiam. Deinde arcus ex quadrato lapide constructi, figuris ac imaginibus depicti, plateas inumbrant, ad voluptatem ac lusum idonei. Omnia etenim festa lususque Chinenses nocte exercent, atque tum arcus istos, faces lucernæque illustrant, insigni maximè spectaculo. Tribus ferè januis ædes ornatus, causa patent, media maxima est. Humiles autem sunt ædes, sine tabulatis, ingenti tamen introrsùm spacio, horteorum ac viridariorum, supellectile omnigenâ ad delicias. Civitas in qua rex degit *Xuntien* sive *Tuybijn* vocatur, & a quibusdam *Quinzay*. Nomen *Xuntien* Chinensium idiomate civitatem cœli significat, in provincia *Paquia* ea sita est, magnitudine ad miraculum celebrata. Longitudo tanta est, quantam uno die eques superet, tum alia sunt infinita miranda quæ brevitatis causâ omitto. Hac in urbe regiam suam Monarcha Chinensium habet instructam omnibus deliciis ad usus suos, uxorum & curialium. Ducum, Comitum, Baronum, &c. titulos Chinenses ignorant. Nemo vasallum habet, nisi aliqua Regis solemni indulgentia. Post mortem hujusmodi beneficia ad Regem redeunt, potestque liberis ea adimere, quibus tamen fere permittit, modò idonei sint, Regemque novâ fidei præstatione agnoscant. In singulis

Provinciarum Chinæ nomina.

Vrbes.

Ædes.

Quinzay.

Nemo feudum habet.

Digitized by Google

urbibus principibus, ubi Gubernatores ac Proreges imperitant, pictura regis dependet, velo ex Attalico panno tecta. Hanc cottidie Officiales omnes, *Lotiæ*, *Mandorini*, &c. honorant debitâ reverentiâ, volut in præsentem Regem. Titulus autem Regius est: REX ET DOMINVS MVNDI FILIVSQVE COELI.

Telum in China nemo portat neque domi habet, exceptis iis qui stipendio Regis honorantur, quorum etiam filii militiam ut hereditariam consequuntur. Ingenia Chinensium acutissima ex iis quæ inde adferuntur satis perspici possunt. Carros velis accinctos in usu habent, in formam navium subjectis rotis, tantâ industriâ operisque concinnitate, ut in campis eâdem velocitate ferantur, quâ navigia in flumine. Emendi vendendique scientiâ polleant maximè. Qui autem officinam habent tabulam præfigunt, in quâ mercium quas vendunt velut index continetur. Artificiis singulis singulæ plateæ sunt constitutæ, continuis habitationibus, successione etiam certâ liberorum in eadem artificia, quæ parentes exercuere, nisi aliter Magistratus statuat. Ditato jam, vacatio ab opere permittitur, ipse nihilominus officinam & operarios habet, eosque observat: Moneta Chinensium ex auro argentoque sine signo tamen constat. Ea in minutas partes scinditur, ad valorem usque oboli. Etiam cetera merces omnis generis, gallinæ, anseres, pisces, &c. ad stateram ponderantur, eoque modo venduntur. Vxorem unam habent, quam legitimam vocant, atque inde alios quotquot alere possunt. Filius ex legitima uxore potissimam successionis partem habet, quod superest ceteris liberis distribuitur. Matrimonia libera sunt exceptis fratrum, sororum, consobrinorumque. Sponsus antequàm sponsam domum deducat dotem præstat sponsæ, quam illa adparentes defert in pretium sumptuum, quos in educatione tulerunt, indè cum sponso domum abit. Quod ita dotis nomine datur parentibus in totum non cedit & ad eorum arbitrium dispensatur. Demùm, quod post illorum mortem superest, filiæ cuidam cujus sponso dos talis profecta est, eo modo qui plures filias habent, opulentis ceteros superant. Ex sequentibus hisce imaginibus patent figuræ Chinensium virorum ac mulierum, & Mandarinorum, modo quo sellis gestantur, & in flumine navibus vehi genio indulgent.

Gallinæ, anseres, &c. ad stateram venduntur.

Connubia.

Lingua Chinensium multùm diversa est. Scripturâ autem intellectum inter se communicant. Veruntur enim figuris ex quibus Alphabetum sine numero habent. Figuras has cum diversi coloris chartâ, calamos item & atramentum videre apud Paludanum licet. Opus est autem magno usu prolixâque memoriâ, qui omnes exactè velit intelligere, eamque ob causam tanti apud illos docti peritique homines æstimantur. Charta Europæ chartis similis est, verùm non ita candida, lævior quoque & subtilior. Ea ex omni colore elegantissimè fit. Scribunt autem arundine cum penicillo ut pictores. Typographia, tormenta bellica, pulvis tormentarius, aliaque ad arma pertinentia in China ante aliquot sæcula fuere vulgari usu, ita ut origo memoriam hominum superet. Cæterum Annales illorum habent primum Chinæ Regem Magicis artibus clarum, tormentorum ceterorumque bellicorum instrumentorum repertorem fuisse. Typographia quoque valde vetus est. Libri quippe reperiuntur, jam ante 500. aut 600. annos impressi, quàm in Europa ars eadem innotesceret. Multi sanè libri in China exstant, curiosi etenim scriptores sunt, omnium rerum gestarum, artium, legum, edictorum, civiliumque sanctionum, Romanis antiquis Græcisque nequaquam hac in re dissimiles. In convivis epulisque invitatis singulis mensa singularis apponitur, etiam si aliquot centum convivæ client. Mensæ autem pictura insigni, figuris ac floribus pictis, ad mirificam delectationem fulgent, atque ideo mappis non utuntur. Circumdant autem orbem mensæ panni ex sericis, auro argentoque, pro dignitate hospitis, usque in terram dependentes. Ex angulis autem calathi extremâ arte contexti demittuntur, floribus odoriferis, olo nigenis figuris ac imaginibus ex sacco aurato confectis, elegantissimè implexi. In mensæ medio cibus optimè preparatus bonoque ordine in patinis ex porcelanis apponitur, sumptuositate singulari. Cibus denique sive ex piscibus, sive ex carne constet, ossibus antè exemptis in partes sectus convivio infertur. Manu tangere epulas incivile habetur & sunt in hunc usum dicta ligna nigra & orbiculata, qualia apud Doctorem Paludanum me illi donata conspicerantur, quibus sectè admodum, etiam ne vel mica decidat, uti norunt. Ideo neque mantilia terunt habent, nihil enim necesse est cum os manusque nequaquam contaminent. Potus est vinum ex oriza confectum & instar cervisiæ decoctum. Sæpè bibunt, sed parum, vicibus aliquando repetito haustu, antequàm calicem evacuent. Epulas & convivia Musices multo delectamento condecorant. Cibum sæpè & varié apponunt. Salutandi hunc modum habent. Ex plebe homines sinistram claudunt, quam dextra tegunt ac pectori admovent, magnâ summissaque capitis inclinatione. Hoc signum animi in amorem adfecti junctis manibus, juncta etiam pectora exprimit, multis adjectis præclaræ benevolentiæ verbis. Nobiles hinc Mandorini obvii confestim manum claudunt, junctis digitis, circulo facto brachiis lunatis: Ita stantes

Typographiæ ac Tormentorum usus.

Cœvivium ratio.

Salutandi modus.

caput

caput inclinant, summâ comitatis, super priore incessu contentione, aliisque ritibus quos inter proceres usurpant. Et sunt infinita hujusmodi, quæ persequi omnia nequeo, nam in centum libros crescerent; sive regum, sive gentiũ descriptionẽ spectemus. Qui latius ea cognoscere cupit librũ fratis Ioannis Gonsalvi *de Mendoça* legat, qui ex Hispanica lingua in Latinam translatus est, & quamvis errores aliquos sinistra informatione Authoris habeat; tamen pleraque vera continet, lectuque dignus est.

CAPVT XXV.

Civitas & insula Machau in China, ubi Lusitani negotiantur & habitant, ejus negotiationis ratio, pretia, mensuræ, & moneta, cùm China, tùm Malacca.

INsula cum civitate *Machau* sive *Makáu* a Lusitanis habitatur, quibus Chinenses mixti sunt. Illi mercaturam versus urbem *Canton* exercent, unde Chinenses omnis generis merces apportant, emptúque proficiscuntur, cum ipsis Lusitanis nequaquam permissum sit Cantonũ proficisci. Ceterum ubi aliqua ex Indiâ navis Machaviam venit, confestim eam Mandorinus sive Gubernator metitur in latitudine & longitudine: ibi tum computatione per dimensionẽ istam navis factâ, vectigal exigit, ac proinde onerandæ navis facultatem permittit, absque ulteriore tributi solutione. Tunc & Institor quidã eligitur Lusitanus unus, qui nomine omnium Cantonum naviget, ibique res sociorum agat: sed eidẽ neque pernoctatio in urbe conceditur, magnis pœnis vetita. Vrbs Machavia Lusitanum Episcopum habet, Archiepiscopo Goæ suffraganeũ. Quotannis singulari diplomate Lusitaniæ regis Machaviam navis ex India venit, cujus quidem præfectura quemadmodum & aroium dignitates illustribus tribuitur: Machaviâ eadem navis in Iaponiam abit, ibi ut onus suscipiat, indèque Machaviâ repetitâ Malaccã post navigat, ultimòque Goam. Nemo ita navigat, præterquam diplomate regio munitus, quod certis vicibus successorie datur, cum unica tantum navis quotannis Goâ solvat Machaviam petitura, ita ex hac profectione qui regi ministerium aliquod in India præstiterunt, tanquam præmium referunt. Ceterum Chinam ac Malaccam versus cuivis commercia licita sunt, nõ tamen in Iaponiam, quæ hujus navigii præfecto regis gratiâ conceditur. Etiã in China vel Malacca nulla navis oneratur, aut exoneratur, antequam hæc Iaponica exonerata vel onerata sit, post cuique suus quæstus liber est, suæque naves ex China Malaccam & Goam. Præfecti Iaponicæ expeditionis, magnum ex ea lucrum nanciscuntur, & præsertim instructi forte quadam pecuniæ insigniore ad initia commerciorum ac navi bona 700. sive 800. *Lastorum* (ut vocant,) 150000. & 200000. Ducatos facillimè quæstuosis mercibus superãt. Navigatio autem hæc triũ annorum spacio cõmuniter conficitur. Cum enim Aprili mense Goâ solvant Malaccam, ibi ad aliquod tempus subindè coguntur sedere, opportunitati ventorum intendentes, qui certis ibi tempestatibus (*Monsõn* vocant) naves impellunt. Malaccâ Machaviam navigant, ibique novem mensiũ spacio, & quod excurrit, tempestates alias opertiuntur, quarum postea fortunâ in Iaponiam proficiscuntur, ibique tempestates reditui commodas denuo exspectantes, aliquot menses terunt, ut Machaviam navigent, circa quam urbem iterum alterius opportunitatis fortunâ coguntur opperiri, consummato ita in reditu abituque trium annorum tempore. Per has in Iaponiam navigationes Machaviæ præfecti quoque immutantur. Quando enim una navis Machaviâ in Iaponiam abit, altera ad eandem navigationẽ parata Goâ Machaviam subit, & gubernatorem navis ac urbis exponit, ac cum prima; navigatione peracta, Machaviam redit, altera Iaponicam expeditionem aggreditur, permittente gubernatore discedente, repetenti urbem præfecto; administrationẽ, qui ibi durat usque in cõmodum tempus Malaccam enavigandi, revertente tum eo, qui posterior in Iaponiam navigaverat, ac Machaviæ gubernationem recipiente usque in sequentis navigii adventum. Ita Machaviam semper aliquis Gubernator tenet, certis adventuum recessuumque vicibus ut scriptum est. Merces quæ ex Machaviâ in Iaponiam feruntur ex serico constant; Argentum earum loco naves referũt, magno compendio. Ceterum mentione Machaviæ factâ, haud mihi visum alienum, inferere species mercium, quas Lusitani ibi ferè emunt ac distrahunt, adjectis preciis communioribus, quæ parvâ immutatione aut minuuntur aut crescunt; Chinensium etiam Malaccæque ponderum declaratione adhibitâ, ob frequentiam commerciorum ac differentiam a Lusitaniæ Indiæque ponderibus. Ergo sciendum, in China serici esse tria genera: Vnum quod *Lankyn* vocant, idque optimum habetur, alterum *Fuscan* dictum quod bonum quoque est, tertium verò quod *Lankam* infimæ notæ nominatur. Præter autem hæc genera aliæ serici species cognitæ sunt. Est sericum nondum netum, quod rude vocamus, aliudque netum & versatũ rotulâ, quod Lusitani *Retros* nominant. Album & rude sericũ *Lankyni*, vulgari pretio per *Picum* (genus id ponderis est quod postea explicabimus) ad 145. 150. Realos majores aut Daleros Imperii æstimatur, secundum nostram monetam. Album & rude sericum *Fuscan* per *Picum* 140. & 145. Realis emitur. Rudis serici *Lankam*, *Picus* 75. aut 80. Realis comparatur.

Vectigal ex mensura.

Navigatio in Iaponiam.

Quæstus illius navigationis.

Lusitani Machaviæ rectores, singulis navigationibus mutantur.

Merces Machaviæ.

Digitized by Google

Retros sive tortile sericum album *Lankyni in Picum* 160. 170. Realis constat. Sericum album tortile *Fuscam* sive *Susuam* 130. 135. Realis. Ex serico tortili albo *Canton Picus* ad 50. 55. Realis æstimatur. Variatis etiam coloribus sericum tortile eodem pretio accipitur. Rude sericũ Cantonense in *Picum* 55. 60. Realis habetur, Albi Serici Sindones 14. ulnarum communiter, nunc hoc nunc illo anno ad 100. 50. 55. Realos taxantur. Muscus per *Caetam* 20. unciarum sex septemve Realis emi potest. Cæteræ autem curiositates aliaque supellectilis genera, quibus Chinense regnum abundat, suis variisque pretiis constant, non ita certis: Supradictæ autẽ potissimũm merces distrahuntur & a Lusitanis in alias partes negotiationibus avehuntur, præcipuâ opulentiâ ac frequentatione Chinarũ regni. Nunc de ponderibus monetâque Chinę & Malaccæ. Itaque ponderis genus quod Mallaccæ *Bhari* nomẽ habet, tres *Picos* conficit: *Picus* autem 66. *Caetos* & duos tertiarios, ut in summa tres *Pici*, qui *Bharum* faciunt, 200. *Caetos* habeant, tam in majori quam minori pondere. *Bharus* Chinæ habet 300. *Caetos* eadem æstimatione cum 200. *Caetis* Malaccæ minori pondere; tres enim *Caeti* Chinensium Malaccæ duos reddũt pondere minori. *Caetus* Chinæ habet 16. *Taeyos* Chinensi pondere, qui 14. *Taeyos* Malaccæ reddunt, Lusitaniæ pondere autem 20. Vncias & tres drachmas. Est & alia ponderis species in usu, quã *Hantum* vocant: *Hantis* autem habet 12. *Caetos* minori pondere; *Caetus* autem 22. *Taeyos* & 16. *Hanti* & 8. *Caeti* faciunt 200. *Caetos*, justo numero & pondere ad *Bharum* minoris ponderis. Sciendum præterea *Taeyum* Malaccæ habere 16. *Masos*, decemque *Masos* & tres drachmas facere unam Lusitaniæ unciam, Vnciamq. unam cum dipõdio 16. *Masos* tenere, octavamque *Masi* partem. *Masorum* pondere vẽditur lapis *Besar*, sive *Bazar*, & æstimatur *Masus* ad duos tresvè *Ducatos*, pro bonitate ac magnitudine lapidis. Malaccæ duo genera ponderum sunt; Vnum quod majus est, alterum quod minus, juxta hanc sequẽtem explicationem. *Bharus* majori pondere 200. *Caetos* habet, *Caetus* 26. *Taeyos*, *Taeyus* sesquinciam vix Lusitanico pondere. Minori pondere *Bharus* etiam habet 200. *Caetos*, *Caetusque* 22. *Taeyus*, *Taeyus* sesquinciam Lusitaniæ pondere pleno. Pondere majori appenduntur sequentes merces Piper, Caryophyllon, Nuces Myristicæ, Macis, Sandalum album & rubrum, *Indigo*, Alumen, sanguis Draconis, *Plata Daguilla*, *Civetta* & *Sapon*. Minori autem ponderãtur Argentum vivum, Cinnábacis, Æs, Bractea, Sericum, Ebur, Muscus, *Ambarum*, *Calamba* sive lignum Aloes, Stannum, Plumbum, *Lancua*, olcum ex nucis Myristicæ flore, *Verdaita*, *Rosimallia*, Benzoinum, Camphora, &c. Ceterum merces quas Lusitani in Chinam quæstuosè deferunt sunt primùm Reali majores, qui in China supra quinque *Festonos* valent; non quod eam monetam alteri Argento præponant, sed quia in isto regno Argento maximum pretium est, ut supra rettulimus; inde autem Vina quædam Lusitaniæ sive Indiæ, Oleum etiam ex Olivis, quod ibi in pretio est, Holosericum, Coccinnum, quo plane carent, conficiendi rationem ignorantes. Specula, Ebur, alia elegantiora ex Crystallo & Vitro, horologia ceteræque curiositates maximâ ibi in æstimatione essent. Atque nunc satis de regno Chinæ: Iaponia etenim restat, ultima Orientalis navigationis insula, a Lusitanis detecta hodiéque nota.

Pondera Indiæ.

Merces Lusitanorũ quas in Chinam deferunt.

CAPVT XXVI.

Insula Japonia.

INsulam sive terram Iaponiæ multis euripis fluminibusque interfluam, plures simul insulæ conficiunt, magnitudine summâ, licet nondũ satis cognitâ. Initium 30. gra. ducit, transitque 38. A firma Chinę terra ad Orientem 80. mill. distat, spaciumque ex Machaviâ quo Lusitani navigant ad Borapelioten pené 300. mill. habet. Portus quem Lusitani fere cõmerciis frequentant, *Nangasche* dicitur, quamvis & alia sint negotiationi loca commoda. Terra ipsa frigida est, multâ pluviâ madẽs, nive ac glacie aspera, glebas quasdam frumenti habet, præcipuus tamen gentis victus ex oriza est. Quibusdam locis ipsa terra in montes assurgit, sterilitate infames. Venatione ferarum plurimum cibum incolæ quærunt, & licet vaccas, oves, bovesque abundé habeãt, iis tamen duntaxat ad operas utuntur, cum cibum ex domesticis mansuetisque animalibus generaliter respuant, nõ minore fastidio quam nos Equorum carnes. Etiam a lacte abhorrent, sanguinis enim bestiarum portionem esse arbitrantur, licet colore sit candido. Ceterum pisces varii generis habent quos etiam maximè amant; fructus quoque diversos ut Chinenses. Ædes plerunque ex ligneis asseribus stramine contextis fabricantur, eleganti satis opere, inter opulentos præsertim, qui pulcherrimis storeis, singulari ibi ornamento, atria sua ac cubicula regunt. Elegantes quidem non ita sunt Iaponiæ incolæ, ut ii qui Chinæ regnum habitant: Vestitu tamen honorifico ex Serico incedunt, paucis aliàs contenti. Argenti fodinas insulas habet, ex quibus a Lusitanis Argentum in Chinam defertur permutationes metalli cum serico aliisque mercibus, quibus Iaponi carẽt. Admodum autem periti fossores inter Iaponios reperiuntur, aliique artifices varii, solertissimi ad cuncta inventa ingenii. Rustici ipsi & ex plebe homines, ab aliis nationibus civilitatis

Iaponia.

Qualitas terræ.

Victus gentis.

Domicilia.

Argenti fodinæ.

Digitized by Google

litatis ac comitatis præstantiâ maximè differunt non aliter moribus culti quam si in aulis vixissent. Quando necessitas exigit ad bellum ac arma prompti planè sunt, verum civilibus dissidiis nequaquam ferè turbantur. Inde qui temerè minas infert, gladiumque educit mortis reus est. Carcerum usum non habent, reos e vestigio castigant; aut in exilium mittunt. Captura omnis per proditionem fieri debet, aliter conscius atrociter ferret ipsum defenderet. Ex Nobilitate si aliquis crimen commiserit, magnâ manu ædibus suis inclusus obsidetur. Ibi mortem ut sibi manu suâ inferat jubent, sin segnior sit, domus expugnatur, omnesque in ea inventi trucidantur. Ideo ad evitandam majorem vim servorum manum domini implorant ferè, vulgari vulnere ut ventrem per medium diffindant. Id mortis genus commune est, subeût hoc famuli causâ demonstrandæ fidelitatis erga dominos, pueri etiâ in præsentia parentum expertinacia minutâque offensione. Patientes sanè omnium malorum sunt, quibus mortales vexantur; a teneris etenim unguiculis omnem laborem tolerare addiscunt, nudo capite incedunt, tenui vestitu, tam hyberno tempore quam æstivo, neque plebei tantùm, verum etiam Principes regionis. Pulchritudo illis raris crinibus commendatur, ideoque studiosè capillum evellunt, cujus tantum cumulum in vertice custodiunt, quem in nodum cogunt. Salutationes rituſque alios civilitatis plane diversos habent, a ceterarum gentium moribus, præcipuè Chinensium. Simultatem enim hæ gentes inter se gerunt acerbissimam: causam huic exstitisse asserunt; Antè multos annos in China rex quidam amicorum suorum conjuratione petitus fuit, quæ tamen detecta regio animum in vindictam atrocem adegit: Multi tum Principes adfecti in mortem firmâ Regis sententiâ adversus cæteros conjurationis socios, donec ipsi senatores adfinitate conjuratis implexi, Regem adeunt, orant, obtestantur: Ut mitiget supplicia mortis, in aliud pœnæ genus, quod non minoris tormenti sit: Esse insulas incognitas, ubi exilium fastidiosâ vitâ, ipsâ morte gravius tolerent. Ita clementiam inter & justitiam medius, innoxios, adfinitatis tamen commiseratione tactos, solaretur. Permotus Rex reliquos in Iaponiam misit. Inde tanta adhuc animorum dissensio, nequaquam extincto odii semine: Cum sæpè etiamnum hodie Iaponii Chinensium regionem invadant, omnia spoliis ac latrociniis destruendo, unde nullo inter se commercio agunt, nisi mediantibus Lusitanis. Majore adhuc hostilitatis testimonio diversis planè a ceterarum gentiũ moribus vitam agunt Iaponii; Chinensibus quoad ritus vivendi maximè contrarii. Singulariter si istas differentias persequi conaret, fastidioso operis lectoribus obstreperem, quasdam tamen referam. Ergo cum Chinenses inclinato capite manibusque junctis obvios salutent, Iaponii è contrà calceos exuunt honoris demonstratione: Vbi Chinenses stantes hospites suos excipiunt, Iaponii eosdem sedentes honorant, magnæ incivilitatis reputatione; si quis stans aliquem suscipiat. Pallium quod nos exeuntes sumimus, id illi prodeuntes deponunt, braccas mirificè laxas induti. Vt apud alios crines aurei denteſque candidi pulchreſcunt, ita apud illos deformitatem faciunt, ideoque omni studio ad nigredinem redacti. Color albus luctum ibi significat, niger gaudiũ. Fœminæ eádem contrarietate vivunt famulos postãbulones, famulas verò præãbulantes habẽt, cõtra Hispaniæ mores. Gravidæ ventrẽ arctissimo cingulo cogunt, aliâs latissimo cinguli complexu utentes, experimentoque adserunt arctationẽ illam ad faciliorem partum conducere. Post partum aquâ frigidâ mox infantem abluunt, matrique parum cibi tenuisque substantiæ parvo tempore præparant; cum nostræ mulieres partu solutam delicatè nutriant. Mos comedendi hic est. Cuique sua mensa statuitur, sine mappis aut mantilibus; duobus lignis cibum capiunt, ut & Chinenses. Vinum ex Oriza coctum potant, usque ad ebrietatem. Post prandium olla cum calidâ apponitur, quam ferventem ebibunt, æstate & hyeme.

Supplicia.

Vestitus ac habitus.

Mos cõmedendi.

Simultates causa inter Chinenses & Iaponios.

Annotatio D. Palud.

Tertiũ similem fere modum in potu Chaonã retinent, quam ex certis fructibus conficiunt. Bacca huri similitudine, ac ab Ægyptiis Bon fine Bun vocatur. Ex illis sesquipondo sumunt, quos aliquantulum tostos in aquæ 20. pondo coquunt, usque ad medietatem. Hujus potum matutino tempore quovis, in tabernis sine ferventem hauriunt, ex figulinis ollis, eodem more quo nostrates Vinum igni aliquantum mane bibunt. Stomachum eo potu confortari arbitrantur, ac calefieri, ventositates expelli, ac obturationes aperiri, &c.

Mos Iaponiorum in præparandis epulis a more aliarum gentium plane abhorret. Pradictæ ferventi aquæ pulverem iniiciunt ex herba, quam *Chaa* vocant, in magnam hujus potus æstimationem. Inde qui aliquâ opulentiâ pollent, loco ferè secreto aquam hanc servant, eamque excipientes amicos summâ benignitate depromunt. Ipsi eam Domini Principesque præparant, summam rem ollarum, quibus herba custodiatur, coquitur ac propinatur pretio. Non minor autem his ollis claritudo est quam apud nos gemmis ac pretiosis lapidibus. Ex vetustate & elegantia artis nomineque artificis commendantur, adhibitis etiam peritis talium æstimatoribus, eodem studio quo apud nos auri argentique bonitas æstimatur. Inde 4000. vel 5000. Ducatorum sæpe olla vetus ac artificis antiquo nomine clara

Aqua fervens in potũ cum pulvere Chaa.

Differentiæ imò contrarietas morum inter Chinẽses & Iaponios.

Ollæ in pretio singulari.

Digitized by Google

clara emitur. Rex Bungi aliquando ollam tribus fultam pedibus, quatuordecim millibus ducatorum comparauit, & ex Iaponia alius Christianus in urbe *Sacay* ollam tribus etiam laminis reparatam 1400. ducatis.

Etiam picturę

Etiam imagines quasdam in pretio habẽt, picturasque minimarum rerum ab antiquo aliquo artifice profectas: has quilibet summâ emere studet, ita ut hujusmodi tabula vel quatuor millibus ducatorum æstimata

Gladii.

sit. Pari æstimatione gladium uetusti nominatique fabri reputant; talem tribus quatuorve mill. ducatorũ emere non verentur. Hæc illis monilia, hi thesauri. Causam interrogantibus reddunt, cũ illusione nostrarum deliciarum in gemmas ac lapides, decoris tantum gratiâ nullo alio usu; cum hi gladii, ollæ, ac picturæ non tantùm ad oblectamẽtum, sed usum quoque pertineant.

Politia.

Iustitiæ ordo quo Politia defenditur hic est. Reges nominãtur *Jacatay*: hi absoluti Domini terrarum existunt. Nihil tamen præter necessaria ad victum familiæque sustentationem ex regni opibus servant, cætera alia in *Cunixos*, qui velut Comites Ducesque sunt distribuentes. Hi a Rege ordinantur, quibus & dignitatem pro arbitrio potest eripere: Servire iidem Regi coguntur domi militiæque propriis sumptibus, juxta Iaponiæ leges. *Cunixi* alios habent subditos, quos *Tonos* vocant. Hi Baronum ac Feudatariorum vicem præstant, inter quos relictas a Rege terras *Cunixi* distribuunt, cum insuper *Tons* in alios amicos ac milites sua etiamnum subdividant, pari ministerii obligatione parendique necessitate superioribus, sumptibus propriis, quos ex partitione facultatum a dominis institutâ abundè satis nanciscuntur. Ius necis, exilii, merumque imperium penes quosque Dominos in hos subjectos est, sine appellationis alio jure, aut reddendæ rationis super pœnâ necessitate. Neque tantum hæc potestas penes Dominos Ducesque contuberniorũ visitur,

Parentũ summa potestas in liberos.

sed communis patribus familias, parentibusque est. Illi domesticos suos castigare, verberare, trucidare pro arbitrio nullo contradicente possunt.

Reditus regii.

Reditus regii sunt, ex orizâ duntaxat. In singulos ergo annos habet 500000. *Fardos* sive saccos orizæ, nullâ alterius tributi spe. Ex his inter 10. aut 12. *Cunixos* singulis 30000. sive 40000. *Fardos* dividit; quod restat familiæ suæ propriisque sumptibus servit. *Cunixi* inde cum *Tonis* parcipitant. *Tons* cum militibus, estque hæc facultas, juxta quam quisque honorificè satis pro dignitate suâ vivit. Iaponii sermone quoque a Chinensibus differunt, nullo intellectu mutuo, præterquam ex signorum ac imaginum notis. Multa ac varia vocabula habent, paratis titulis diversis, verbisque pro dignitate ejus cui scribunt instructis, mirificâ varietate, ideo difficulter lingua Iaponica ab exteris percipitur. Religionẽ habent Chinensium Idola colunt, ministrosque sacrorum *Bonzios* magno honore adficiunt. Ceterum Iesuitarum adventu multi Christiani effecti fuere, inter quos & tres Reges baptisati, Christum agnoverũt, Rex Bungi videlicet, qui inter Reges reliquos (multi etenim sunt adhuc incognitâ in parte interiore Lusitanis) potentissimus est, Rex Arrymæ & Rex Omuræ. Hi Reges tres filios suos sive nepotes in Indiam cum Iesuitis miserunt, ut inde Romam peterent ac Pontifici obedientiam præstarent. Illi anno 1582. ex Iaponiâ profecti Goam 83. venerunt, eo ipso anno quo ego in Indiam adpuleram, ita ut eos etiamnum in urbe Goa inveniremus. Anno 84. in Lusitaniam supradicti abierũt, atque inde Madridam, quâ in urbe eos Rex cum Nobilitate omni, summo honore excepit, doniisque amplissimis affecit. Madridâ autem Romam delati, a Pontifice ac Cardinalibus summopere culti, peragratis Italiæ inclytis urbibus, Goam anno 87. reversi fuerunt, quo tempore ego ibi degebam, ac inde Iaponiã repetentes ibi a ceteris insulæ hominibus magnâ acclamatione ac festivitate excipiebantur, factâ insulanis fide, Europæ Regum splendoris, Christianitatis totius apud barbaras gentes maximâ celebratione.

Religio.

Supra Iaponiam 34. & 35. gra. non procul ab oræ Chinę illa ingens insula jacet, quam *Coream* vocant. Ea nondũ penitus cognita est, occultatâ etiamnum magnitudine, ac fructuum, merciumque bonitate.

Corea insula.

A Machaviâ ad Cœciam 90. mill. insulæ quædam jacent *Lequiarum* minorũ & majorũ nomine, 20. mill. distant a firmâ Chinæ terrâ minores *Lequia*. Majores vero ab iisdem 90. mill. jacent. Quæ omnes a Chinensibus frequentantur & habitantur. Atque hæc de tractu insulisque hujus plagæ, quæ omnia, aut pro veris cõperta, aut a me visa fideliter retuli. Nunc descriptioni Goę vicinarumque Regionum intendamus.

Lequiæ insulæ.

CAPVT XXVII.

Brevis descriptio terræ post Goam, in cujus territorio ipsa Goa jacet. Origines Regum Dominorũq; nomina eorundem. Ex annalibus monumentisque ipsorum Indorum.

ANtequam urbis & insulæ Goæ, vicinarumque regionum Lusitanis indigenisque cultoribus, descriptionem ingrediar visum mihi necessariũ, latiori oratione origines divisionesque nationum, regum nomina & agnomina recensere. Igitur antè trecentos annos, quidam potentissimus rex terræ *Deli*, (quæ sita est interiùs post Goam ad Septentrionem,) confinis terræ Coraconæ, Persiæ regni, ubi aulæa illa superba conficiuntur, *Alcatiffarum* nomine a Lusitanis notata, hyemis qualitate Provinciis

Deli terra.

Belgicis

Digitized by Google

Belgicis haud absimilis) imperio suo vicinas regiones adjecit, inter quas erant regna Decan, Cuncam, Ballagatta, ipsaque Goæ ditio. Eodem tempore Cambajæ regio centum mill. Goâ distans ad Septentrionem occupata fuit a Machometi cultoribus, qui
Reysbuti. incolas Ethnicos *Reysbutos* dictos, imperiis suis magnâ tyrannide subiecerunt. Regiones Ballagattæ & Decan antè parebant Ethnicis incolasque habebant gentes potentes ac validas. Ex his remanet etiamnum, quos
Venesares. *Venesares* vocant, & alii qui in iisdem terris habitant *Colles* dicti. Hi cum *Reysbutis* ex præda hodie vivunt. Vnde & incolæ Cambajæ tributum *Reysbutis* soluunt, ut ab illorum prædationibus tuti sint. Pariter *Venesares* & *Colles* ab hominibus Decan & Ballagattæ redemptiones consequuntur, dissimulante rege qui cum illis, quos hactenus non repressit, haud temerè participare creditur. Ceterū post devictas hasce per regem Deli terras, præclarâ victoriâ, supervenerunt
Tartari Mogores. Tartari, quos Indi *Mogores* vocant, iisque maximam regni *Deli* partem occupârunt. Quo ité tempore in Bengala nobilis Eques erat, cujus fratrem Rex Bengalæ, injustè ad necem compulerat. Hic vindictæ cupidine, inimico animo in regem exarsit, eique cum vita dominatum abstulit, sibique Bengalam subjecit. Non contentus tali successu, adunatis copiis, Regnum Deli invadit, Tartarosque ex improviso adortus, illos quidem expulit, sibique regnum firmavit, eâdem fortunâ potitus regnis Decan, Ballagattæ & Cuncan, usque ad fines Cambajæ, ita diu potentissimus regum Indiæ extitit, usque ad 800. mill. dilatato imperio; ut Indi affirmât. Ceterū tanti dominatus onere pressus cum diu solus imperasset, tandem cupidine otii Bengalam statuit repetere, Regemque terrarum Ballagattæ, Decan & Cuncam nepotem quem habebat constituit. Hic amicus
Distributio Regnorum. nationibus exteris, Arabibus, Turcis, Rumis & Corasonis hasce ditiones suas inter Gubernatores Ducesq; distribuit. Cuidam, quem Lusitani *Hidalcanum* nominant, ditionem Angediva permisit. Ea 12. mill. a
Goa. Goâ distat, ad Austrum in Boream, usque in locum *Siffardan* dictum 60. mill. spacio, quo item imperio Goa urbs cum insula cõtineretur. Alteri Capitaneo *Nisa Maluco* tractum *Siffardan* contulit ad Septentrionem, *Negotanam* versus, 20. mill. districtu, & introsum usque in Cambajam, ita ut hi duo Duces regioni Cuncam præessent. Hæc regio ad maris littus porrigitur, divisa a regno Decan, altis magnisque montibus, quos *Guate* nominant. Sinuosi autem sunt & interrupti, tenduntque ex Cambaja usque ad Caput Comorini, & indè per tractum Choromandel. In urbe Goâ facilè horum montium vertices conspiciuntur, qui toto eo tractu nubibus teguntur, cũque aliorum montium cacumina in summo altitudine ac proceritate fastigia ardua extendant, his planicies quædam continua est, campique jucundissimi. Inde & *Ballagatta* nomen fluxit. *Balla* enim supra significat, & *Gatta* montem. Lusitani ideo totam illam terram *Ballagattam* vocant, quamvis præcipua per se terræ pars *Decan* nominetur & *Canara*; unde & incolæ Decanini ac Canari dicuntur. Reges titulum *Decan* habent. Ad divisionem ceterarum terrarum ut revertamur. Idem Rex terram Ballagattæ sive Decan in provincias quoque distraxit, parte una *Imademalluco*, quem Lusitani *Madremalucum* nuncupant, permissâ, altera *Cotalmaluco*, tertiâque *Melicquo Verrido*. Omnes hi præfecti advenæ erant, Turcæ, Rumi & Corasones, excepto *Nisamaluco*, qui filius erat nobilis domestici regis. Ceterum quòd rex aliquando cum matre *Nisamoluci* rem habuisset, ipse se ex sanguine regum Decan, infami alias ortu ferebat. Reliqui omnes servi erant, quos Rex pretio emptos hac dignitate adfecerat, existimans fideles fore, quos tantis officiis ad summam fortunam evexisset. Verùm prava mens nullis benevolentiæ testimoniis emendatur, redditopro bono malo, summâ ingratitudine. Itaque conjurant repentè & succincti opibus ac favore subditorum regem nihil tale co- Conjuratio Præfectorum.
gitantem & ociosè fiduciâ Ducum, quos (ut putabat) beneficiis prorsum devinxerat quiescentem, in civitate *Bedar*, regiâ regni Decan, capiunt, atque in custodiam *Melico Verido* tradunt. Atque ut certior fortuna esset tantis conatibus, quosdam etiam ex Ethnicis ejusdem terræ principibus evocaverant. Vnus ex his erat *Mohadus Coja*, & alter *Verichus*, quibus in parte cessere opulentæ regiones, oppida & vici. *Mohado* cessere civitates *Visapor*, *Solapor* & *Paranda*, vicinæ Goæ, atque plurimùm a Goensibus frequentatæ; curiaque Hidalcami hodie in urbe Solapor est. Civitas *Paranda* pòst occupata fuit a *Nisa Moluco* cum aliis locis quibusdã. Ita quod uni Monarchæ parebant in plures Satrapias discerptum, multos Reges & Dominos habuit, cum sibi quisque scelere Dominationem, quam beneficio habebat, velut propriam, peperisset. Hidalcamus autem, qui Anno 1535. morte obiit, pronepos erat unius ex Ducibus, qui novæ huic gubernationi authores extiterãt. Erat Hidalcamus.
hic Hidalcamus potens valdè in terrorem vicinarum gentium. Eidem Lusitani bis urbem Goam abstulerunt. Atque hic est divisionis terrarum brevi narratione totus ordo. Ceterum post distributionem Hidalcamo cum rege Narzingæ sive Bisnagar simultas incessit, cujus regiones Idalcami terris cõfines erant. Rex hic *Rau* vocabatur, a quibusdã *Ham*, quod apud Persas Regem significat, a Lusitanis *Cham*. Sed in Rege Bisnagar tantum valuit vindictæ cupido, potentiaque exercitus, ut hunc Idalcamum ceteros-

Ballagattæ terra montesque plani.

ceteroſque reges Decan imperato tributo ſibi ſubjecerit, hodieque ſubjectos habeat. Nomina autem horum regum propria non ſunt, ſed a rege illo qui Gubernatores inter imperium diſtraxerat, pro dignitate ſingulis præfectis impoſita. More enim in Oriente recepto nomen hominibus attribuitur, quod virtutis alicujus aut dignitatis prærogativam ſignificet. Ideo *Idalham* ſive *Adelham* Regem juſtitiæ declarat. *Adel* enim Perſicâ linguâ juſtitiam ſignat, *Ham* vero Regem. *Maluco* regnum notat, *Niſa* lanceam ſive frameam, ideo *Niſa Maluco*, lanceam regni reddit. *Cota* Arabicâ linguâ fortitudo eſt, atque inde *Cotal Maluco* fortitudo regni. *Imad* columnam ſignat, & *Imad Maluco* columnam regni. *Verido* conſervationem monſtrat; *Maluco Verido* regni tutelam; quidam hos *Malucos Melicques* vocari volunt, Regulorum ſignificatione. Alii etiamnum præter hos tituli exiſtunt, in *Xa* deſinentes, ut *Niſamoxa*, *Adelxa*, &c. Ex Perſia primùm prodierunt in Indiam ob hujuſmodi cauſam. Notum vulgò eſt in regione *Coraſone* quendam extitiſſe humilis conditionis, qui *Xa Iſmael* dicebatur a quibuſdam vero *Sophy*, qui aliam Alcorani interpretationé ſuſcitaverit, tanto Perſarum favore ut ſibi inde imperiũ potentiamque ſtabiliverit, continuáque ſimultate, Turcarum (qui diverſam opinionem ex Machometi ſcriptis defendunt) vires exercuerit. Crevit hujus *Xa Iſmaelis* potentia, multis populis urbibuſque, partim religionis reverétiâ, partim metu virium ſuarũ compulſis ad obedientiam: Ita ut filio ſuo ſucceſſione idem regnum eandemque opinionẽ, velut ex hereditate reliquerit. Hic *Xa Thamas* dictus, ad dominos Ballagattæ, Decan, & Cuncam legatos ſuos miſit, cum edicto ut eandem opinionem, quam magna Orientis pars ſuſcepiſſet amplecterentur. Illi metu parent, licet poſt diſceſſum legati, ſectę opinionem peregrinam rejecerint. *Xa Thamas* in honoris accumulationem hoſce dominos titulo *Xa* honoravit, qui regem ſignat. Inde nomina hæc orta ſunt. *Adelxa*, *Niſamoxa*, *Contumixa*; cùm *Xa Thamas*, ſive *Xa Iſmael* Regem *Thamam*, Regemve *Iſmaelem* denotet. A Turcis & Rumis etiam *Sophij* vocatur, quod nomen capitaneum magnum reddit. Etiam Reges Decan, cùm aliquem meritis inſignem honorare volunt nomen illi *Nayque* dant, id Ducem ſignificat, inde *Salva Nayque*, *Acem Nayque*. Supremum verò honoris nomen eſt *Rau*, inde *Chita Rau*, id eſt Rex fortis. Idem Idalcamus *Sabayo* dicitur, id eſt Dominus. Talis præerat inſulæ Goæ, cùm eam Luſitani primùm expugnarent, ut annales Portugallenſium indicant. Ejus domus nunc in inquiſitionis ædem mutata Goæ viſitur, locuſque inter templum majus eandemque domum locus *Sabaij* vocatur.

Nominum Principum ratio.

Sophy Perſarum Rex.

Sophy quid.

Sabayo.

CAPVT XXIIX.

Urbs & inſula Goa: Caput Indiæ.

GOa urbs Caput eſt totius Indiæ Orientaliſque tractus, quẽ Luſitani frequentant, Proregis, Luſitaniæ Regis nomine, Archiepiſcopi, Regiique conſilii reſidentiâ imperioque in omnes Orientis plagas, ex eâ deſtinato maximè clara. Hic etiam nundinæ ſunt, ac affluentia omnium Orientis mercium cõgregatione mercatorum variâ vendentium ementiumque, ex Arabia, Armenia, Perſia, Cambaja, Bengala, Pegu, Siana, Malacca, Iava, Moluccis, China, &c. Inſula cum urbe Goâ jacet 15. gra. Septentrionali plagâ diſtantiâ ab linea Æquinoctiali, (navigatione nimirum Luſitanorũ ex Moſzambicqua inſpectâ) 400. mill. Flumine autem inſula cingitur, quæ trium mill. magnitudine, intra oram continentis jacet, ita ut tractus ipſe maris cum inſula pari lineâ procedat. A firma terra duntaxat maris ſinu ſive fluvio dividitur, qui ad Seqtentrionalem civitatis partem introrſum flectitur, atque inde circulatim ad Auſtrum mari inferitur, Lunæ dimidiatæ ferè ſimilitudine. Oſtium fluminis uſque ad urbem juſtæ latitudinis eſt, ſuntque inter continentem & inſulam Goæ aliæ minutæ inſulæ, ab indigenis habitatæ, ad aliud autem latus civitatis, quibuſdam locis, tenui ſiccoque alveo flumẽ, æſtivo tempore vadoſum, vix genua adficit; ibi inſulani propugnaculum cum muro munit, nuper a Luſitanis erctũ, contra motus eorum qui continentem tenent. Crebrò enim bellum ſuſcitant, obſidione etiam circa oſtium fluminis ab Hidalcamo aliquando intentatâ. Ad Septentrionale latus terra *Bardes* jacet altiore ſitu, cujus defenſione ac tegumento naves Luſitanorum ſecuriùs ſtant cùm onus levant. Sub Luſitanorum imperio etiam hæc terra *Bardes* eſt. Vicos ea plurimos habet, incolaſque ruſticos, qui Canarini vocantur: Chriſtiani ut plurimùm, tamen antiquo ritu nudi incedunt, pudenda duntaxat tecti. Indica palma hic abunde creſcit, quæ nuces *Cocos* fert, ut & in reliquis inſulis ejuſdẽ fluenti. Riuulus terram *Bardes* a continẽtis tractu diſcerpit, tenui ob exiguitatem intervallo. Ad Auſtralem inſulæ Goæ partem, ubi flumen mare ſubit, pari cum ipſa orâ tractu terra *Salſetta* ſita eſt, quæ etiam Luſitanis paret, fructibus ac incolis terræ *Bardes* ſimilis, ac tenui pariter riuulo a firma ſeparata. Inter hanc *Salſettam* terram & inſulam Goę ſparſę quædam minutæ inſulæ conſpiciuntur, Indicâ palmâ fertiles, oſtioque fluminis adjacet inſula Goa antiqua, nullo memorabili fructu pauciſque incolis. *Salſetta* autem & *Bardes* terræ nomine regio locationibus diſtrahũtur, quibus Archiepiſcopus, Cœnobia, Sacerdotes, Proreges aliique Regis miniſtri, annuo proventu ſuſtentantur, privilegio

Regis

Situs Goæ.

Flumẽ quod Goam cingit.

Bardes terra.

Salſetta.

Goa antiqua.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Regis adjuti. Quod ad insulam attinet ea montosa valdè, quibusdã in locis ita squallida conspicitur, ut difficillimè itineri usque ad ostiũ fluminis pateat terrestri passu. Vici (quos habet multos) a Canarinis habitãtur: Illi indigenæ rusticatione Palmam Indicam exercent, ipsaque eorũ habitacula circundant ferè insulam ad ripam fluminis marisve littus; aut circa lacus aliquot minutos. Palma enim arbor amat loca humilia, humida ac arenosa; terræ vero altioris interioriq. conditiones respuit, littoribus ripisque arenosis duntaxat contigua. Ipsum flumen quibusdam anfractibus excurrit; centumq. *lastorum* (ut vocant) naves facilè illud subeunt, at *Cratæ* Lusitaniæ circa Bardes onus coguntur exponere. Civitas pulchrè exculta ædificiis claret, Lusitanicarum ædium ritu, sed humiliore contignatione ob calores. Post ipsas ædes communiter viridaria hortiq. visuntur, pleni fructibus Indiæ omnigenis. Etiam per universam insulam amœniores horti sparsi, delectationibus dicati, Lusitanos obambulantes excipiunt, summâ Indię mulierum voluptate. Vt Lisbona ita & Goa Monasteriis omnis generis templisque nitet. Virginum autem claustris caret. Quis enim castitatẽ fœminis Indiæ persuadeat? Illæ libidini mancipatæ, nihil habent antiquius, quam Venerem Deam excolere, genialique cupidini indulgere. Æstivis hybernisq. tempestatibus æquè insula viret, florente nunc hac, nunc illâ arbore. Diverso urbs situ, ut Lisbona, nunc montibus turgescit; nunc valles implet. Exigua ante fuit civitas, cincta muro fossisque siccis, nisi cum illas pluvia impleret. Etiã hodie muri persistunt, portis demptis; circa muros hodierna civitas ædificata amplitudine bis veterem ambitum superat, patetque undique sine muris, aut propugnaculis. Ceterum insula murum habet ad Orientem è regione terræ *Salsettæ* usque in aliud latus terræ *Bardes*. Id ptopugnaculum duntaxat valet adversus insultus cõtinentis populorum, quibus Lusitani non imperãt. Nullum prẽter hoc munimentum insulam custodit. Est quidem in terrâ *Bardes* altiore situ castellum ostiõ fluminis impositũ: sed id vetustate jam conlapsum, tria tantũ tormenta ex ferro habet ac unicum custodem.

Palmæ natura

Goa urbs.

Mulieres in India nullæ Monasteriis clausæ ob libidinis amorem.

Insulæ munimenta.

Insula Goa ad maris littus altitudine insigni aliquando rupes ostentat; Verum terra *Bardes* quâ mare spectat pulchris arenæ cãdidæ littoribus nitet, spacio 500. passuum. Custodia insulæ hæc est. Ad Orientem tres quatuorve portæ sunt, in ripâ fluminis, in extremitate insulæ, è regione terræ firmæ, *Salsettæ* & *Bardes*. Cuique portæ attributi sunt capitaneus & scriba, quorum absque veniâ nemo continentem petit. Ideo Indi Decanini aliiq. Æthiopes gentiles, qui Goæ habitant, quando continentem gratiâ mercium petunt, sive parandi victus causâ, in hisce portis, quas *Passos* vocant, signũ quod brachio nudo imprimitur, accipiũt. Revertentes idem ostendere debent: pretiũ autem libertatis transitus, sunt duo *Basaruci* dioboli valore, in compendium ducis scribæq.

Custodia.

Nocte illi adolescẽtem statuunt qui curam campanulæ pulsandæ habet, quæ ex turri dependet. Hanc loro pedi alligato sæpe ducit, eo tinnitu vigiliam suam indicaturus. Ea omnis totius insulæ custodia est. Hujusmodi autem quinque transitus numerãtur. Vnus ad Australem partem, unde ad continentẽ & *Salsettam* passus ducit, *Benesteryn* dictus, nunc S. Iacobi passus, a parœciâ S. Iacobi ibi sitâ. Secundus passus ad Orientem insulæ jacet, ibique versus continentẽ vulgaris transitus est, vocaturque Passus siccus, quod flumen ibi maximè vadosum sit. Tertius ad Meridiem insulæ ferè civitati proximat, *Paßusque de Dangyn* dicitur, sive Matris Dei. Ad hunc usque locum murus pertingit, incipiens a transitu *Benesteryn* sive S. Iacobi; aliàs tota insula absque munimento est. Ab hoc passu transfretatio est ad aliam insulam, quæ continenti respondet; ibique quartus *Passus de Norwa* visitur. Quintus ultimusque transitus ab urbe ad medietatem usque fluminis jacet, inferiore plagâ versus *Bardes*. Hic fortissimus ac munitissimus habetur, vocatúrque *Passus de Pangyn*. Hinc navigatio in *Bardes* fert, omniaque navigia quæ flumen aut intrant, aut exeunt hic sistuntur & visitantur. Hisce munitionibus insula tota tenetur. Lusitanorum autem jura ac leges ut in ipsa Lusitania exercentur: Habitat in urbe mixti Indis, Ethnicis, Mauris, Iudæis, Armeniis, Gusaratis, Banjanis, Bramenis, cæterisque Indiæ populis, qui ibi ferè frequentant & degunt, liberâ relligione. Nisi quod incendia cadaverum hominumque vivorũ, nuptiæ, aliæque superstitiones diabolicæ prohibeantur. Episcopus ad ista intendit: Ne quis tale aliquid temerè exerceat, ad scandalum novorum Christianorum. In firma terra eadem libere fiunt, exclusis ab imperio continentis Lusitanis, clã quoque privatis in ædibus, modò ne in publicum flagitiosi ritus erumpant. Civilibus vero Lusitanorum legibus omnes parent. Etiam Christiani semel nominis baptismate factus, si ad superstitiones Ethnicorum recurrat, inquisitioni subiicitur, ejusdem decretis puniendus. Insula ipsa per se nihil ferè fert, ad sustentationem hominum, quædam duntaxat pecora habet, gallinarum, caprarum, columbarumque fœtus. Desertus enim ubique ac vastus ager est, montibus asperis, ideoque ad culturam ineptis, cætera quæ ad victum pertinent ex *Salsetta* & *Bardes* adferuntur, præcipuè vero ex firma. Frumentum, oriza aliaque grana, etiam oleum & reliqua necessaria, ex regionibus peregrinis flumine subvehuntur, ex Cambaja Septentrionali tractu, ex Malabar, aliisque

Vigiliæ ratio.

Nomina passuum in insula Goa.

Insula Goa quomodo munita.

Communio Goæ omniũ nationũ liberâ relligione.

Deficientes a Christiani inquisitione puniuntur.

Insula Goa sterilis.

Digitized by Google

aliisque locis, ut in descriptione tractus satis retulimus. Vinum ex Palmis abundè habet, ut & eo alias quoque nationes copiosè adficiant. Parum Goæ potabilis aquæ est, unicusque tantum fons *Baganijn* dictus, quadrante milliaris ab urbe. Ex hoc cives omnes potant allatis per mancipia aquariis urnis, quas per urbem divendunt. Aqua ad cibum & lavacra in ipsis ædibus ex puteis ducitur. Ager lapidosus est & siccus, rubei coloris. Inde quibusdam Italis alchimistis cupido fuit educendi æs aurumque ex terrâ ipsâ, quod tamen Prorex vetuit. Ne fama tantarum opum accolas illectos ad expugnandam urbem deduceret. Vrbis insulæque figura ex hac sequenti imagine patet, cum omnibus plateis templisque ad viuum.

Et fete sine aqua potabili.

Terra rubra.

CAPVT XXIX.

Mores Lusitanorum mixtorumque ex iis progenitorum, tam eorum qui Goæ, quam qui in cæteris Orientis provinciis habitant.

LVsitani Indię plerique indigenis mulieribus connubiis juncti sunt. Liberi ex iis nati mixti sive *Mestici* vocantur, colorèque sunt ut plurimùm flavo, cùm mulieres multæ satis inter eos justâ formâ sint. Lusitanorum liberi in India nati, matre patreque Lusitanis, *Castisi* appellantur, suntque Lusitanis haud absimiles, licet colore aliquantulum differât, qui flavedinem ferè habet. Liberi *Castisorum* cinericii sunt & plane mixti. Mixtorumq. generatio colore, ac naturâ Decaninis indigenis accidit, eâ ratione ut Lusitanorum virorum fœminarumq. tertia generatio indigenas Indos naturâ colore, ac formâ referat. Commerciis autem quotidianis Bengalam, Peguâ, Malaccam, Cambajam, Chinam aliásque Septentrionales Meridionalesque plagas frequentant. Etiàm in urbe Goâ quotidianâ frequentiâ cives coëunt, incolæ, cæterique Indiæ, ac vicinarum nationum populi, ut Antwerpiæ in loco, quem *Bursam* nominât, aliquâ tamè consuetudinis differentiâ. Hic enim nobiles, aliique homines cum mercatoribus una conveniunt, omniáque venalia existunt in fori alicujus, nundinarumque similitudinem. Tantùm antemeridiano tempore hæc congregatio celebratur, toto anni spacio, exceptis ferialibus diebus. Initium ab hora septima matutina hebet, duratura in horam nonam, solis ob æstum, qui totum pomeridianum tempus adficit. In urbis præcipua platea, quâ rectam dicunt, præconium celebratur *Leylon* vocatum; ibi certi ordinatique præcones catenis aureis, gemmis, annulis, cæterisque monilibus instructi incedunt, comitante mancipiorum utriusque sexus venali turbâ, ad arbitriũ ementis productis hominibus, modo quo apud nos pecora distrahuntur. Arabici etiam hic equi reperiũtur, aromata cujusvis generis, aliáque ficcióra medicamenta, gummi odoriferum, simulque Aulæa pulcherrima, ac infinitæ aliæ curiositates, ex Cambaja, Sinda, Bengala, China, &c. in miraculum sanè, propter emẽtium vendentiúmque multitudinem, statâ temporis opportunitate. Defuncti hominis facultates omnes ad forum deferuntur, eodem præconio nullâ discretione vendendæ, etiàm ipso mortuo prorege, cujus itẽm bona hastam subeunt: Vt pupillis viduisque jus fiat, debitáque ritè exsolvantur, rebus publicâ venditione ad summum pretium redactis. Inde fori hujus tanta celebritas: Multi etenìm passìm brevi vitâ mortem obeunt, vivẽdi genere indiscreto, ac immodico aëris calore, citatâ nece. Hujusmodi frequẽtia omnibus locis quibus Lusitani vivunt per Indiam celebratur. Lusitani ex mancipiis quidam victum sumptũque parant, decem quippe, 20. aut 30. habent, quibus exiguè victum præbent. Famuli sanè laborẽ suum per urbem pollicentur, aquámq. adferunt, quam civibus indè vendant. Famulę omnis generis bellaria ex Indiæ fructibus conficiunt, ac filo diverso modo linteamina laborant, quæ mox ipsæ optimè ornatæ ætate bellula, floreque juvenili ad forum deferũt, ut vendentiũ pulchritudine ac nitore evocati mercatores, lubentiore animo merces expositas emãt, non tam ipsarum mercium gratiâ, quàm portiundæ ancillæ causâ, cujus deinde venerem proclivi libidine sollicitẽt, quam nẽque difficultèr puellæ admittunt, paratæ magnâ lubentiâ ad corporis quæstũ. Ex tali deinde lucro domini facilè ditantur, familiámque abundè sustentant. Alii ex argentaria re magnum quæstum percipiunt, suo tempore comparatâque monetâ. Hunc in modũ *Realos* majores, cùm Lusitaniæ naves adventant emunt, eosque præstitis duodecim supra centum comparant, quos in Aprilem usqúe conservant cùm in Chinam mercatores proficiscuntur, tunc enim *Reals* maxime expetuntur facto lucro 20. sive 30. *Realorum* supra centum. Eodem ipsi tempore *Larinos*, pecuniæ ex Persia genus, suscipiunt, octo aut decem ultra centum oblatis, quibus cum Lusitaniæ naves adveniunt, factâ cum *Realis* permutatione, 20. & 25. supra centum aucupantur. Necessarius horum *Larinorum* in India usus est, ut Cochini piper emas, ibi enim huic monetæ summum pretium constituitur. Sunt & alia monetæ genera, nimirum *Pagodes*, *Veneti*, *Santhones* ex auro. Atque ex illis eodem modo, emptione ac venditione multi occupati, ingentem quæstum referunt, præcipuè si bona primum sors ad manum sit. Etiam quidam ex reditibus viuunt, quos ex Indicis palmis *Cocos* ferentibus auferunt, satis commodè, quod hoc fructus genere multa in India commercia constent. Vnde aliquis ex una arbore supra omnes sumptus

Commercia.

Forum Goæ.

Lusitanorum ex mancipiis quæstus.

Argẽtarii sive collybistæ.

Larinorum usus.

Reditus ex palmis Indicis.

Pardavi

Digitized by Google

Pardavvi dimidium lucratur imo amplius, ita ut Carolini pretium habeat, idque cotidie, & sunt tales quibus hujusmodi trecentæ ac quadringentæ arbores, una in villa sint, quas tum Canarinis locant, ut nostri agros ac fundos rusticis. Lusitani ideo sive Mixti in India laboribus vix vacant, modisque ferè supradictis vivunt. Sunt tamen & quidam artifices, qui galeros, calceos, sellas, ac vasa concinnant, famulorum tamen ferè mancipiorumque operis. Ipsi vero domini alto tardoque incessu, fastum tuentur, promiscuè nulloque discrimine inter nobiles aut plebejos. Omnibus idem honor debetur, eademque est servandæ gravitatis fastuosa cura. Cæteris artificiis fere Indi gentiles & Christiani indigenæ incumbunt. Nemo nisi maritatus, familiæque pater, privilegiis civitatis aut immunitatibus gaudet. Ipsi in duo genera distinguuntur. Etenim unum mariti ac patres familiarum constituunt, alterum cælibes. Hos communi vocabulo *soldatos*, sive milites stipendiarios appellant, & est illud inter eos honestissimum nomen. Non quod sub signis ideo sint, aut ullo juramento ad vexilla constringantur, nam in universa India is militum conscribendorum modus non est in usu. Ceterum ubi in Indiam Lusitani ex Hispania missi venerint, liberum illis quo volunt iter est, nullâque mansionis certæ necessitate arctantur. Albo tamen in Lusitania adscripti sunt, quod in Indiam singulis annis mittitur, cum ipsis navibus, id eo modo confectum est ut nomina ac agnomina proficiscentium contineat & stipendii a rege statuti magnitudinem. Distincti autem sunt omnes titulis & prærogativâ dignitatis. Ex his quidam *Fidalgi da casa del Rey nosso Senhor* nuncupantur, præstantissimo elogio: sunt etenim Regiæ domus nobiles, alios *Moços Fidalgos* vocant & sunt sané & isti honorati, ac nobilium filii, vel a Rege ad illud dignitatis genus provecti. *Cavaelleri Fidalgi* equitum auratorum vice illustres quoque sunt, gaudentq. hoc tituloob navatam in aliqua expeditione operam. Hujus vero dignitatis apud Lusitanos parabilis modus est consequendę. Instante enim bello, aut ipso in belli ardore, facilé aliquis a Duce, aut nobili quodam hanc equestrę prærogativam obtinet, ita vulgariter, ut coci, lixę, ac mesonautæ, vilissimi homines haud repellãtur. Sunt prętèr hos alii, quos *Moços da camera do Numero*, & *do serviço* vocãt. Hi aut cubicularii Regis, aut ex numero, aut ministerio habentur, primo ad honores gradu, quippe ex hoc ad illustriora insignia cõsecẽdũt, ambitioso imprimis certamine, cũ hos titulos, ac magnifica nomina, pluris quam augmentũ multarum divitiarum æstiment. *Escuderis Fidalgis*, i. armigeris suns quoque honor est. Ceteri *homes honrados*, id est, honorabiliores viri habentur, relicto humilioribus *Soldati* nomine, sine alicujus tituli appendice, & sunt isti sané contemptiores ac ex fæce populi. Hujus autem inscriptionis fructus ex diuturnis in pace belloque officiis Regi exhibitis, juxta dignitatis titulum crescit, ac majoribus honoribus paratur. Nam ex titulo in Lusitania præmiorum ratio constat. Album ipsum quo Lusitanorum in Indiam proficiscentium nomina signantur, apud destinatum in India huic muneri a Rege servatur, qui ut cæteri omnes ministri post tres annos mutatur, habetq. subsidiarios tres aut quatuor scribas. Ipse generalis scriba matricolæ indigitatur. Adventante vero in India æstate, cũ classem necessitas postulat, periculosam ob navigationem, quam Malabarenses Lusitanorum hostes pertinacissimi prædationibus ac piraticis navibus infestam reddunt, quotannis circa Septembrem, æstatis initio, ad sonum tympani præco profectionem indicit, ut ad stipendii solutionem accurrant, qui Regi in marini prælii usum servire velint. Ibi tum a Prorege Dux supremus constituitur, qui alios minores sub se Duces habeat, singulis liburnicis aut celocibus præfectos, ita subinde celox centũ viros capit, liburnica vero triginta: hi juxta tenorem albi sive matriculæ, habita titulorum ratione, stipendium consequuntur stipendii autẽ solutio semper fit trinis mensibus quibusque elapsis. *Soldatus* simplex septem *Pardavos Xeraphinos* habet. *Pardavus* autem tres Lusitaniæ monetæ *Testones* valet. Homo honorabilis 9. *Pardavos* accipit & sic deinceps. Etiamnum Duces supra stipendium a Rege debitum novis premiis, ac velut donativo præstantissimos milites sollicitant, & ad se trahunt: Naves omni apparatu ciborum largiter instruunt, cum militibus eadem in mensa cibum capiunt, semper intenti ut illis bene sit, quos alioquin parum audientes sive obsequentes haberent, & posita est Ducibus specialis quædam gloria, in præstantia ac virtute militum. Classis hæc usque ad Aprilem mare custodit & Malabarenses observat: Ne quid hostile tentent. Circa Aprilis finem Goam repetit, quo tempore subducuntur naves in terram, quod ea ibi tempestate hybernare annus incipiat. Ita expeditione finitâ milites absoluti, ad sua se per arbitrio referunt, nullo alio deinceps stipendio Regis nomine sustentati. Enimvero Prorex tum testatur coram præcipuo classis Duce: Hunc suo jussu, Regisq. nomine, tanto tempore classis curam habuisse, mare tenuisse, illudque a prædonibus conservasse. Si quid inde gestum sit memoria dignum, amplâ id historiâ describitur, adjectâ insuper clausula, quâ eundẽ Ducem suis sumptibus multum confeciss abundẽ narratur, in ministerium fidele Majestatis ergo. Quo fretus testimonio Capitaneus, simile de Ducibus, quos subjectos habebat

Pauci Lusitani operarii.

Lusitani in duo genera distincti in Cælibes & connubiis junctos.

Gradus dignitatis inter Lusitanos.

Album cui Lusitani inscribuntur.

Malabarenses hostes Lusitanorum in quos classis paratur.

Digitized by Google

perhibet. Quidam quoque nobiles hyberno tempore gregarios milites convivio admovent, epulisque tractant, impetratis super hac liberalitate amplissimis testimoniis quæ multa accumulata, post acceptâ veniâ a prorege, in Lusitaniam deferuntur, ut iis exhibitis parata præmia a Rege nanciscantur. Testimonia item scribæ, aliorumque præfectorum, qui armamentario Indiæ præsunt omnino sunt necessaria: Vt inde appareat; Num aliquis sceleris, perversæve tractationis in Regiis officiis nævus titulis sit adjectus, quibus præmia debita cohiberi possint. Hisce muniti testibus Lusitaniam repetunt, jam ante aliquâ dignitate mente præsumptâ, quam ambiant. Ita omnia munera scribarum, factorum, judicum, cæteraque officia Indiæ distribuuntur in tres annos, quæ ipsius tamen personæ industria exercentur. Nisi magnus favor adjuvet, in transmissionem sive largitionem in generum dotis causâ. Literæ tum in Cancellaria Regia *registrantur* (ut vocant) ac in Indiam mittuntur, per Proregem confirmandæ. Munera hæc semper ita præstantur. Vt is cui antè tale aliquid datum sit prior quoque jure habeatur, quo moriente aut absente, locus alteri fiat, ut semper sequens præcedentem spectet, ipse exspectativæ spe gaudens. Hæc brevis est ac compendiosa ratio regiminis Lusitanorum in Indiæ terris. Iura ipsa tractantur ut in Lusitania. Sequens figura rectam Goæ plateam ad vivum exprellam indicat, commerciumque cotidianum quod *Leylon* vocant.

Testimonia a necessaria Lusitaniam repetentibus.

Vt dignitates consequãtur.

CAPVT XXX.

Lusitanorum Mixtorumque ratio familiaris, comitates, nuptiæ, aliique ritus in India.

LVsitani, Mixti & Christiani magnifice ac opulenter familiam alunt. Decem aut viginti servos (ut dictum est) communiter habent, alii pauciores, quisque pro suis facultatibus. Qui maritati sunt nitent ex omni parte ædium, præcipuè in lineaminibus. Singulis etenim diebus camisiam, cæteraque corporis tegumenta mutant, viri juxta ac fœminæ, etiam mancipia, ad mitigandos calores æstusque regionis. Lusitani omni grauitatis genere a ministris tractantur, ignobiles & nobiles pari veneratione. Gressu cumprimis incedunt tranquillo, magnâ existimationis ratione. Ex famulis unus umbellam fert, alter penulam, pluviæ aut solis causâ, tertius ensem ne & is gravitatis adfectatæ ordinem impediat. Ante prandium quidam ex servis pulvinar sericum fert, quod flectenti genua domino, ac ecclesiasticis ministeriis intento substernat. In salutationibus officiosissimi sunt, longinqua adoratione osculoque manuum in mutuum cultum intenti. Etiam quando templum intrant, jam paratæ a servis sedes stant, assurguntque reliqui sedentes, eodemque corporis ad venerationem flexu intrantem excipiunt. Incivilitatem autem non resalutantis pari cultu, velut contempti extremâ vindicta in necem usq. prosequuntur, convocatis amicis omnibus ad unius miseri & forte nihil tale cogitantis cædem; & est illis tale facinus tantâ mole gestum glorioßissimum. Quem autem occidere nolunt, illi inhumaniter diro arundinis crassioris, quam *Bambus* vocant, verbere humeros & latera contundunt per famulos, aggregatis quasi domesticis copiis, estque id facinus cotidianum Indiæ, nullâ vindicta magistratus. Etiam oblongis saccis, arenâ repletis, lumbos adversariorum atrocitate magnâ comminuunt. Visitanti, vel plebejo, dominus ædium ingressu ostii, aperto capite occurrit, eumque in atrium ducit oblatâ sellâ, qualem & ipse sessione occupat, rogatque deinde adventus causam. Finito colloquio in exitu eodem genere basiorum manuum, hospitem herus deducit, multis ad hæc additis civilitatis generibus. Quod si aliter exciperetur, qui eo honore visitationis dominum familiæ adficit, mox vindictâ extremâ caput peteret negligentis, causâ iræ manifestâ, si vel sella humilior, aut contemptior apponeretur, præ illâ quam dominus tenet. Cum nuptias celebrant, qui alicujus facultatis habentur, nemine excepto omnes amici notique conveniunt, equis aut propriis, aut conductitiis vecti, centum subinde numero, opulenter summoperè ornati. Hi templum hoc modo petunt, cum servis, galeriſque adversus solem, bono ordine. Amici ac duces præeunt, ultimoque ordine sponsus inter duos, quos *Compatres* vocant, incedit, tum sponsa sequitur, inter duas *Commatres* quæ suis lecticis sive *Pallanquinis* vehuntur, opulentiâ insigni exornatis; post mancipia passim sequuntur. Confecto matrimonii in ecclesia ritu, eodem ordine deducuntur noviter junctæ connubio; tum amici, vicini, propinquique fenestras aulæis stratis occupant, & sponsum sponsamque transeuntes, aqua exrosis, saccaro & bellariis aspergunt. Etiam fere melioris notæ, famulos habent tibicines, modulatoresque, qui optimam deinde harmoniam auribus concinnant. Domum habitationis accedentes sponsi, magnâ humilique veneratione comitibus, qui equites domum circumstant, velut gratias agunt, ac mox fenestris sese cum commatribus inferunt, summâ gravitate. Ceterum comites equis incitatis cursuque aliquo sponsum sponsamque honorant, Compatres primum, deinceps alii, continuo tibiarum strepitu, quatum usus Indiæ communis est. Post illos cursus cuncti fenestram transeunt, domumque sponsi magnâ primùm reverentiæ significatione deferunt, exceptis compatribus, qui ascenden-

Lusitani magnum mancipiorum numerum alunt

Salutandi mos.

Nuptiarum ritus.

Digitized by Google

Faz cada dia pola menhã na Rua direita na Cidade de Goa Feito



anta foro viden area pandat
uens tectis Splendida dives opum ?


Vt mercem hic prc
Ille abducta

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google



Indorum caſæ, villæ, et vici circa Goam.

Digitized by Google



Indiſche hutte Lanthuÿsen ẽn dorpen ontrent Goa.

Digitized by Google

Digitized by Google

ascendentes, noviter junctis multas faustitates precantur, paratis mox bellariis, ad aquæ haustum potus vice, ad benevolentiæ demonstrationem. His delibatis ipsi quidem discedũt, remanentibus duntaxat propinquis tribus quatuorve qui post mensam exiguam fortasse, sed lautam & opiparam, concubitum mariti cum uxore non diu remorantur. Ipsi ante solis occasum fere cubile ingrediuntur, citatâ cupidine nulliusque moræ, (qualis apud nos requiritur) patientes. Baptisandus infans eodem modo deducitur, ultimoque ordine solus susceptor procedit, quem duo servi pedites sequuntur, ex quibus unus patinam argenteam vel deauratam fert, crustulis spirisque quas Lusitani *Rosquilhos* vocant impletam, in medio candela ex cera stat deaurata & pulchrè facta, ac quibusdam aureis argentisque nummis perforata, in munus Pastori, qui infantem abluet, cætera rosis teguntur, alter salinum argenteum aurove turgidum fert unâ manu, at alterâ pelvim, ejusdem metalli, accedentibus ad ornatum usumque pulcherrimis linteaminibus, quæ ex humeris dependent. Post sequuntur *Pallanquini* duo, in uno commater, in altero obstetrix sedet cum infante, quem syndon preciositate eximiâ in illum usum facta tegit. Peractis baptismi ceremoniis, eodem ordine reditus continuatur, perseverante tibiarum clangore, cursuque equorum, spectante commatre, ut in nuptiis. Hi sunt conjugatorum mores. Verum milites, qui cælibem etiamnum vitam agunt, ætate classem implent, ac mare tuentur. Domi magnificè admodum degunt, eximia item gravitate, ferente umbellam servo, qui etiam in eum aliquando usum conducitur *Basarucis* viginti quinque, nostrâ monetâ duobus stuveris. Sæpe 10. aut 12. milites unâ familiam habent, unico vel duobus adjuti famulis, qui vestimenta mundent. In supellectile sedes quinque aut sex habent, cum mensa, ac lecto pro numero cohabitantium. Vivunt oriza in aqua cocta, piscibus salitis, aliisque parvi valoris obsoniis, sine pane: potus est aqua fontana. Vestimentis utuntur ferè communibus, duobus aut tribus, quæ exeuntes induunt, cum illi qui domi sedent vestibus non egeant, quod ob æstũ solis linteamine omnes contenti sint. Inveniuntur autem & nobiles capitaneique opulentiores, qui liberaliter hisce *söldatis* argentum submistrant, ut inde vestimenta aliaque necessaria emant. Ita amicitiam cum iis contrahunt, quorum deinde operâ commodius marinis in expeditionibus utantur, vel in nocturnis vagationibus ad persequendos adversarios. Hac vivendi ratione, multi satis lautè degunt, nullâ præstantiæ differentiâ. Sed præcipuus amplissimusque plurimorum quæstus est, ex amoribus conjugum Lusitanorum, Mixtorum, ac Indiæ Christianorum. Illæ inextinguibili postremæ lasciviæ incendio, & fidem & argentum maritorum in adulteros transferunt, quos ita clandestinis divitiis locupletant. Alii ex militibus iisdem amicorum quorundam favore huc illucque proficiscuntur, commercia exercentes, eos *Chatinos* nuncupant, quod marini prælii classe instructa fũctiones rejecerint. Nemo enim ad istam militiam cogitur, etiam-si in albo Lusitaniæ notatus sit, & quamvis a bellicis muneribus immunes sint, quod tamen cælibes adhuc vivant, militum appellatione nihilominus veniunt. Ingens hodie istorum *Chatinorum* per Indiam numerus est, quod plurimi evanescente studio militari, mercaturam exercentes lucrum commerciis venentur. Causæ hujus rei plures sunt: Primùm enim Duces, qui antè militiam honorabant nunc honoris parùm cupidi, exiguâ mercede stipendiarios adjuvãt. Tum minoris notæ milites parum æris ex stipendio manet, ac licet multis testimoniis muniti sint, in spem præmii (ut supra relatum est) sumptus tamen longæ navigationis in Lusitaniam usque non ferunt & largitionibus propter inopiam nequaquam sufficiunt, quibus absque vix quicquam impetratur. Sed enim impetratâ dignitate, quam concupiscũt sæpe alicujus præcedentis obitum exspectare debent, ut interim haud rarò vita elebatur ipsa, aut saltem magnum temporis spatium, antequam aperiatur munus ei quòd post alios consecutus fuit. Accedunt navigationis molestiæ ac pericula, quibus ægrè evitatis patriam repetunt. Inde fit quod multi in Oriente remaneant, ibique uxore ductâ ad aliquas negotiationes animum applicent. Hinc neque bellum adversus Barbaros ita vehemens a Lusitanis agitatur, neque terræ etiamnum incognitæ ulterius deteguntur, Prorege ipso nequaquam de gloria, sed de quæstu duntaxat sollicito. Triennio etenim concluſæ omnes Indiæ dignitates, negligentem administratorem pariunt, qui ex munere non honorem sed divitias, velut in præmium aliàs navatæ operæ respicit. Proinde mare non ita tutum est, sed infestum ac pervium prædonibus, silente, aut saltem imminuto marini prælii classisque usu, maximo decremento potentiæ divitiarumque Lusitaniæ Regis. Etenim terrâ iter nequaquam conficitur rectè propter diversa regna, quibuscum Lusitanis non ita firma concordia est. Tantùm enim munitiones & arces quasdam Portugallenses habent, ut in descriptione oræ explicatum est. Ex figuris sequentibus patent imagines ambulantium Lusitanorum, militum, ac maritorum, equitantiumque, non tantum nobilium sed etiam omnium, qui aliquâ facultate pollent, etiam *Pallanquinorum*

Modus baptisandi pueros.

Cælibes milites Lusitani, quo ritu vivant.

Adulteris quæstuosa.

Chatini.

Digitized by Google

sive gestatoriarum sellarum, quando vel equitatio vel ambulatio ablubescit. Liburnicæ quoque hic ostenduntur, quibus Lusitani & Malabares juxtá utuntur ad bellum; præter quas aliis navibus non navigant, leves enim sunt, ad remigium, velificationem ac mercaturam commodissimæ, ob cursus facilitatem.

CAPVT XXXI.

Mulierum Lusitanorum, Mixtorumque in Indiâ ritus, ac mores.

LVsitanorum, Mixtorum, sive Christianorum in India fœminæ raro conspiciuntur; domo plerunque occultatæ, nisi ad templum aut visitationes mutuas, sed rarissimé, exeuntes, munitæ adhæc custodiâ singulari; *Pallanquinis* enim storeâ seu stragulo tectis gestantur, ita ut conspectui prorsus ademptæ sint. Quando vel templa frequentant, aut visitationi operam dant, tum opulentis admodum vestibus ornatæ, armillis, gemmis, monilibus ac inauribus fulgentes incedunt. Vestimenta Damascena ex panno, holoserico; aut *Brocado* constant. Sericum enim vulgare ibi indumentum est. Domi fere omnes incedunt capite aperto, nudisque crinibus, tegente camisiâ tenui ac pellucidâ, quam *Baju* vocant, corporis superiorem partem, ad umbilicum usque. Ab umbilico inferiora picto, eoque duplicato aut triplicato linteamine teguntur, quod pretiosè laboratum, elegantibus imaginibus depictum nitescit, cætera nuda patent, absque caligis cum soleis duntaxat. Hoc domesticarum mulierum, raróque prodeuntium vulgare gestamen, inter omnis ætatis conditionisque fœminas celebratur. Ipsæ septæ parietibus, per famulas, quæ foris agenda sunt, cuncta agitant. Panem non comedunt, sed nec ipsa mancipia, non ob caritatem annonæ, abundanter enim eam possent habere, sed consuetudine quadam ac peculiari inclinatione in orizæ esum. Hanc aquâ coquunt, adjecto in cibum salito pisce, aut salsis fructibus, quos *Mangas* vocant, sive jusculo aliquo ex pisce & carne, quod desuper infundunt. Manu vero cibum capiunt, cochlearia velut ridiculo ac incivili usu respuunt. Bombyliis similiter ad potum utuntur, quæ ex nigro luto facta, tenuia valde & subtilia, in modum ampullarum, quibus nos ad flores utimur in gutture clypeolum perforatum habent. *Gorgolettam* nuncupant, quod bibens, elevato poculo, ac nequaquam ori admoto, per foramina ista potum excipiat, ita guttatim stillante liquore, ut sonitum Bombyliis suetum edat. In elegantiam hic bibendi modus cedit: Ne quis temeré ore suo cantharum prophanaret. Qui ex Portugallia recentes adveniunt, ex his Bombyliis dum bibere conantur, pectus facilé perfundunt, ignari artificii. Talis ergo *Reynol* appellatur, ludicro apud Lusitanos cognomine, & in rudes Indiæ rituum jactato, qui expertes etiamnum adfectatæ illius gravitatis, ludibrio per plateas habiti, nondum severitatem illam Indiæ induerunt, cui tamen brevi tempore adsuescunt. Zelotypi autem maximé in Oriente mariti existunt, neminemque in uxoris, aut filiarum conspectum adducunt, aliás etiam amicissimum, compatre excepto; aut alio, qui unâ cum sua uxore delicias aliquas, sive gaudium in viridariis uspiam inito contubernio adjuvet, comitante semper mancipiorum turba ad custodiam. Cum aliquis fores pulsat, maritum conloquio petiturus, confestim mulieres aufugiunt, seseque abdunt relicto solum viro qui advenienti se sistat. Etiam sanguine arctius juncti cognati adfinesque, imo ipsi filii virilis sexus, qui 15. annum excesserint modó, ab ædibus, quibus in conjuges filiæque habitant arcentur, ædificatis seorsum masculorum mansionibus. Postrmâ enim libidine subinde nepos cum auunculi uxore, frater cum fratris conjuge, ipseque cum sorore frater rem habuit, ac cognovi ego trucidatos aliquando ac deprehensos in hoc facinore homines, & ab iratis maritis interfectas conjuges. Sané lascivia fœminarum hoc tractu, nullis coërcenda legibus, in extremam spurcitiem erumpit. Paucæ maritatæ, quæ castitatem conjugalem servant; plurimis amasius aliquis miles, mariti vicarius velut, ad furtivos amores subservit, paratis ancillis stupri sequestris, ad conciliandas libidines, nulla impediente vel arctissimâ custodiâ. Verum & herbas imploranr. Est illis *Dutroa* herba ex cujus semine succum educunt, quem deinde potui miscent, maritisque propinant. Illi velut emotæ mentis homines in risum solvuntur, sine apprehensione ullius rei; aut somno occupantur veluti animæ expertes. Tum parata securitate libidines, præsente marito eoque tamen non cognoscente, conjugem amator dedolat. Durat aliquando potionis hujus vis per 24. horas. Ablutis autè frigida pedibus prisci sensus redeunt, nulla tamen actarum rerum tempore illo potionis memoria.

Muleres Lusitanorũ raro prodeunt.

Victus mulierum.

Potus.

Mariti in India zelotypi.

Lascivia fœminarum Indiæ.

Dutroa herba.

Annotatio D. Palud.

Dutroa a quibusdam Tatula dicitur, ab alijs Datura, Hispanicè Burla dora, Germanicè Igel kolben, in Malabar Unmata Caya, in Canara Daturo, Arabicè Marana, a Persis & Turcis Datula. Descriptionem hujus herbæ ac fructuum apud historicos herbarum habes. Qui semidragmam ex semine biberit, in tempus emota mentis, continuo risui indulget, &c.

Veneficio etiam sæpe uxores viros tollunt, temperatâ veneni potestate, usque in certum tempus, quo adventante certa

item

Digitized by Google



Gestus et habitus tam civium que militum Lusitanorum in oriente agentium, cum publicum prodeunt.

Digitized by Google



Contenancijen ẽn habyten der Portugeesers so burgers als Soldaten in oost Indien als se op die straten comen.

46 en 7

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Hac forma Lusitanorum nobiliores et qui opulentiores se gestari jubent—

Digitized by Google



Op deſe maniere laeten haer die Portugeeſen draegen die van affcomſte ēn vermoegen zÿn.

46 en 47

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Hoc habitu, qui e Luſitanis Nobilitate aut dignitate clariores in India fere conſpiciuntur per plateas obequitant.

Digitized by Google



Op deſe maniere ryden gemeenlick over ſtraeten die Portugee-
ſche Edellieden Regierders en Raetsheeren.

46 en 47

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Naves ceteroces ſeu biremes, quibus Bello et transportandis mercibus utuntur Luſitani, et eorum hoſtes Malabares.

Digitized by Google



Fusten welcke die Portugeesen ēn haer vianden die Malabaren gebruyckten ter oorloch, ēn om coopmanschap te voeren—

46 en 47

Digitized by Google

Digitized by Google

item mors accedit. Inde ad sexennium, biennium, menses, diesve aliquot, nequaquam noxium in corpore durat opportunitate suâ post lethale. Pari tyrânide mariti fœminas adulteras; aut de adulterio suspectas interficiunt, adhibitis duntaxat tribus quatuorve criminis testibus, qui vxorẽ violasse connubii fidem adserant. Tum enim Portugalliæ moribus nulla pœna vxoricidam manet, datâ libertate contrahendi ducendique aliam. Multæ ita perierunt pereuntque nihilque tam suetum, quam mors vxoris illata per maritum, ejus impudicitiâ famosum, nullo tamen supplicii in mulieribus terrore. Illæ ita mori in deliciis habent, glorioſam necem existimantes, cui amor author sit, parentatione optimâ ac optatissimâ. Ceterum mundiciem in ædibus, vestitu, cæteroque corporis ornatu, speciali elegantiâ adfectant, crebrisque lavationibus corpus purgant, post actus universos naturæ, inexhausto abluendi studio. Laborem fugitant, deditę summopere odoriferis aromatibus, & thurificationi. Sandalo caput ac frontem ungunt, ad conciliandam boni odoris gratiam. Etiam *Bettela* folia continuó mandunt, cum calce, & herbâ *Arecquâ*, de qua in explicatione herbarum ac aromatum agemus. Hujus *Arecquæ* tanta quandoque potentia est, ut velut ebriis caput oculosque in vertiginem rapiat: gustu ligni aut radicum ariditatem refert. Tria hæc fœminæ, veluti pecora totâ die ruminant, ipsumque succum deglutiunt, cætera expuentes, inde dentibus labrisque niger & rubicundus color est, terrore quodam non suetis. Ab Indis Ethnicis mores hi plurimum fluxerunt, ad dentium insuper custodiam herbas has esse utilissimas judicant, & valere adversus, stomachi orisque vitia; ita pertinaci consuetudine, ut sine hac ruminatione vitam constare non posse arbitrentur, cum & mancipiis continuó in ore sint. Absente viro post stoream sedentes *Bettelam* identidem dentibus terunt, ac prætergredientes spectant, ipsæ a nemine visæ. Verum si aliquis ad oculum dominæ transeat, levat ea modestè stoream, quasi in arham tenerioris adfectus. Principia ista omnium libidinum sunt, quas deinde mirifico ingenio, famularum operâ exercent, inventis mille artibus, ac excogitatis nocte dieque amatoriis insidiis, quas marito custodibusque struant: Castitati inimicissimæ & ideo *Bettelam* ac *Arecquam* ore tenent, incitandæ luxuriæ. Aromata quoque diversi generis plenis manibus devorant ad caloris incitamentũ, etiam liba quædam *Cachunde* dicta, ex diversis aromatibus confecta manducant, studiosa incontinétiæ adfectatione.

Adulteria per maritos punita.

Bettelam fœminę mandunt.

Cachunde.

Annotatio D. Palud.

Cachunde meâ opinione constat ex specie Galliæ Muscatæ cum succo Glycirhizæ. Liba sunt nigra, diversis characteribus notata, primo gustu amara, posteriore autem dulcissima, cor roborant, orisque halitum optimo odore afficiunt.

Sed nec istâ tantum sibi mulieres præparant, sed etiam miseris maritis infundunt, ut potentes libidine Venerem vxoris diligentius excolant. Natationibus balneisque libentissimé eædem indulgent, peritæque natandi flumen penè ipsum transmittunt. Hæc de mulieribus sufficiant. Figuræ sequuntur mulierum exeuntium, domique viventium, manducantium *Bettelam*, *Pallanquinorum* quibus gestantur, & nocturnarum ambulationum, ad solvenda vota, quorum vinculis obstrictæ templa adeunt. Estque tum vxori liberior exitus pedibus, quod e supplicationibus remota sit sellarum ac cathedrarum magnificentia. Hæ noctes passim fœminis optabiles sunt, & jam ante longâ spe conceptæ. Tum & famulæ, quas observantissimas habent aliasque raro exeunt comitantur, quæ occupatâ precibus domina furtim amasiis operam dant, & in officinam aut tabernam aliquam dato signo se conjiciunt, ac ibi peractis continuó Veneri sacris, domino majoribus religionis curis occupato illudunt. In amore viri candidioris sive Lusitani magnam statuunt fœlicitatem, & jactantiâ inter æquales lasciva formam virtutemque proci ardentibus studiis prædicãt. Hinc crebro heri peculium invertunt, ac imminuunt, largitione in hosce amatores proclivi. Estque illud uberrimum Lusitanorum militum stipendium, regia largitate copiosius. Liberi ex hisce ancillis nati dominorum sunt, & gaudent illi aucti famulo. Nisi ex Lusitano aut libero concepti sint. Nam tum intra octo dies a nativitate pater filium parvo pretio redimere potest, vindicato in libertatem infante. Verum octo decemve statis diebus elapsis, seruus est etiã ex libero conceptus, & domini manet. Is quovis deinde pretio eundem vendere potest, aut sibi alere nulla post vindicandi licentia. Raró aut nunquam mater in his partibus infantem suprema impietate tollit, etiã summa paupertate aut servitute pressa. Nam ea peculiaris sexus gloria est, imprimis si ex albo viro mater prægnans sit. Studiosè itaque infantem custodit, patri eundem nullo pretio traditura, nisi furtim & clám auferatur. Omnium eo modo divitiarum æstimationem fœcunditate uteri pensant. Liberi autem Lusitanorum, Mixtorum, aliorumque Christianorum nudi educantur, tantum brevioris camisiæ genus (*Baju* mulierum instar) induti, donec ætate ad braccæ togæque usus aptentur. Per ancillas Indicasve mulieres nutriuntur ferè, & ablactantur, quæ huic se ministerio addicunt. Figuram nutricis videbis in ea imagine ubi *Pallanquino* mulier gestatur; ea lecticam sequitur, puerum bajulans ad vivum expressè.

Liberorum Lusitonorum educatio.

Nutrices.

Digitized by Google

CAPVT XXXII.

Proregis Indiæ dignitas, ejusque in urbe Goâ potestas.

PRorex Indiæ a Lusitaniæ Rege triennali potestate in Indiam mittitur, subinde longiore, pro Regis arbitrio, sed rarissimé. In urbe Goâ habitat, quæ universæ Indiæ præposita est. Hic quotannis (ut dictum est) classis instruitur. Consilium habet suum, Tribunal, Cancellariam & Iudices Lusitaniæ ritu; omniaque ideo per ipsum nomine Regis jura finiuntur, reservatâ tantum in arduis civilibusque ad Regem Lusitaniæ appellatione. In criminalibus nemo nisi titulo nobilitatis decoratus provocat. Hos extremo supplicio Prorex nequit adficere, vinctos tantummodó in Lusitaniam remittit, nisi aliter Regi visum fuisset. Magnificentiâ singulari vivit, raróque prodit nisi festus facerve dies inluescat. Tunc exeuntem harmonia tibiarum tubarumque prosequitur comitante turbâ nobilium civium, equitum, ac stipatorum. In templi choro sellam habet, holoserico auratisque clavis exornatam, strato aulæo, duobusque pulvinaribus ex serico, quibus genua imponat, antepositâ minutâ sede in scamni formam, cui brachia injiciat. Nobiles circumjacent sed choro disjuncti. Capellanus qui precum velut mediator sit astat. Archiepiscopus, quando & is in templo est, sinistrum illi latus claudit, eádem sedium ac pulvinarium formâ. Cætera vero ministeria ejusdem sunt dignitatis, quibus Lusitaniæ Reges in templis suis adficiuntur. Cum palatium intrat renovatur tibiarum ac tubarum, ut ante, concentus. Palatii atrium satellites custodiunt. In majori atrio, consilii loco feré, Proreges omnes depicti a prima Indiæ expeditione prostant. Etiam in porticu exteriore omnes naves, quæ ab Indiâ devictâ ex Lusitaniâ appulerunt pictæ conspiciuntur, cum nominibus, tempore & Ducum historiâ, quotannis crescente picturâ, ex novis navigiis quæ illud iter perfecerunt. Mos Proregibus est ultimo Imperii anno visendi arces ac propugnacula, spatio 50. 60. aut 80. mill. Septentrionali Australique Goæ tractu. Ea illis cura lucrosa plurimum est, ac opulenta. Ingentes sane Proregum reditus sunt, profusa inde luxuriâ Regias facultates, quæ maximæ sunt, invadunt, ex eisque tantum sumunt, quantum ipsa cupido imperat, que libera est & plenaria Regio indulto. Auri ergo moniliumque excellentiâ scatent, inæstimabili opum congerie. Præter suetos reditus largitione plurimâ ditantur, omni ex parte conlatis muneribus. Ad Proregem quippe novum Reges fœdere devincti legatos more recepto, velut in confirmationem, cum donis emittunt, quæ quidem gratulationis ergo maxima, cum Attalicis gazis paria facere possunt. Durat hæc dignitas usque in alterius substituti Proregis adventum. Is cum *Bardes*; aut alium Indiæ portum tenuerit, mox Procuratores suos dimittit possessioni capiendæ. Tum Palatium deseritur ab antiquo Domino, vastis atriis, vacuatisque ab omni supellectile, quæ recens Dominus novâ congerie replet, succidaneisque thesauris ditat. Eadem navi quâ novus venerat Prorex defunctus abit. Tanta sane potestas in magnæ alicujus debitæque remunerationis vicem confertur. Atque inde parva cum cura habetur regionis, dúm quisque brevi isto tempore limitatus, nihil antiquius habet, quam illud omni lucri quæstusque genere explere, ut postmodúm defuncto bene sit. Estque tritus Indorum sermo: Haudquaquâ sperari posse de Indiæ meliore fortuna, perseverante ritu quo triennii duntaxat spacio, tam ingens imperium tenetur. Etenim primo anno Prorex palatium, aulamq. exornat, ac summo studio mores, rituque terræ perspicit ac cognoscit. Secundo opes auget omni conatu, rem sibi parat, quo fine in Indiam se venisse arbitratur. Tertio deinde cuncta diligenter præparat. Ne temerè a successore obruatur imparatus, suosque quæstus concinnat, quibus tum ut spoliis opimis gaudere possit. Simili fine cæteri Arcium Præfecti imperant. Estque hinc facilis conjectura super Regni salute; cujus curam suetâ socordia brevitate temporis nemo suscipit, necquicquam expostulantibus Indis, quibus ea quidem ratio displicet, cum regionum multarum haud dubiâ pernicie.

A Prorege rata provocatio.

Ejus incessus ac habitus.

Proregis reditus & lucra.

Quomodo triennium sui imperii Prorex cõsumat.

CAPVT XXXIII.

Ethnici, Indi, aliique exteri Goæ habitantes.

IN urbe Goa ejusque insulâ multi etiám Ethnici habitant, Mauri Machometi nempé cultores, Iudæi, aliique exteri ex India, ac circunjacentibus terris, divisi religionibus, sectis & moribus. Mauri Machometi legibus vivunt, Iudæi Mosis. Multi ibi Persæ, Arabes & Abyssyni, partím Christianorum, partím Maurorum religione utentes. Plurimi quoque Goæ Armenii Christiani habitant, qui commercia, ut cæteri homines euntes redeunteque exercent. Mauri indistinctè cibum capiunt, a suillis tantúm carnibns abstinent, rituque Iudaico sepeliuntur. Verum Ethnici, Decanini, Gusarattæ & Canarini, cæterique Indi post mortem comburuntur, unâ cum vivis uxoribus, qui morte voluntaria in rogum insiliunt inter nobiles, sacerdotes *Bramenes*, ac quosdam mercatores. Quidam inter hos vaccarum bubalorumque carnibus abstinent, quas sanctas habent. Alii nihil comedunt ex iis, quæ sanguinem aut vitam habuerunt, taleséque sunt Gusuratæ, & Banjanes ex Cambaja Pythagorico ritu viventes. Plurimi Solem

Exteri multi in urbe Goâ.

Maurorum ritus.

Gentilium sepultura.

Vxor viva in rogum insilit.

Pythagorei.

Digitized by Google

Digitized by Google



Lectuli quibus Vxores et Filię Lusitanorum contecte gestantur.

Digitized by Google



Coetskens daer de Portugeesche Vrouwen en Dochters bedeckt in gedraegen worden.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Lusitana templa noctu invisura, comitata marito, et servis.

Digitized by Google



Een Portugeeſche vrouwe verſelſchapt met hare man
en ſlaven des ſnachts die kercken beſoeckende.

48 en 49

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Ratio qua coelo pluvio et alias Lusitanę gestantur comitantibus ante retro et utriumq3 famulis

Digitized by Google



Maniere vandie Portugeesche vrouwen ẽn dochters te draegen alst regent ẽn oock op ander tyden met haer Slaven en dienaers voor achter en beſyden

48 en 49

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Virginis Lusitanę in India gestus et amictus.

Cleedinge en dracht van een Portugeesche Dochter ofte Maecht in Indien.

Matronarum et conjugatarum foras prodeuntium vestitus et ornatus.

Der Portugeesen gehoude Vrouwen, habyt en cyraet.

Digitized by Google



Viuua.

Viduarum Lusit. amictus quem iterum nuptę deponunt resumpto nuptar habitu.
Cleedinge en dracht der Portugeesscher Weduwen welcke weder houwende afleggē, weder aen nemende der gehouder dracht ——

Vestitus et comptus Mulierum cujus cunque ordinis et ætatis intra ædes.
Der Vrouwen cleedinge ēn hulssel binnen shuys van wat staet en ouder dom die zyn. 48 en 49

Digitized by Google

Digitized by Google

Solem ac Lunam adorant, unum tamen Deum agnoſcunt, creatorem rectoremque omnium, cum immortalitatis etiam præmiique poſt hanc vitam ſuper bonis maliſque geſtis opinione. Ceterum Idola venerantur (*Pagodes* vocant) terribili figurâ, quâ apud nos Dæmones conſpiciuntur: His immolant eóſque aliquando in tetris ſubſtitiſſe adſeverant, ſanctitate ſummâ ac miraculis claros, quibus nunc velut mediatoribus tite religioſeque ſummo Deo obſecundent. Etiám Dæmon per hæc Idola reſpondet querentibus & venerantur aliâs impium genium ne noceat. Sponſas ad eadem idola deducunt, quæ ex ebore membro virili impoſitæ ab amicis & propinquis, virginitatem eripi patiuntur, ſummo deindé gaudio ſponſi, velut ſacratam tactu Dei uxorem accipientis. Plurimis & hic mos eſt adorandi quod primó obvium fuerit, nullâ diſtinctione rerum. Corvi attamen conſpectum ominoſum triſtemq. ducunt, cúm plurimæ tamen in India hujuſmodi aves ſint. Has qui primo conſpexit ſtatim ſe recondit, domoque claudit, nullo pretio exiturus ob opinionem inſtátis alicujus mali. Novam lunam primo intuitu adorant proſtrati in terram, magnis illud lumen ceremoniis ſalutantes. Neque deſunt Anachoretæ, quos *Jogos* nominant: hi ſolitariam ſtrictámque vitam mulrá ſobrietate agunt, populóque variis fabulis ſanctimonię prætextu illudunt. Magorum ubique magna multitudo, qui ſerpentes incantant eoſque ex corbibus eductos minutis, ad ſonitum muſici inſtrumenti tripudiare cógunt, & velut domeſticos oſculis, amplexu, ac adlocutione tractant: ut ſpectatores talibus illecebris pecuniâ emungant. Veneficiis maxime pollent, faciléq. lethale poculum temperant. Ædificia horum Ethnicorum humillima parváque ſtramine teguntur, ſine feneſtris, humilibus tenuibúſque januis, ut quadrupetante gradu intrare exireve cogantur. Supellex eſt ſtorea, cui ad ſomnum ſeſſionemque incumbunt; menſa, mappæ ac mantilia ex ficulneis foliis conſtant, quæ etiamnum ad catinorum, cucullorum in apothecis, ollarumque uſum ad oleum, ac butyrum ſerviunt. Cibum in ollis figulinis præparant, inque iis orizam coquunt, formatis in terra puteis, quos oriza implent, quam piſtillo ligneo tundunt, nam ob facultatum tenuitatem miſeramque conditionem orizam cum corticibus emunt; quidam domum propter orizam ſerunt in familiæ uſum. Ad potum æneâ amphorâ utuntur turbinatâ, ut potum ori infundant, ne labris admoveatur cantharus. Caſas feré vaccarum fimo inungunt adverſus pulices. Ceterum corpus egregié mundât quod poſt ſingulos naturæ actus aquâ abluunt, quos viri juxta ac fœminæ ſedentes & curvati exercent, ut & Mauri ac Machometani.

Idola figurâ diabolicâ.

Adoratio obviarũ rerum.

Anachoretæ Ethnicorum.

Venefici.

Menſa, mappæ ac mantilia ex ficulneis foliis.

Fimo inunctę caſæ adverſus pulices.

Lavant ſiniſtrâ ſemper manu, quod dextrâ cibum capiant, nullo uſu cochlearũ. Arcté ſuperſtitiones ceremoniaſque tuentur, nunquam abſque precum effuſione egreſſuri. Cúm iter faciunt paſſim diſpoſitas in rupibus, montibus ac ſpeluncis teterrima figurâ Deorum imagines, imó diabolorum formas adorant: Ac adſtant cum fornácibus ciſternæ, viatoribus in ablutionem pedum; poſt quam proni idolum venerantur, ac quibuſdam muneribus ex ovis, oriza, gallinísve honorant, quæ mox *Bramenes* ſive ſacerdos manducat, perſuaſione imbutis populi mentibus cibum hunc a Diis immortalibus expetitum ac conſumptum fuiſſe. Iter facturi, aut navigaturi 14. per dies ante navigationem clangori tubarum ac patenarum inſignitér operantur, nocte dieque, navemque ipſam undiq. vexillis exornant, in honorem (ut ajunt) *pagodorum* ſive idolorum ſuorum. Reverſi eoſdem ſtrepitus repetunt, per ſeptimanam unam aut alteram duraturos. Eſtque is mos etiam in cæteris ſolemnitatibus nuptiarum, nativitatis, annique tempeſtatibus, meſſis & ſementis, &c receptus.

Stulta de Diis opinio.

Ethnici qui Goæ habitant plurimi opulenti, ac divites mercatores ſunt. Eſt platea quæ tota ex officinis conſtat, quas ibi mercatores hujuſmodi habent, non tantùm mercibus byſſi, ſerici, ſive *Porcelanarum* ex China, verum & holoſerici, ac ſubſerici ex Luſitania repletas. Has per Proxenetas ſuos primum generali emptione emunt, ac deinde per ulnas revendunt, tali in negotio mirifici ingenii. Eadem in platea e regione alii linteamina cujuſvis generis vendunt, camiſiaſque jam confectas, tam in uſum Luſitanorum quam mancipiorum, aliáque minutiora. Alio in vico habitant Ethnici qui muliebria amictoria, cæteráque ejus generis diſtrahunt, milleque linteamina diverſa; canabina quoque proſtant, ad velorum ſaccorumque uſus. Diverſa in platea *Banjanes* ex Cambaja degunt cum mercibus ex Cambaja, & lapidibus pretioſis pollentes arte ſubtiliſſima in perforandis gemmis, margaritis, & coralliis. Eſt & vicus eorum qui lecticas ſedilia, &c. conficiunt, quas *Laccá* variis coloribus affabré diſtinguunt, ipſámque *Laccam* verſicolorem reddunt. Etiàm ſecreta habitatio aurificibus, fabris lignariis, aliiſque opificibus conſtituta viſitur. Sunt qui majore, ſive grandiore mercaturâ orizam, aliáſque Indicas merces, ligna, &c. diſtrahunt. Alii regia vectigalia conducunt. Alii proxenetarum officia uſurpãt, linguâ ac ingenio promptiſſimi. Pharmacopolæ item multi paſſim aromata minore menſura divendunt. Hi ut plurimùm *Bramenes* ſunt, ſive ſacerdotes idolorum, qui ſingulis in platearum finibus officinas inſtructas quovis genere mercium habent, magno populi uſu. Tonſorum autem crebertimus

Ethnici mercatores Goæ.

Digitized by Google

berrimus numerus, ubique se ingerit, parvo pretio per plateas vagantur, nullamque officinam habent, sed per domos operam præbent ad vilissima usque ministeria, contempti & contumelioſé habiti. Medicinæ peritiores Ethnici gravitatem maximam in urbe Goa tuentur, tecti soli adversus solem galero ex Ethnicis, præter legatos, ac quosdam opulentos mercatores. Nec ipsi Lusitani Ethnicorum medicinam dedignantur, ut & archiepiscopus omnesque ecclesiastici hisce certiore studio fidant, quam ipsis Lusitanis. Inde magnis honoribus coluntur, ac bonis locupletantur. Agricolæ in Goæ insula Christiani ferè sunt, parùm tamen ab Ethnicis differunt, ægrè relictis gentilitatis cæremoniis, quas dissimulantibus inquisitoribus propter diuturnæ & inveteratæ consuetudinis rationem etiamnùm retinent. Eadem in urbe ad platearum fines collybistæ Indi Christiani prostant, quos *Xaraffos* vocant. Hi insigni cognitione & planè necessariâ pecuniarum abusus notât, rationes certis numeris subducunt, primóque statim intuitu notâ probæ deterioriſve monetæ cognoscunt. Ethnicorum ille mos est: Vt nemo patrium avitúmque officium deserat. Inter se tales matrimonia contrahunt, distinctâ gente per munus aut artificium. Filiarum nomine pater nullam dotem præstat, exceptis monilibus quibusdam & impensis nuptialis convivii. Filios hereditas omnis manet. Hæc de Goæ Ethnicis.

Medici.

Collibistæ.

Filii soli succedunt.

CAPVT XXXIV.

Tempestates Indiæ, infirmitates, &c.

ANni in India tempestates hæ sunt. Hyems circa finem Aprilis accedit, in eo tractu quem Indiæ vocamus, a Cambaja usque ad Comorinense caput, Zephyri flatibus quos ex mari venientes tractus excipit. Principium faciunt tonitrua & fulmina, succedente continuâ pluviâ in Septembrem usque, tum hyemi finis est, eodem fulminis ac tonitruum motu. Hanc ob pluviam tum Indiæ ora hyemare dicitur, interdicto etiam usu maris eodé tempore. Ceterum ipsa æstas clariore aurâ illustratur, atq. a serenitate aëris æstas ibi ducitur: frigidior tum aura trahitur, Orientali vento opacis suavitèr noctibus, nullis vero singularibus fructibus, quam iis qui per totum annum florent. Hyemis metu quisque annonam ac rem familiarem curat, non secus ac si navigaturus ellet in remotiores terras, Ipsa navigia eodem tempore subducuntur & ante urbem constituuntur, ademptis armamentis omnibus tectoque ex stramine facto, ne nimia pluvia cariem trahant. Verum & perpetuis imbribus domus aliquæ tabescunt, ac putredine adfectæ proruunt. Arenæ quidam cumuli flumen hyemis initio obturant, nullâ relictâ navigiis viâ. Etiam maris tanti motus strepitusque sunt, ut auditum fere adimant. Flumen quod insulam Goæ cingit, cadente ex montibus aqua planè tum dulcescit, rubro colore, cum alioquin salsas undas habeat, aquæ marinæ persimiles. Septembri mense vada supradicta abeunt, flumine quodammodo reserato, ut non lembis duntaxat, sed majoribus Lusitaniæ navibus 800. *Lastorum* pateat. Illæ absque fundi exploratore, cum ubique justa sit altitudo flumen sine periculo facile subeunt. Ceterum hoc in tractu mundi desolata admodum hyemis tempora habentur, quod nulla ob continuam pluviam exercitationum facultas adsit, obseratis hominibus ædium maceriâ, vel ociosis vicinorum fabulationibus intentis. Mulieres tamen ac *Mestici* magnâ voluptate pluviâ madefacti, cum viris ac ancillis campos petunt, adsumpto cibo potuque. Cisternas ac vivaria in iisdé prædiis habent ad natationes, quas cupidissimè concupiscunt. Hoc tempore Indiæ omnes pene fructus florent. Æstas Septembri mense incipit, ac ad Aprilis finem durat, claro lucidoque cœlo, rarâ pluviâ. tunc naves armamenta reponunt classisque Goâ abit ad tutamen oræ ac mercatorum. Venti Orientales e firma terra, quos inde *Terreinhos* vocant mare tum afflant. Illi amæni aliàs, morbos tamen generant primò, ob mutationes subitas, quibus Indiæ ora subjicitur. Æstate autem semper flant a media nocte usque in meridiem; verùm 10. mill. a terra nunquam superant. Post prandium mox horâ primâ, Occidentales venti consurgunt, terram versus è mari, ac *Viraſon* vocantur. Hisce ventis certæ ac ordinatæ vices sunt in temperamentum, adversus intolerabiles alioquin regionis æstus: Mirabili profecto naturę qualitate; cùm hoc in tractu ab insula *Diu* usque ad Caput *de Comoryn* hyems offendit, tum ab alia parte Capitis *de Comoryn* ad oram *Choromandel* è contrà æstas delectat, eadem graduum altitudine spacioque tantum terrarum interjecto ad 70. mill. ac in quibusdam duntaxat 20. Hinc iter agentibus Cochino, versus S. Thomæ oppidum, quod eadem in ora *Choromandel* jacet, ac Ballagattæ montes, qui ut alium terræ tractum petât transmittendi sunt, accedentibus ab una parte, æstiva aura gratissimi cultissimique campi apparent, maximéque delectabiles, ab altera hybernis sordibus imbréque fędissimo gravis regio, fulmine ac tonitruum horrore nigrescit: Nec tantùm id miraculum in hac Indiæ plaga visitur, verùm etiam circa Ormutium, propè Arabiæ fœlicis oram, ad Cap. Rosalgattæ, quo in loco naves fœlici serenitate sunt; verùm superato capite, ad alteram partem ventos, pluviam, aliasque procellas experiuntur, simili vicissitudine æstatis ac hyemis, quæ etiam aliis in Orientis locis habetur.

Hyems circa finem Aprilis initiũ sumit.

Mare turbidum hyberno tempore.

Fluminis Goę qualitas.

Hyems misera.

Æstas.

Venti.

Qualitas aëris mirabili diversitate.

Morbi

Digitized by Google

Digitized by Google

Morbi varij ex tempestatum mutatione.

Morbi quos in India Goæ populares experiuntur ex hisce mutationibus plurimi proveniunt. Valet ibi morbus *Mordexyn* dictus, subitus ac improvisus cum nausea vomituque perenni, ad animæ dejectionem usque. Id malum commune est multísque mortiferum. Dysenteria ibi ut apud nos pestis mortem adfert. Febrium continuarum & internarum magna quoque vis homines trium quatuorve dierum spacio absumit. Remedium Lusitanis est in sanguinis missione, Ethnicis in herbis, sandalo, cæterisque inunctionibus. Multos Lusitanos quotannis hi morbi tollunt, quod nec ea comedant quæ melioris substantiæ sunt, & luxuriæ ac lasciviæ mulierum explendæ plurimùm indulgeant, moti occasionibus, ac muneribus illecti, quibus planè vivunt ac maximè sustentantur. Testimonium præbet Xenodochium Regis, Lusitanorum duntaxat receptaculum, quod quingentos aut quadringentos quotannis Lusitanos vitâ functos emittit. Proba est hujus Xenodochii cura, quam Iesuitæ nobilesque suscipiunt, deputato singulis mensibus aliquo ex præstantioribus, qui curam ægrotorum, quibus nihil recusant gerat, & sunt qui cétum aliquot Ducatos supra Regis reditus, propriis sumptibus impendant, in auxilia infirmorum, testantes ita magnificentiam. Xenodochium nemini probro est, multique id sponte petunt, licet alias divites, uxorem quoque & libetos habeant. Hoc Lusitanis adflictis velut Asylum est. Aliquo etenim adfecti malo, vulnere, febribus, aut morbo Venereo Xenodochium petunt, ubi eos Prorex subindè visitat: Num omnia recte ad usum ægrotorum procedant considerans. Qui aliquo clandestino malo vexantur, bis duntaxat in die Xenodochium ad religandum vulnus frequentant, nullámque mercedem pro medicamentis debent. Venerea lues morbus ibi universalis ac patrius est, sine ullâ infamiæ notâ. Remedium ex radice Chinâ petunt, néque ideo adfecti vitantur, licet ter quaterve laboraverint, etiam in gloriam trahunt, ac in comparatione aliorum morborum hæc lues optabilis est & mitis. Pestem Indi néque senserunt unquam, néque noverunt. Veneficia atque incantationes in mortes hominum crebrò exercent, iisque multi vexantur. Calculo ac herniâ plurimi item laborant, præsertim mariti, quòd aquam continuo potent, milléque lascivias exerceant genio dediti. Ventre semper nudi in porticu sedent, ibíque suaviter auram excipiunt, astantibus famulis, quorum unus digitos pedis fricat, alter caput, tertius flabello muscas arcet: Quimos illis duabus post prandium horis continuatur, ibi tum somnum capiunt, sitique urgente confecta e saccaro dulciora omnis generis adferuntur, ne tædium aquæ subeat, eaque gratiori sapore sit. Inde aluum hujusmodi homines crassam ferè trahunt, fædo abdomine, a militibus Indis, cæteísque *Barrigi* dicti, id est, maximi ventres. Dies hyberni ac æstivi pari longitudine vix horæ spacio discrepant. Horâ sextâ sol oritur, ac sextâ item cadit, secundum cursum solis. Meridie sol supra caput stat, nullâ, vel saltèm, pro cursus ratione, tenui umbrâ. Vtrúque Polum mundi Goæ aspicias. Australis stella non longé supra horrisontem stat. Itèm nec Septentrionalis. Atque his satis de tempestatibus ac infirmitatibus Indiæ.

Mordexyn morbus.

Dysenteria.

Febris.

Lusitani morbis obnoxii ob vitæ intemperantiã.

Xenodochiũ Hispanorum.

Venerea lues morbus haud famosus.

Pestem ignorant.

Calculus.

Victus maritorum.

Dies Indiæ.

Polorum aspectus Goæ.

CAPVT XXXV.

Moneta, pondera & mensuræ Indiæ ac Goæ,

PRæcipua & communior moneta *Pardauvs Xeraphini* nomine venit ex argento, sed improbioris notæ. Goæ cuditur signata ab una parte D. Sebastiani imagine, ab altera tribus quatuorve colligatis sagittis. Valet tres *Testonos* sive 300. *Reysis* Portugalliæ, minori modò, modò majori æstimatione, pro collybi successu. Alia autem utuntur computandi ratione per *Tangas*, non quod illæ monetam habeant, verùm gratiâ computationis duntaxàt inducuntur: ità quinque *Tangæ* unum *Pardauvm* sive *Xeraphinum* conficiunt improbæ notæ scilicèt. Est enim duplex computandi modus improbæ melioríque monetæ: quippè 4. *Tangæ* bonæ monetæ 5. *Tangas* improbæ conficiunt, ideoque in emptionibus ac venditionibus semper de bona aut improba moneta coventiones instituuntur. Sed & altera est computatio per *Vintinos* non specie sed tantum fictitiâ enumeratione. Hi quatuor probæ, quinque autem improbæ *Tangam* reddunt. Minuta pecunia *Basarucorum* nomen habet. Hi 15. bonæ & 18. pravæ monetæ computantur. *Vintinus* unus tréque *Basaruci* duos *Reysos* Lusitanicę monetæ faciunt constántque pravo stanno. In 375. *Barsaruci* unum *Pardauvm* sive *Xeraphinum* reddunt. Ex Persia aliud etiam pecuniæ genus adfertur *Larinorum* appellatione, longiore formâ, bono proboq. argéto. Hi 105. & 108. *Basarucis* singuli æstimantur, pro collybi ratione. Sunt & nummi aurei *Pagodes* dicti, in duo aut tria genera, æstimatione 8. *Tangas* semper superant. Ab Indis Ethnicis cuduntur, cum idolo diabolicæ figuræ, undè & nomen fluxit. Alii Veneti nummi Venetiis, aut in Turcia ex auro cusi valent duobus fere *Pardauvis Xeraphinis*. Habent & S. Thomę nummos ex auro, cum imagine ejusdem, qui ad 8. aut 7. *Tangas* æstimátur. Ex Lusitaniæ moneta *Realos* tantùm majores, qui 8. *Realos* minores, stuverorum quinque continent (*Pardauvos de Reales* vocant) admittunt. Quandò naves primum ex Lusitania adveniunt *Reali* 136. *Reysis* æstimantur, post ascendunt ad majus precium,

Pardaum Xeraphinus.

Tangæ.

Vintini.

Basaruci.

Larini Persiæ nummi.

Pagodes nummi.

S. Thomæ aurei.

Realorum valor.

Digitized by Google

precium, cùm tempus appropinquat, quo in Chinam deferuntur. Goæ circa emptiones ac venditiones computandi certus modus in usu est. Sunt *Pardauvi Xeraphini* specie ex argento cusi, sed & *Pardauvos* ex auro vocant, qui in rerum naturâ non existunt, numeratione tantum ac rationibus computati. In emptione enim margaritarum, lapidum preciosorum, auri, argenti ac equorum *Pardauvi* duntaxat nominantur, qui tum singuli sex *Tangas* valent, sed circa alias merces quãdo nihil exprimitur ii *Pardauvi* simpliciter intelligũtur, qui *Xeraphini* 5. *Tangas* efficiunt. *Pardauvos Larinorum* quoque nominant, ut tum *Pardavus* quinque *Larinos* habeat. Hæc est moneta Goæ degentium & collybi ratio, quâ multi sæpe uberrimos quæstus faciunt. Ceterum mirifica fallitas inter hos *Pardauvos* necessarium argentariorum sive collybistarum munus efficit. Illi peritissimi discernendorum nummorum, solo intuitu falsitatem agnoscunt, quam reliqui homines omnino ignorarent, quæ alias scissione se prodit. Nummos hosce Indi continentis cudunt, ut Lusitanos decipiant. Ideo nemo absque inspectione collybistæ argenti etiam minimum nummum recipere audet. Hi ad vicos dispositi, maximâ celeritate rationes putant, & si quid in ipso nummo desit, aut summâ, quod raro fit, ob ingenii in hisce rebus promptitudinem, propriis illud sumtibus supplet. Pecunias quoque diversi generis magnâ sedulitate flagitantibus præparant, dispositis mensis in quibus cumuli nummorũ per *Tangas* distincti stant. *Tanga* 75. *Basarucos* habet, atque in permutatione *Pardauvi* supra 375. *Basarucos*, aliquando 8. aut decem adjiciunt, sueto negotiationis etiam in cæteris more.

Collybistarũ necessitas ad monetæ judicium.

Pondera Goæ Lusitanorum ponderibus similia multa sunt, in *Quintallos*, *Arrobos*, &c. distincta. Aliud tamen præterea pondus habent *Mao* dictum, quod manum significat, 12. pondo habet, ac ad Butyrum, mel, saccarum aliásque materias usurpatur. *Bharo* autem piper venditur ac ponderatur, qui tres *Quintallos* & dimidium Lusitanici ponderis efficit. Mensuram habent *Medidan* dodrantis ferè altitudine & in semidigiti longitudinem latam. Tales 24. unam *Manum* faciunt, 20. *Manus* vero *Candylum*, *Candylus* unus 14. fere modiorum capacitate est. Hisce mensuris orizam, frumentum, aliáque arida dimetiuntur navesque onerant factà per *Candylos* sive *Bharos* oneris computatione. Fardis etiam oriza venditur in orbes stramine, ac funibus colligata. *Fardus* communiter tres *Manus* cum dimidio continet: Melioris notæ oriza *Giraſal* vocatur, majoris pretii quam ea quæ *Chambaſal* dicitur, suntque & alia orizę genera viliora, quando etiamnum corticibus cõtinetur *Batte* vocatur, hordeo persimilis.

Mao pondus.

Bharus.

Medida.

Candylus.

Fardi.

Orizæ differentia.

Estque is cotidianus fere cibus Canarinorum, qui etiam gallinis servit in esum, hordei loco. Sunt præter hæc alia genera monetæ inter Ethnicos Indos continentis, ut in Bengala loco *Basarucorum Amygdali* ad minutas emptiones servientes. Hæc de Goę nummis ut de metropoli dicta sufficiant.

CAPVT XXXVI.

Indorum Bramenes, sive sacerdotes, ac ministri idolorum. Vita ritusque eorundem.

Bramenes Indorum honestissimi.

APud Indos Ethnicos honestissimi omnium *Bramenes* habentur, soli Regiis muneribus, ac officiis decorati. Ex iis quæstores, magistri curiarum, ac legati eliguntur, sacerdotes insuper idolorum *Pagodorum*. Indè authoritate magnâ apud plebem pollent, ac Regis continui, ipsum regunt, absq. quorum consilio nihil agat. Distincti a cæteris degunt, tribus quatuorve funiculis, ab humero transversìm usque ad cingulum pendentibus, quos nunquam deponunt, etiam cum discrimine vitæ, religione nimirum prohibiti. Nudi incedunt, nisi quod linteamen corpus cingat, ac pudenda tegat: exeuntes autem subindè gossypinam tunicam simplicem induunt, quam *Cabajam* vocant, corpori a capite usque ad talos adpressam, qui habitus etiam quorundam Indorum est, Banianensium, Gusaratarum, & Decaninorũ. Caput albo linteo tegunt, duplicatis triplicatisque spiris, comam verò promissam alunt, mulierum more. Ex auribus annulos aureos dependentes habent, ut & cæteri Indi ferè. Animale nihil comedunt tantùmque herbis & orizâ victitant. Sanguinis missionem in periculosis etiam infirmitatibus refugiunt, petito omni remedio ex unctionibus sandali aliorumque lignorum odoriferorum. Goæ ac ad littus maris Bramenes multi habitant, officinas ibi habent, ac pharmaca herbasque divendunt, minutis ponderibus elegantes parùm aut curiosi, sordidè enim tabernam exercent, subtilitate magnâ rationes putant & describunt, ingeniosissimi homines, atque ideo plebeculæ haud difficulter imponunt, effictis infinitis ludibriis, religionis ac sanctimoniæ prætextu. Quod manè primò obviat id tota die adorant. Mulieres prodeuntes linteo teguntur a vertice usque ad genua, aliàs nudæ, annulis nares perforant, & crura, digitosq. pedum ac cervicẽ cingunt. Brachia sex aut septem *manilijs*, sive armillis ex argento, vel deaurato, pro facultatibus onerant. Plebs annulos ex vitro gerit, vulgari apud Indos fœminas ornamento. Connubium statuunt pueri ipsi novennes & puellæ septennes, adempta tamen facultate conloquii in tempus usque potentiæ complendi connubium. Bramene vitâ functo, amici convenientes puteum effodiũt eúmque ligno ac aliis rebus implent, ditiores sandalo,

Victus.

Subtilitas eorum.

Fœminarum Bramenis cultus.

Rogus.

Digitized by Google

ſandalo, orizâ, frumento & oleo, ad violentioris flammæ nutrimentum. Huic rogo cadaver imponitur. Cæterum uxor pulchrè comitata, magnoque muſices ſtrepitu obſectata, ab amicis ad præſtantiſſimum facinus animatur. Ne metuat fata, maritumque jàm melioris vitæ compotem alacriter ſequatur. Eſſe in iſto facto gloriam immortalem, ſupremo fidelitatis teſtimonio. Illa ergo monilia & elegantiora ornamenta deponit, eáque inter cognatos diſtribuit, tum lætâ hilarique facie in ardentem rogum ſe conjicit, parato mox circumſtantium miniſterio ad augendam flammam, reſpiratione ademptâ mulieri, ligni oleíque injectione. Quæ morté hanc recuſat (quod raro contingit) certiſſimâ infamiæ ac infidelitatis notâ in ordinem coma abſciſſa penitùs redigitur, atque ab omni ornamentorum ſplendore ſemota, contemptui & deſpectui mancipatur. Nobilium omnium ac etiam mercatorum quorundam cadavera tali ritu cremãtur. Sed & viduarum eſt comam radere, ac ſine ornamentis degere in teſtimonium mœroris. Altior ſanè cauſa eſt furioſæ iſtius fœminarum mortis. Ipſi Indi enarrant deteſtabilem quondam fuiſſe matronarum crudelitatem, in tollendis veneno (ut ſunt veneficiorum peritiſſimæ) maritis, ut ita facto novis nuptiis loco libidini facilius majoreque cum laſcivia indulgerent. Ceterum Rex comperto ſcelere in detrimentum totius Reip. ſublatis uxorum malignitate præſtantiſſimis regię principibus legem tulit. Vt vivæ uxores eodem in igne arderent, qui cadaveribus maritorum ſupremus eſſet, ità ſublatâ ulterioris libidinis ſpe, maritis vita contingeret ſecurior. Valuit duntaxàt hæc lex inter nobiles & Bramenes. Plebs enim vilis mancipiorum tantum numerum implet, & inermis degit. Indè lapſu temporis in religionem ſucceſſit edictum regium & ſponte vitam amittunt mulieres pietatis ac cultus religioſi intuitu. Ieiunant certis diebus Bramenes ſumma cum abſtinentia, quã etiam in tres quatuorve dies continuant. Vnum ſupremumque Deum fide arbitrantur. *Pagodes* diabolicâ formâ, antè quidem homines ſanctitate conſpicuos, nunc velut Divos ac Advocatos mortalium adorant. Immortalitatem animarum ex Pythagorica diſciplina, transformatione in animalia cuncta, pro meritis, ſtatuunt.

Vxor viva cum marito crematur.

Cauſa quæ ſit.

Ieiuniũ Bramenum.

Pythagorica doctrina.

CAPVT XXXVII.

Guſurata & Banjanes ex Cambaja.

GVſurattæ & Banjanes ex terra Cambaja multi Goæ habitant, Diu, Chaul, Cochini, ac in aliis Indiæ locis, mercaturæ gratiâ, quam validè exercent, frumento, goſſypio, orizâ, *Anilo*, &c. præcipuè tamen gemmis, lapidibúſque preciofis, in quibus dignoſcendis peritiſſimi habentur. Etiam in arithmeticæ ſcientia non tantum Indos verum & Luſitanos ipſos longè ſuperant, ad dolos ac calliditates a natura facti. Nihil hi quoque animale manducant: Vitam nec fædiſſimis beſtiolis adimunt; animas enim hominum cõmeare in animalia bruta credunt, Pythagoricâ ratione. Ideo a Luſitanis ſæpenumerò aves aliave animalia redimũt, quibus tum liberum volatum vitámq. permittant. In Cambajæ regione paſſim ciſternulas cum aqua ponunt, ac frumentum in eſcam avibus. Xenodochia ibi etiam conſtituta videas, quibus omnia animalium genera excipiunt, aliquo morbo aut vitio adfecta, diſpoſitis medicis eádem cura, quâ apud nos homines in talibus locis tractantur. Id illis magnæ caritatis opus eſt, velut ergo proximos. Pediculos puliceſve non necant, verum parieti impoſitos in foramen aliquod abdunt, nihil ità ægre laturi, quàm mortem beſtiæ, quam coram vident inferri, omnibuſque præcibus inſtant: Ne vita auferatur, quam nemo concedere poteſt, pecuniáſque offerunt tanquàm in redemptionem. Raphanum, allium, herbaſve alias coloris rubri non comedunt. Etiam ab ovis abhorrent, quòd ſanguinem ſubeſſe credant. Nec vinum potãt, nec aceto utuntur, aqua tantùm contenti. Cum exteris cibum nullâ ratione capiunt, neque attingunt etiam ſi fame aut ſiti pereundum eſſet. Cùm Cochinum navigant Luſitanorum navibus ad mercaturam computatione factâ, tantum cibi adſumunt ſecum, quantum ſufficere in hujuſmodi iter poſſit. Si verò tempus longius ſit, cibo conſumpto, ut accidit cum ego Goâ Cochinum peterem, antè ipſi quidem mori optarent, quàm cum Chriſtiano aliove cibum capere, aut ab iis quid manducandum ſumere. Ante cibum ut Bramenes corpus abluunt, etiam poſt naturæ evacuationes. Colore ſunt ut Bramenes ſufflavo, candidiores tamen quidam. Mulieres ſane aliquæ Luſitanas cãdore ſuperant, formâ ac ſtaturâ Europæis perſimiles, colore tamèn differunt. Habitus eſt. tunica alba ſimplex a capite uſque ad talos, adſtricta ſub brachio in latere, calcei ex corio rubro cuneati, barba raſa Turcarũ more, exceptis alis. Caput ut Bramenes tegũt linteo albo, ſub coma initio capillorum frontem ſandalo albo ungunt, agglutinãtis orizę tribus quatuorve granis, quod & Bramenes faciunt, ſuperſtitioſo ritu. Sandalo nudum fere corpus ungunt, aliiſque herbis olentibus, quibus amiciſſimi ſunt. Mulieres ut ſacerdotum fœminæ incedunt. Cibum ſicut Machometani humi capiunt. Domi ſtoreis, aut aulæis inſident, calceoſque ante fores exuunt, ac diſcalceati ædes intrant. Sed & aliis infinitis ceremoniis laborant, quas recenſere ſuperſedeo, contentus præcipuarum enarratione.

Guſurattæ ac Banianes ſtrenui mercatores & gemmarum periti.

Victus.

Pythagorei.

Xenodochia animalibus conſtituta.

Color.

Habitus.

CAP. XXXIIX.

Digitized by Google

CAPVT XXXIIX.

Canaræ & Decanini.

CAnaræ & Decanini incolæ terræ Decan, quæ communiter Ballagattæ vocatur, poſt Goam ſitæ, multi Goæ habitant, officinis ibidem intenti. Sericum, holoſericum, ſubſericum, damaſcena, goſſypium, porcelanas aliaſq. merces ex Cambaja, Bengala & China generali & majore menſurâ, a Luſitanis aliiſque gentibus emunt, ut poſtea ulnarum minore divendant. Ad hunc uſum proxenetas habent concives ſuos, qui omnia procurant. Hi ex continenti quoque victum ac annonam Goam deferunt. Naves Indicas habent quibus mercaturam agitant, verſus Cambajam, Sundam & Mare rubrum. Multi inter illos aurifices ac æris cælatores artificioſiſſimi, aliique opifices, tonſores, medici, fabri, &c. qui omnes Goæ habitant, ità ut ferè Luſitanos, Mixtos & Chriſtianos numero æquent. Habitus illorum eſt ut Guſurattarum & Banianenſium, exceptis calceis, quos antiquâ formâ geſtant, digitis eminentibus ligulâque adſtrictis nudum ad pedem: *Alpercas* vocant. Comam alunt nequè abſcindunt unquam. Capillum ligant, ac linteo tegunt, ut Banianes & Bramenes, quibus colore formâque corporis perſimiles ſunt. Manducant cuncta indifferentèr, exceptis vaccæ, porci, bubalique carnibus. Vaccam quippe, bovem & bubalum ſanctitatis opinione, inter domeſtica animalia humanitertractant, ſimumque manibus excipiunt, quem deindè abjiciunt. Nocte ſub iiſdem animalibus ſomnum capiunt, néque aliter quam homines habent, ſingulari (ut putant) erga Deum merito. In cibo, familiari ſeſſione, ablutionibus aliiſque ritibus ut Bramenes, Guſurattæ, ac Banianes vivunt. Sponſalia 7. aut 8. annorum pueri, puellæque inter ſe contrahunt. Nuptias vero uſque ad annum 12. protrahunt, cà ætate ſolemne completur matrimonium. Ante ipſas nuptias profeſtum aliquod eſt 14. dierum, quod tympanorum ac tibiarum maximo & incredibili ſoniru celebratur, nec per noctem ceſſante clangore. Die nuptiarū amici omnes conveniunt, & ante focum humi ſedentes ignem ſeptiès vertunt, certâ confirmatione connubii. Filiæ nullam dotem ad maritum adferunt, ſi monilia quædam & inaures excipias, parvi minimique valoris. Filiis omnis hereditas cedit, puellæ autem a fratribus aluntur ad tempus uſque matrimonii. Cadaver mariti crematur & cum eo ſubinde uxor viva. Extra majorum artificium nemo quid tentat, & inter hos ejuſdem generis artifices ſtata ſunt matrimonia, ſic calcearius cum filia calcearii ac ſic deinceps maritatur, familiis per artificia diſtinctis. Iejunia ſervant ac ceremonias ut Bramenes, illi enim eccleſiaſticorum loco ſunt, hi vero laicorum. Vectigalia Regis circa Salſettam, Bardes, inſulámque Goæ conducunt, quorum cauſa omnibus ſæpe judiciis intereſſe coguntur, in quibus propriam ipſi cauſam agunt, cum legum ac Portugalliæ ſtatutorum certiſſima allegatione, in admirationem uſque Luſitanorum, ut ipſe crebrò vidi, miratus promptitudinem ingenii, ſubtiliſſimam capacitatem mentis. Iuraturi circulo in terra facto includuntur, ità cinerem capiti imponunt, unâque manu caput tenent, alterâ vero pectus, conceptis per idola verbis, quibus venerationem debent; dicturi mox veritatem, interrogati ſub pœna æternæ condemnationis, quam ſibi certâ fide præſumunt ſi fallant. Hæc de moribus Decaninorum dicta ſint.

Vaccæ, boves bubalique pro diis. Ridicula eorū veneratio.

Ritus nuptiarum.

Matrimonia inter ejuſdē artis homines tantum.

Iurandi mos.

CAPVT XXXIX.

Canarini & Corumbini Indiæ.

CAnarini & Corumbini ſunt, qui agricvlturam & piſcationes exercent, ac Indicas palmas *Cocos* ferentes curant. Sunt inter illos qui privato ſingularique officio linteamina duntaxat abluunt. Hi *Maynatti* vocantur. Alii ſunt *Patamares* tabellarii nempè terreſtri itinere, hybernis tempeſtatibus, quandò mare intractabile ſævit. Hi homines Indorum viliſſimi, tenui victu vitam agunt. A vaccarum, bubalorum, boum, ſuúmque carnibus abſtinent, eodémque ritu, quo Decanini & Canaræ vivunt, quòd ejuſdem fere terræ ſint. Nudi prorſus incedunt, pudenda tantum panniculo tecti. Fœminæ linteo corpus circundant, uſque ad fœmora, cujus denique partem humero imponunt, ita ut papillæ medietas pateat. Colore ſunt nigro, aut fuſco. Multi ex his Chriſtum profitentur, baptiſmate abluti, quòd circa Goam ferè habitent. Nam juxta ripas ac littora Palmæ elegantèr creſcunt, atque ipſa oriſa, eſca Canarinorum, humiliore terra provenit, quæ hybernis fluctibus tecta jacet. Gallinas, fructus, lac, ova, &c. hi ex terra in urbem venum deferunt. Habitant caſis ſtramine tectis, oſtio minuto, quod erectum hominem nequaquam admittat. Supellex eſt ſtorea terræ impoſita, ad ſomnum; puteus ſive ſcrobs ad tundendam orizam ſtat, ollaque una vel altera, in qua coquatur, ita vivunt fœcundiſſimi alias mortalium: Liberos enim maximo numero generant, qui plane nudi ad octo uſque annos degunt, ac deincèps pudenda velant. Facillimo partu nullius obſtetricis adjumento mulieres infantes vel ſolæ exponunt. Ità mihi quandoque ambulanti per villas Canarinorum potumque nimiâ ſitis flagrantiâ

Habitacula Canarinorū.

Fœcundi homines.

Digitized by Google

Partus faciles.

grantiâ petenti apparuit mulier ſola domi, quæ linteamen corpori circundabat, cum ante pedes pelvis e ligno aquâ impleta, quam Luſitani *Gamello* vocant ſtaret, ibíque illa infantem recens a partu lavaret, quem deinde foliis ficus Indiæ impoſitum, in terram collocavit me rogans ut exſpectarem, allaturam ſe aquam potui idoneam. Cæterum intelligenti ſordes tam ſubiti partus, potus aviditas abiit, donec alia caſa appareret. Poſt viſa nobis fuit eadem mulier, circa ædiculam ultro citroque diſcurrens, ſecura omnium dolorum, nullâque recentis partus moleſtiâ. Pueri nudi prorſus educantur, tantùmque a ſordibus aquâ frigidâ abluuntur, abſque ullâ majori curâ, ut in ſummam agilitatem excreſcunt, remotâ omni delicatæ educationis conſuetudine.

Educatio puerorum.

Annos hoc modo homines ſubinde centum enumerant vitæ, quam ſummâ ſanitate tranſegerunt, expertes dolorum morborumque, ſalvo omnium item dentium ordine, in deteſtationem noſtrarum delitiarum, quibus vitam corrumpimus & rumpimus. In vertice hi cumulum capillorum duntaxat alunt, reliquos crines radunt. Natandi peritiſſimi quibuſdam navibus *Almadys* in flumine feruntur, e ligno excavatis, ita minutis, ut vix unum capiant hominem. Inde ſæpè evertuntur mobilitate citiſſimâ. Sed Canarinus natatu pollens, navigium conlapſum reponit, aquam conceptam ejicit, iterque ſuſceptum nihilominus perficit. Infæliciſſimi ſane qui vel cibum é flamma peterent, parciſſimo deinde victu macilentos ac exhauſtos artus trahunt, minimarum virium ac puſilli animi, ſubjecti ob id injuriis, Luſitanorumque contumeliis, quibus degeneres maximè adficiuntur. In connubiis idem illis ritus eſt qui Decaninis, eademque religionis ratio. Viro mortuo rogus cadaveri extruitur, mulier tum crines abſcindit, rumpitque velut in magni luctus ſignum ornamenta omnia, quæ quidèm exigua ſunt, quòd ex vitro duntaxat conſtent. Figuris ſequentibus patent ad vivum Decanini, Canaræ ſive mercatores Goæ. Etiam Banjanes ſeu Guſarattæ ex Cambaja, cum Bramene & fœmina quo modo omnes uxores Banianenſium, Decaninorum, Maurorum, ac Indorum degunt. Nuptiæ adhæc Ballagattæ, Laſcarinus, Meretrix *Balladera*, quod ad libidinem ac ſaltationes parvo pretio ſerviat. Villæ Canarinorum & Corumbinorum, formæ caſarum. Navigia ſive lembi, naves item Malabarenſes ac Cochini, quarum ideo formam adjunxi ne novum poſtea caput deſcriptione privatâ facerent.

Natandi peritia.

Canarini cõtemptu homines.

Figurarum ſequentium declaratio.

CAPVT XL.

Arabes & Abexini Indiæ incolæ.

ARabes & Abyſſini magno numero per Indiam ſparſi ſunt, ex iis Arabes Machometum colunt, Abyſſini verò quidam Machometum, quidam Chriſtum adorant Æthiopico more. Sunt enim ex Imperio Præſbiteri Iohannis, quod eas partes Africæ, quæ ad Moſſambicquam, Rubrum mare & Nili fontes jacet, adficit. Ceterum conſuetudine Maurorum ac Machometiſtarum multi variis ſuperſtitionibus detinentur, & ſervitutem utriuſque ſexus ex Æthiopia in Indiam advecti ſerviunt, vænales ut cæteri Orientales. Abyſſini Chriſtiani notabili Baptiſmatis genere faciem notis quatuor in formam crucis inurunt. Crux prima ſupra naſum ad mediam uſque frontem cutem notat, ſecunda & tertia ad latera oculorum tractu feré uſque ad aures, quarta ab inferiore labro ad mentum uſque perducitur. Iſta nota illis pro Baptiſmo eſt & ſupplet aquæ vicem ignis. Ceterum, qui ex his liberæ conditionis ſunt, in univerſa India nautarum feré munus obeunt, diſtributi per naves mercatorias Goæ, Chinæ, Bengalæ, &c. Nam Luſitani etſi in patria jam a teneris unguiculis navigiis adſueti, nihil majus egerint tamen in Indiam venientes ſuperba elatione vile nautarum munus ſpernunt, & ſi quando naves conſcendunt, eas veluti duces, gubernatores navigationiſque moderatores regunt, ſpretis inferioribus ordinibus, quos ut abjectos, ipſi tum auguſtiores contemnunt. Parvo ſanè pretio Arabes ſive Abyſſini operas navales ſubeunt & ſunt ad omnia miniſteria paratiſſimi, flagra ac verbera ſuera admirabili patientiâ ſuſtinentes, tenui ab ipſis mancipiis differentiâ. Familiam feré totam in hiſce navigiis habent, propriòque vivunt victu, orizâ nempe in aqua decocta adjectis ſalitis piſcibus. Mare tunc æſtivo nempè tempore tranquillum maximè eſt, flantibus ventis commodiſſimè, ita hæc uxorum liberorumque turba ordinem navigii nequaquàm turbat. Vnus ferè Luſitanus inter hos exiſtit, qui titulis naucleri, ducis & gubernatoris gaudet, & alter Arabs celeuſtes, vocabulo iſtius terræ *Mocadon* dictus. Hic cæteris ſociis velut dominus imperat, eoſque paſſim in famulorum morem habet. Cum domino ideo navigii contrahit & humero nautarum promiſſo, generale velut ſtipendium conſequitur, quod tum inter Arabes ſocios dividit, quibuſcum ſingulari contractu de mercede egerat. Vaſa ad aquæ conſervationem in hiſce navigiis non habent, tantùm ad majorem navis arborem cupa eſt

Abyſſini Chriſtiani.

Abyſſinorum baptiſmus.

Abyſſini habitæ.

Victus.

Mocadon.

Digitized by Google

ſtudioſè ferruminata ac ſtipata, in eo aqua ſervatur ad potum. Dux, nauclerus, gubernator & viatores cibum habent particularem & aquam in amphoris Indicis, quas *Martavanas* vocant, de quibus in Peguæ deſcriptione egimus. Gens hæc ad famulitium promptiſſima eſt ac velut in ſervitutem inclinata: ſi cui vel capitis tegumentum, vel minoris pretii aliquid in mare decidat, etiam curſu navigii medio, unus ſe confeſtim in pelagum conjicit, & natandi peritiâ (quâ pollent maximè) amiſſas res recuperat. Quandò navis ad portum ſtat, ſi pariter omnes terram petant Acatio, unus illud ad navem reducit; ac natatu deinde ſocios repetit. Officioſiſſimi mortalium, impellente etiam eo, quem *Mocadon* vocant, itáque ſæpè de miniſterio certant, quod alter ante alterum occupare ſtudet. Cantantes omnem feré laborem implent & modulatur præcedens ſubſequentium concordi ſtrepitu, ad muſices æmulationem. A marinis laboribus quandò immunes ſunt, totum diem potu terunt adſiduâ ebrietate, quam cum conjugibus & liberis exercent, comitante identidem cantandi ſtudio, & impletis plateis diſcurrentium nautarum ridiculâ ac diſſolutâ ſaltatione. Fœminæ etiam braccas pro veſtimento habent, more Arabum ac Machometanorum.

Abyſſini ſervi optimi.

Inebrietatem proni.

CAPVT XLI.

Nigritæ ex Moßambicquâ, quos Caffres indigitant; eorum mores ac ritus.

NIgritæ *Caffres* dicti, qui regnum Moſſambicquæ & terras interiores Æthiopiæ, tractu uſque ad Bonæ ſpei Caput habitant, nudi feré incedunt, quàmvis fœminæ circa Moſſambicquam conſuetudine Luſitanorum corpus tegant ex parte, cùm pro ebore & auro aliiſque mercibus goſſypium ac linteamina ex Indiæ partibus accipiant. Cæteri eodem veſtimenti genere, quo protoplaſtus in Paradiſo uſus fuerat degunt. Sunt autem piceo colore, capillo criſpo & aduſto, barbâ rarâ, latis planis & obtuſis naribus, magnis ac craſſis labiis, perforatâ in quibuſdam partibus facie & illatis vulneribus, quæ ebore implent, ſingulari (ut exiſtimant) decore. Etiam corpus ferro candenti, lineis & foraminibus lacerant, atque indè cutem ſtigmata notant, ut apud nos Phrygionũ acus veſtimenta. Pulchrum hoc ornamentum hiſce populis & contemnunt noſtra corpora, veſtimentis ac albo colore monſtris ſimilia. Ideo etiàm imago albi hominis ac veſtimentis tecti, illis pro figura Dæmonis aut ſpectri eſt. Dentes etiam quidam limâ terunt & in aculeos formant, ſingulari (ut putant) elegantiâ. Inſita vetus eſt illis opinio: Nigritas præſtare cunctis mortalibus, forma, colore, ac ritu vitæ. Multi inter eos Machometi legem amplectuntur, circa oram Abex ſivè Melindæ & in vicinis Moſſambicquæ regionibus, convictu Arabum Machometanorum Rubri maris, qui hic & in omnibus locis Orientis negotiabantur, anté adventum Luſitanorum ſpargentes ſimiliter diram ſectæ luem, per magnum illud Orientis corpus, ut ideo veluti pravitate materiæ impedita vera religio, veráque ſalus diu ſubſtiterit, machinatione Arabum hoſtium Chriſtiani nominis. Quidam hodie Chriſtum profitentur, tenui tamen ſucceſſu, quòd ea regio velùt ſterilior a Luſitanis non ita frequentetur. Cæteri belluino more vivunt, nullo Deorum metu, nullo cultu. Regibus autem parent, quos multos habent ſingulis vicis præfectos, abſque ullâ tamen diſciplinâ, vel melioris cultus ratione. Venatu victum ferè quærunt. Elephantum quoque carnes comedunt aliarumque ferarum, ex ebore tela conficiunt, ferri chalibiſve defectu. Continuis bellis inter ſe pugnant, atque aliqui humanis carnibus veſcuntur, alii vero Luſitanis viciniores, illis hoſtes captivos divendunt, aut in locum eorum permutatione linteamina & goſſypium ſuſcipiunt. Fortiſſimus quiſque in pretio eſt. In teſtimonium virilitatis, hoſtium virilia, velut inviſa generationis inſtrumenta amputant, eáque ad Regem ſiccata jam & a putrefactione liberata deferunt, qui collaudatâ virtute honores addit, eſtque hoc ingentis fortunæ ſignum. His & collum ac pectus virgines & ſponſæ exornant, maximo ordinis, velut equeſtris, decore. Paſsim in India ex hac gente mancipia conſtant, crebris enim bellis multi in captivitatem ac forum abducuntur. Ita vir unus duobus aut tribus Ducatis æſtimatur, vili libertatis pretio. Etiam famis tempore parentes liberos ad ſervitutem trahunt, & orizæ ſex ſeptemve modiolis damnatæ conditioni addicunt. Néque eſt illis dividiæ tanta calamitas, incuſantibus fati violentiam, & diræ fortunæ odium; Speratâ etiamnum libertate ex ſociis & amicis, quos velut vltores ac vindices etiamnum ſupereſſe prædicant. Quæ ad *Caffres* reliqua pertinent in Moſſambicquæ deſcriptione declarata ſunt. Sequuntur figuræ Arabum Abexinorumque, cum mulieribus quemadmodùm in India degunt: Etiam imagines Nigritarum utriúſque ſexus, ſicut in Moſſambicqua degunt ad vivam effigiem ductis lineamentis.

Nigritæ nudi incedunt.

Corpus lacerant & ſcindunt.

Figuræ albi hominis ac veſtiti pro ſpectro.

Nigritæ ſeipſos autumant præſtantiſſimos hominum.

Belluina vita nigritarum

Inter ſe diſſidentes: Antropophaghi.

Servitus ex bellis continuis.

Digitized by Google

Digitized by Google



Nuptiarum ritus, et epulę in Provincia Ballagatę Supra Goam.

Digitized by Google



Maniere van bruyloft int Lant van Ballagate achter Goa gelegen.

58 en 59

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Canarim



Agricola Indus Canaryn dictus

Een Indiaens slant ofte bouwman genaemt Canaryn.

Indorum liberi pro eorum consuetudi tantum rariori tela contectis.

Indiaensche kinderen als slants manier is a melheyt met een dun linnen doecksken bede

Digitized by Google



ne. pudendis

Miles Indus quem lascarin nominant

Inda meretrix saltando et canendo victum queritans.

lleen die scha: kt hebbende.

Een Indiaens soldaet lascarin geheeten.

Een Indiaensche lichte vrouwe met dansen en singen haer cost winnende.

58 en 59


Digitized by Google

Digitized by Google



Scaphę piscatorię Goensium et Cochinensium, alterę ex solido trunco excavatę, alterę, e pluribus funibus coagmentatę, priores Almadias, alteras Tones et Paleguas vocant, implent et hashydrijs aquę recentis, quam ad naves deferentes divendant, quarum magnus illic numerus.

Digitized by Google



chuÿten diemen te Goa, en Cochyn, gebruÿckt om te visschen, d'eene wt een hout wtgehölt,
d'ander wt veel struÿcken, met coorden tsamen gebonden, d'eerste worden Almadias,
d'andere Tones, en Paleguas, genaemt, die daer in groot getal zyn, welcken verse laden
met cruÿcken vol soet waters daer in gestort, om aende schepen te vercoopen ——

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Bramenes cum mortuus est, secundum eorum legem crematur. uxor autem ejus, præ amore, sese vivam in ignem cum illo conjicit.

Digitized by Google



De Bramene doot weſende wort nae haer wet verbrant, ẽn zyn vrouwe wt lieſde haers mans, verbrant haer levendich met hem.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Legati Regis Ballagatte in
urbe Goa comitatus.

Digitized by Google



Die staet des Ambassateurs van den Coninck van Ballagatte binnen Goa

58 en 59

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Habitus et facies Mercatorum Goensium Indorum, qui mutandis mercibus valde industrij

Habyt en gedaente der Indiaensche Coophuyden welcke in hare handel seer cloeck syn

Banjanes e Cambaja populus æs
scribendo, supputandoque valde

Banjanen van Cambajen int kenn
schryven en rekenen zeer geo

Digitized by Google



limandis gemmis,
exercitatus.

en van gesteenten
offent

Bramenes Idolorum in India Sacerdotes.

Bramenes der Indiaenscher affgoden Papen
ofte Priesters.

58 en 59

Digitized by Google

CAPVT XLII.

Ritus, moresque Malabarensium & Nayrorum Indiæ.

Malabares qui sint.

MAlabares vocantur, qui terram littusque maris inter Goam & Comorini Caput Australi tractu tenent. Piper ibi crescit. Vruntur linguâ peculiari, estque terra in plurimas regiones divisa, ut in oræ descriptione retulimus. Hi pernicioſissimi hostes Lusitanorũ atrox navale bellum sæpè concitant, feroces, audaces, nudi incedunt, pudenda duntaxàt tecti; fœminæ linteamine tantùm teguntur, ab umbilico usque ad fœmora. Viri indomiti & elati spiritus validos artus ostentant. Colore sunt piceo, nitidâ cute, ac comâ, quam oleo ungunt promissam, & supra verticem in nodum coactam. Auriculas habent patentes, atque in humeros usque pendulas, quibus illæ latiores sunt pulchri homines habentur. Corpore ac facie Europæis alioqui similes, colore tantum differunt. Viri plerique densiùs criniti, hirsuta pectora habent. Luxuriosissimi proinde mortalium, cum & puellæ a septem aut octo annis Venerem exerceant, post cuivis nullâ molestiâ faciles. In familiari re parum curiosi sunt, Canarinis & Corumbinis similes. Religionem eandem servant quam cæteri Indi. Verum Malabares in duo genera distinguũtur. Sunt etenim Nobiles, quos *Nayros* nominant, soli donati armis militaribus. Sunt & plebei *Polia*, quibus omnis teli usus interdictus est. *Nayri* semper armati incedunt, eo nempe armorum genere, quo Regi serviunt, parati ad pugnam, atque exindè aliqui evaginatum gladium dextrâ tenent & scutum ingens sinistrâ. Id ex ligno factum universum corpus tegit, quod *Nayri* a longè concutiunt magno strepitu, ut ità adventum fortissimorum virorum plebejus intelligat, alii pharetram gestant, arcum & sagittas, quibus artificioſè utuntur, alii lanceas, bombardas, sive *Musquettos* fabre factos insigni arte, nostris maximè pares, in quorum etiam usu Lusitanis vix cedunt. Ità per arma divisi, nunquàm ferè illa deponunt. Cælibes vivunt interdicto matrimonio, sed promiscuo & permisso concubitu omnium cubilia invadunt. Neque est quæ *Nayro* corporis usum recuset, ità patente ostio positis ante fores militaribus armis, Venerem suam securè debellat. Nam & ipse maritus ubi videt arma militis ante fores suas posita prætergreditur, ac Marti huic copiam facit. Ità ubique liberâ voluptate fruuntur. Iidem quando plateas obeunt vociferantur. *Po. Po.* h. cave, cave, cede via. Plebejus enim si *Nayrum* tangat mortis reus est, permissâ facultate militi interficiendi temeratorem. Interdicta item illi cum cæteris *Nayris* consuetudo est, qui plebeii alicujus contactu fortè pollutus fuerit, ante solemnem & superstitioſam ablutionem. Lusitanis duntaxat cedunt, singulari certamine *Nayri* & Lusitani de honoris gradu victi, & ad confessionem virtutis Christianorum deducti. Hoc enim Rex Cochini aliquando voluerat, nè ambitioſum certamen amicitiam, quam cum Lusitano statuebat averteret. Ideo hodie Lusitanum transeuntem *Nayrus* operitur, facto loco. Vngues digitorum manus *Nayri* studioſe nutriunt, id insigne nobilitatis est in ocii ostentationem, & a laboribus immunitatis. Sed servit etiam in robur digitorum tenendis gladiis, opinione in iis partibus vel Lusitanis nequaquàm ridicula, qui eandem ob rationem ungues majores habent. Præcipui *Nayrorum* annulos aureos sive argenteos supra cubitum ostendunt, ad dignitatis discrimen. Nudi nempe omnes promiscuè incedunt. Principes suos exeuntes multitudine magnâ comitantur, robustissimi sanè homines, animoſi milites, vindictæ etiam cupidi, ac vulneris patientissimi; nam lanceâ aut gladio confossi non confestim deficiunt, sed telum ipsi educunt, atque in hostem regerunt. Rex non habet potestatem necis in *Nayrum*, sed cæteris *Nayris* examen ac punitionem permittit. Filiæ *Nayrorum* non nisi cum *Nayris* ex lege concumbunt. Ceterum nec Christianum, nec Lusitanum rejiciunt, quos clam admittunt, etiam cum manifesto aliàs vitæ discrimine. *Nayrus* enim talem infamiam morte licentèr vindicat. Superstitioſi valde sunt circa ablutiones, nam in stagno quod ædibus effossum adjacet corpus abluunt aquâ fætidâ & fœdâ, sine ullo transeuntium respectu. Fluvialem aquam ut parum ad mundanda corpora efficacem singulari sectâ respuunt: hæc paluſtris a sacerdotibus consecrata etiam Regem purificat. Nam sine ablutione singulis innovata diebus, innocentiam homini non constare persuasum habent. Filii ad parentum hæreditatem non admittuntur. Communes enim uxores sunt, ut & cum Regum conjugibus Bramenes concumbant, ideoque incerta soboles est. Sororum tamen filii hæredes sunt, quamvis enim pater incertus mater tamen certa potest cognosci. Hæc de *Nayris*. Cæteri *Polia* plebei a *Nayris* miserabiliter contempti, proni, demisso capite, inclinatisque humeris incedunt; miseri sanè mortales, opificiis ac mechanicis artibus viventes, ut cæteri Indi, quibus etiam velut avitis & gentilitiis distinguuntur.

Fœtes ii & validi hostes Lusitanorum

Luxuriosi.

Duo Malabarum genera.

Polix plebei & Nayri nobiles.

Nayris permissa fornicatio.

Nayrorum autoritas.

Nayri nudi incedunt.

Ablutio innocentiæ signum.

Filii non succedunt sed sororum filii.

Digitized by Google

CAPVT XLIII.

Mauri & India Iudæi.

Maurorum gens.

MAuri ac Iudæi numerosi in omnibus Indiæ locis Goæ, Cochini, aliisque interioribus terris habitant; partim illi ex aliis venêre terris, partim stirpe Indi, traditione patrúmque consuetudine Iudæorum ac Maurorum pestiferam sectam tuentur. In re familiari ritu regionis vivunt. Libera fides. Inter Indos templa habent, Synagogas, & *Mesquitas*, in quibus religionem pro arbitrio exercent. In Lusitanorum urbibus quisque suâ vivit opinione. Sacra tamen nemo publicè exercet, scandali metu, & est talibus statuta mortis pœna, si pertinaces sint, velut religionis Christianæ apertis temeratoribus extra civitatem illa fecurè fiunt, ut circa Cochinum, ubi Rex cum aula degit. Ibi Iudæorum multæ ex lapide nobiles ædes sunt, iidemque mercatores opulenti consilia etiam Regis moderantur. Templa item ac Synagogas eodem loco habent, libros que sacros Hebræos, quales ipse contrectavi. Colore plurimum sunt albo ut Europæi, pulchráque habent fœminas. Multi eo ex Palæstina venerunt, optimèque Hispanica linguâ utuntur. Sabbatum colunt ac etiamnum *Messiam* exspectant. Mauri. Mauri pariter *Meskitas* habent sive oratoria, supraque templum tabulata multa, ac porticus, ubi pueri religionibus imbuuntur. Antequam templum intrent pedes aquâ abluunt & servit cupa cum aqua ante templum ad hujusmodi ablutiones. *Alpercos* sive calceos ad fores templi relinquunt, ac intrantes proni in faciem cadunt, brachiorum manuumque jactatione, mimicam devotionem exercentes. Circumciduntur Iudaico more, carne suillâ abstinent. Mortuos sepeliunt. In templis imagines nullas habent, exceptis quibusdam lapidibus Chaldaicis literis ex *Alcorano* notatis. Negotiantur autem plurimùm circa Rubrum mare, ad quod aromata deferunt. Et quamvis multi inter Lusitanos iisdem admixti habitent, eorum tamèn acerbissimi hostes sunt, impediúntq. summopere incrementa Christianæ religionis, quam apud Indos continuo deturpant ac infamant. Sequuntur figuræ Regis Cochini elephanto insidentis, *Nayrorum*, Malabarensium utriusque sexus, Maurorum qui Canonor habitant, & Christianorum S. Thomæ crasso pede, ut in descriptione tractus relatum est.

Iudæi consiliarii.

Mauri hostes Christianæ fidei.

CAPVT XLIV.

Idola Indorum ac religiones.

PAgodi ac idola per Indiam magno numero sunt, variisque a gente religionibus ac votis coluntur, peculiari circa quasdam imagines Deorum nomine cultu, quæ cæteris excellentiores, multis ornamentis decorantur. De his tantùm tractare institui pro declarationis necessitate. Idola insigna. Apud urbem *Bassaym* Septentrionali Goæ plagâ, quæ in tractu Indiæ a Lusitanis habitatur, insula jacet propinqua oræ *Salsetta* dictæ. Ibi duæ speluncæ existunt præstantissimorum Indiæ Pagodorum. Vna harum sub petra excavata vici magnitudinem quadringentarum habitationum ostendit. Accedenti ad ima petræ occurrit idoli domus, cum figuris immanium Dæmonum, saxo insculptis, ubi hodie Monachi S. Michaelis templum ædificarunt. Intranti vero petram primo circuitu multi Pagodi apparent, inde alio atque alio ordine cubicula Pagodique occurrunt, ex petra ipsa. Apud cubicula major ex lapide urna stat, cum aqua quæ per canales in eandem derivatur. Altiùs etiamnum, quartum ordinem circuitus item figuris impletus occupat, ità ut trecenta cubicula in quatuor hisce porticibus enumeres, stantibus undique imaginibus teterrimâ formâ, supra quam enarrari potest. Altera caverna eadem in insula alio loco visitur, facta item ex petra ingenti magnitudine, ac Pagodis similiter undique suffarcinata. Adhæc in insula *Porij* Pagodus supra cæteros celebratur, qui a Lusitanis elephanti Pagodus nominatur. In hac insula in petræ vertice ostium patet, pertinens ad templum magnitudine monasterii. Intus loci ac cisternæ magno numero sunt, ac in parietibus ubique sculpta animalia omnis generis, elephantûm, leonum, &c. etiam Amazonum, eximiâ arte, & haud dubiâ opinione Chinensium hisce in locis olim negotiantium singulari opificio. Verum nunc templa eadem inculta & destructa jacent, testantúrque antiquam Indorum magnificentiam, quæ interiori regione, ubi patrii Reges dominantur, etiamnùm maxima est. In *Seylon* insula mons est *Pico d'Adam*, sive Adami mons dictus; in cujus vertice domus cœnobii magnitudine conspicitur, Pagodi magnæ æstimationis templum. Hoc in loco aliquando cultus fuit simiæ deis, tantâ solemnitate, ut nihil suprà, auro ac gemmis inclusus. Magno venerationis mysterio per Orientem celebratum cimelion, & votis itineribusque quadringentorum aut quingentorum milliarium spatio expetitum. Ceterum Lusitani anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo quarto cùm insulâ expeditione bellicâ ante aliquod tempus vastassent, spe majoris lucri illecti, etiâ templum spoliare aggressi sunt. Sed nihil invenêre præter arculam gemmis & auro ornatam,

Simile dens in cultu & veneratione.

Digitized by Google

Digitized by Google



Æthiopum e Moçambyque et conterminis regionibus icon
quarum alij Christiani alij Gentiles verum major
pars Maurituj Caffres vocant.

Digitized by Google



Moerianen wt Moçambÿcke en die omliggende contreÿen diemen Caffres noemt sommighe zÿn Christenen sommighe Heÿdenen en t'meestendeel Machometisten.

60 en 61

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Naute Arabes quibus naves ſuas regendas Luſitani committunt in quibus cum uxoribus ut plurimum habitant.

Arabiſcher ſcheephuyden, welcke die Portugeeſen haer ſchepen vertrouwen te regeren, in welcken ſij oock met haer wyven meeſt woonen.

Digitized by Google



Habitus Abiſſinorum quibus loco S. Baptiſmatis frons nutiritur.

Habyten der Abiſſynen wt paep tan ſlant welcke in plaets van doop gebruycken brantmercken int aenſicht.

61 en 62

Digitized by Google

ornatam, in quâ dens famosus custodiebatur. Hunc abstulerunt magno omnium Regum dolore, qui legatos deinde ad Lusitanos miserunt, cum oblatione septingentorum millium ducatorum pro dentis redemptione. Ceterum impedivit Archiepiscopus *Don Gaspar*: Non convenire Christianis accepto pretio nutrimentum detestabilis cultus dictitans. Itáque injectus fuit igni dens magnâ legatorum astantium commiseratione, & admiratione ob contemptum ingens pretium. Cineres per maris fluctus sparserunt. Sed Banianes quidam subdolus (ut sunt isti homines insignes calliditate) alium dentem comparavit eumque velut miraculo ereptum ac sibi a Pagodo idolo revelatum Regi *Bisnagar* obtulit; maximis inde adfectus præmiis. Estque is proinde in honore habitus pari veneratione ac observantia. In regno Narsingæ sive tractu Choromandel Pagodus item summopere colitur ac singularibus votis festisque frequentatur. Carrum ibi ingentem vix quatuor elephanti trahunt. Is festivis tantùm diebus producitur, multis insuper funibus alligatis, quos homines utriusque sexus summâ devotione studeant contingere. In summitate carri Tabernaculum apparet, atque sub eo Pagodus. Infra Tabernaculum Regiæ matronæ instrumenta musices pulsant, ac jucundissimo concentu idoli festum celebrant. Ita carrus magnis in Diuum venerationis notis procedit. Nam & quidam ex eodem zelo cutem discindunt, ac partes detruncatas idolo sacrificant. Alii carro corpora supponunt, certâ nece, compressi ingentium rotarum mole. Hi apud Indos glorioli Martyres magnis etiam honoribus post mortem impiam ac detestabilem colunturi. Ita a meis sæpe sodalibus audivi; estque res per universam Indiam notissima. Ipse autem quodam tempore in contubernio Lusitanorum & quorundam Decaninorum indigenarum, impetrata a Prorege licentia animi causa, & visendi rogùm Bramenis voluntariámque mulieris mortem, more eo quem supra retulimus, continentem petebam. Ibi passim figuræ teterrimæ Diabolorum occurrebant, petris insculptæ; ac in vico aliquo templum ingens intravimus. Nihil ibi apparebat, præter pictam tabulam, in qua idoli imago erat, summa fœditate. Cornua multa, dentesque plurimi mentum, pubem, ac faciem figuræ dehonestabant. Tiara caput tegebat, prorsus tale monstrum dixisses, quale Apocalypseos liber describit. Tabula hæc e muro pendebat, qui templum velut chori specie divideret. Nulla ibi fenestra erat, sed a lateribus duo clathrati furni aspiciebantur, ad excipiendum fumum sacrificiorum. Orizam enim, frumentum, gallinas, ac fructus alios Indi offerunt. Ita teterrimum odorem cum exhalarent, animi ferè deliquium adferebant, propiùs accedenti, cunctis deturpatis cibi decocti, & dissecti squallore. Ante has clausas fores vitulus in medio templi stabat, quem ex nostris quidam conscendit in ludibrium ac jocum. Verum Bramenes rei indignitate commotus, clamare ac vociferari altius occepit, ità ut multi causam ignorantes accurrerent. Sed res ante adventum aliorum composita fuit, excusatione ignorantiæ. Itáque & turba discessit. Tunc a Bramene instanter impetravimus multis precibus, ut fores ipsas aperiret. Obstitit primum post autem victus prece paruit, præfatus: Ne quis ultra limen procederet, atque adyta tanti templi prophanaret. Cinerem quo frontem nobis ungere volebat recusavimus. Mox spelunca, velut quoddam Caci antrum apparuit, concamerata, hulloque lumine ex fenestris inlustris. Ostium duntaxat ad lumen serviebat. Ex eadem concameratione vel centum olei lampades minores dependebant. Atque in medio minutum tabernaculum erat gossypinis spiris & bractea tectum. Sub eo (ut sacerdos narrabat) Pagodus ex auro factus, magnitudine mundinalis pusionis latebat. Prope templum ex saxo labrum stabat, quadratum, cum aqua fœtida, qua semet abluunt, cum templum ornandi causa intrant. Procedentibus indè alia mox idola rupibus adfixa adparebant, minoria quidem: his pelvis cum aqua etiam apponitur, ad ablutionem saltèm pedum, cum cochleari ex nuce Indica, ad devotiones viatorum, qui in itinere idola venerantur, iisque pro ratione fervoris erga Deos offerunt. Adstant enim fornaces cum vitulo, ante quem dona sua exponunt. Et jacebant passim oblationes ex oriza ac frumento, &c. quas attingere verebamur ob fœditatem ac sordes. Ceterum Bramenes aliter, qui cibum omnem hilaritèr consumunt, populoque persuadent Deum hujusmodi epulis delectari. Ità his lucro sunt capti superstione animi. Post talium vanitatum adspectum, vicum eundem in quo illud templum erat repetebamus: Bramenes enim dixerat, fore, ut circa vesperam Pagodus animi causa ambulatum produceretur. Eum ritum inspicere & nos ardebamus. Horâ opportunâ campana quam alibi a Christianis acceperant pulsata populum convocabat. Tum ex istis fasciis explicatus Pagodus pallanquino imponitur, ac ab honoratissimis viri gestatur, comitante turbâ, solito tympanorum ac tibiarum strepitu. Post deambulationem deinde aquâ fœtida abluitur, suisque demum cunis imponitur, ut cibum capiat, cuticulamque oblatis rebus curet.

Banianes impostor mirificus.

Martyres Ethnicorum.

Iter Iohannis Hugonis versus firmâ terram ubi ceremonias Ethnicorum contemplatur.

Templi & imaginis descriptio.

Pagodi ex auro fedos.

Pagodi exitus.

Digitized by Google

Discedunt fusis precibus, celebratisque sacrificiis cæteri. Bramenes solus postmodum curam gerit, iisdemque epulis se suosque suaviter exhilarat. Hæ gentilium vanissimæ ac deplorandæ superstitiones sunt, quibus vitæ sequentis æternitatem promereri se posse arbitrantur. Vt pateant lectori, figuræ sequuntur Pagodorum, Vitulorum & Meskytarum Maurorũ ac Machometanorum, qui inter Malaberes habitant, cum aquæ urnis ad ablutionem solemnibus.

CAPVT XLV.

Animalia India.

MVltis India armentis ac pecudibus inlustris est, bobus, vaccis, ovibus, suibus, capris, hircis, &c. vili pretio, verùm, non ita suavi carne ut in Europa ob calorem regionis. Goæ optimæ notæ vacca sex *Pardauvis* emitur. Boves in cibum vix mactantur, ad agriculturam duntaxat reservati. Porci, oves & capreæ suis item preciis comparantur. Ovilla caro parvæ æstimationis est, ac in vilem ibi cibum cedit, interdicta etiam infirmis. Suilla autèm caro salubrior est, ac a medicis facilius ægris conceditur. Oves ibi in quinque partes distribuuntur, cauda enim pro parte cedit, quòd ea pinguis, & lauta sit, ac crassa admodùm. Bubalorum ingens passim numerus visitur, vix tamen cibi causâ occidũtur, nisi in egenorum gratiam. Lac tamen expetitur. Ideo per totum diem famulæ ac Canarini cum lacte bubalorum, ac capreãrum, flore lactis optimo, & recenti butyro ad venditiones discurrunt. Butyrum minutis particulis frustatim venditur. Caseos quoque albos admodùm exiguos conficiunt, sed siccos valde & salsos. Apri, lepores, cuniculi, cervi & cervæ, parvo numero inveniuntur. Gallinæ, capi, perdices, columbæ ingenti multitudine scatent undique. In Goæ insula viciniſque locis multi passeres existunt & quædam fringillæ: Sed Cochini ac circa tractum Malabar, nequè passeres, nec fringillas aut minores aviculas invenire licet. Vespertiliones India habet complures, magnitudine eximia, infestas fructibus ac arboribus, ità ut Canarini pernoctare cogantur ad custodiam, quam etiamnùm vix tuentur. Indis e vespertilione gratissimus cibus est, ac perdricis loco habetur. Corvi nigri maxima atq. incredibili abundantia passim vagantur, summaque audaciâ fenestras invadunt, ac securé epulas cibumque auferunt. Ita mihi accidit cùm scribenti apertis fenestris corvus mensam invaderet. Nam ex atramentario gossypium rapuit, omnesque chartas harpyæ alicujus instar conspurcavit, me frustrà protervam audaciam impediente. Ferè hæ aves bubalos invadunt, eósque continuis morsibus depilant, atque ideo omnes penè bubali calvi sunt, quas ut abigant paludem petunt, ac aquâ mersi corvum ita eludunt. Etiam glires in India magnitudine nefrendis domos & ædificia subrutis fundamentis, ad ruinas trahunt, murosque perfodiunt, a cattis, qui tantæ magnitudinis animal non audent invadere securi. Aliud glirium genus minutum, pilo rubicundo, odorem aliquem musci habet. Formicarum autem pernicioſa ubique multitudo, omnia edulia, etiam linteamina confestim magno numero invadit. Ideo omnes cistæ ac promptuaria quatuor columnis in India imponuntur, ac a parietibus removentur, ne hisce animalibus adscensûs sit, ac sub columnis pelvis cum aqua ponitur, & si siccata tempore neque renovata fuerit, continuo formicis omnia plena sunt. Etiam sub lecticis eadem vasa habent, ut somnus securior ab infesto harum formicarum cursu & morsu sit. Aviculæ ex Canaria aliæque fringillæ, quæ ex Lusitania a quibusdam causa delitiarum in has partes adferuntur, ut tutæ sint a formicis baculo impositæ stant, cui vas cum aqua subsit, alioquin morsu aculeato petitæ a formicis mox interirent, etiàm si funiculo suspenderentur, cùm & per funiculum bestiolæ conscendant. Milites atque pauperiores, quibus non ita facultates suppetunt, ad cistarum cum pelvi emptionem, cibum si quid (quod raro cõtingit) superfit involutum strophiolo ex clavo ad murum demittunt, circulo carbonibus facto, qui cursum formicarum scandentium impediat. Aliud formicarum genus digiti longitudine ac colore rubro, agros, herbas, fructúsque maximo agricolarum damno invadit. Blattę tineæque omnia ibi vestimenta sordidâ perforatione corrumpunt. Ideo vix vestem præter quotidianam habeas. Chartam librósque difficultèr ab injuria vermium fullonumque servant. Etiam cimices ubique multi. Crabronum deindè genus volatu pernicioso cibum, oleum, butyrum, aliáque liquida invadit, nullis pene operculis prohibiti, penetrant cuncta, ipsaque linteamina notis ac lituris deturpant, adhærentibus ovis syrupi instar, lentâ tenacitate. Multitudo harum muscarum multò maxima est; magnitudine apes bis superant, ac *Baratte* vocantur, ut formicæ inter Indiæ mala ac clades haud immeritó computatæ. Tigres alit terra interior; fera alia animalia Leones, aprosve ignorant. Serpentum vero ac lacertarum ubique ingens copia, adherent etenim parietibus ac in lecticas & stragula dilapsi lacerti soporem homini superjacentes capiunt, magno terrore. Ideo potentiores sub conopæo amant dormire. Chamæleontes India plures habet innoxios tamen, non alio quam aëris alimento (ut ferunt) sustentatos.

Animalium caro in India non ita suavis ob calorem.

Vespertilionũ multitudo.

Corvorum audacia.

Glires ingentes.

Formicæ apud Indos, infestæ.

Crabronum genus.

Lacerti & serpentes.

Chamæleon.


Annotatio

Digitized by Google

Digitized by Google



Inquilini e Cananor Mahometani infectiſſ.
Luſitanorum hoſtes
Die Machometiſten van Cananor ēn doot
vianden vande Portugeeſen



Incolę Malabarę maritimi inter Goam et Cochina apud quos piper naſcitur.


Inwoonders van Malabar tuſſchen Goa eñ Cochyn aende Zeecant daer die peeper waſt

64 en 65

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Cochini Rex elephante vectus, cum procerum comitatu, quos Nairos vocant.

Digitized by Google



Die Coninck van Cochin op een elephant geseeten verselschapt met sijn edelen diemen Nairos noemt.

64 en 65

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Provincię Pegu incola, auri adamantum et rubinorum ferax, undelacca ſigillatoria advehitur.

Een wt Pegu, waer veel gout diamanten en̄ robÿnen gevonden en̄ het zegellack gemaeckt woort

Incola ex Inſulis Moluco, ubi Carÿoph crescunt, quorum veſtes e ſtramine ſu

Een inwoonder wt die Eÿlanden van Mol nagelen overvloedich groÿen. welcks cleeder



Joannes à Doetechum fecit.

...illa magnâ copiâ
...nt factæ.

...co, daer die Garyophyl.
...n van stroy zyn.

Penequais familiæ, a Divo Thomâ execratę, intotam (ut Indi referunt) pro-geniem

Van penekays geslachten van S. Thomas als die Indianen seggen gantselicken vervloeckt.

64 en 65

Digitized by Google

Digitized by Google

Annotatio D. Palud.

Chamaleon, quasi parvus leo (ut Plinius ait) magnitudine lacerti est, a capite usque ad cauda initium, transversos septem aut octo digitos colligit longitudine; altitudo quinque penè digitorum est, longitudo pedum trium & dimidiati. Hispidus est ac nodosus spinâ dorsi acutâ. Colorem mutat redditque semper eum quem proximè attingit, pallent aut nigrescunt ferè plurimi, cute tenui ac pellucidâ, quæ omnes colores excepto rubeo suscipit. Oculos vertit ac rotat magna commotione hùc illùcque, nullo pupilla motu. Solus animalium nèc cibo nèc potu alitur, nèc alio quam aëris alimento, &c.

Cercophitheci autem plurimi Palmas Indicas, quæ *Cocos* ferunt vastant pernicioscè. Iisdem in arboribus bestiolæ quædam discurrunt quos *Bichos de Palmeiras* vocant, id est, bestiolas Palmæ. Similes sunt viverris, sciuri caudâ, pilis variis ad delitias ac voluptatem expetitæ. Psitacorum tota India libero volatu fœcunda est. Ceterum ex Moluccis insulis aves quædam Malacca Goam deferuntur, similes aliàs psitacis, multis rubri coloris plumis, etiam loquaces ut psitaci; viginti aut triginta pardauvis in India æstimantur. Visum maximè recreant, suaviter garrulæ, adulantúrque linguâ hominibus, quibus caput ac barbam, os & aures lambunt, ad nitorem usque. Ideo inter domesticas aves expetuntur, quòd psitacos cæteraque aves pulchritudine pennarum superent. In Portugalliam ad Regem crebrò missæ fuere, verum infœlici successu. Tenellæ nempe aves ac curâ summâ habendæ, tanti doni gratiam ob gravitatem itineris morte consumunt.

Bestiolæ palmæ.

Psitaci.

CAPVT XLVI.

Elephas.

Elephantes ubi.

ELephantes in multis Indiæ partibus reperiuntur. plurimi tamen in Æthiopia, post Mossambicquam, ubi *Caffres* nigritæ homines habitant, qui eos interficiunt cibi gratiâ, denteque Lusitanis eboris commercio vendunt. In Bengala & Pegua eorundem magna quoquè copia est. Venatu ibi multitudine mortalium adunatâ aliisque mitioribus elephantis sæpè capiuntur, cinctis 2000. aliquando indagine è quibus 100. aut 200. eligunt, cæteris ad fœcunditatem dimissis. Hi postmodùm tempore, minis, fame ac siti aliisque modis mitescunt, ac ad humanæ linguæ intellectum formantur, oleo demum inunguntur ac curâ magnâ abluuntur. Inde domiti rectoribus obediunt, hominibus ingenio similes, à quibus sermone & formâ duntaxat differunt. Regnum Sianę numerosam quoque multitudinem elephantûm habet. Ibi a gente candidus elephas velut rex cæterorum solemni divinoque cultu honoratur.

Candidi Elephantis adoratio.

Ejus elephanti gratiâ magna fuit orta contentio inter regna Sianæ & Peguæ, ut in regnorũ descriptione retulimus. Sed quos insula Seilana mittit, ingenio ac intellectu cæteris mundi totius præstant. Nam (ut Indi astruunt) ab aliis in signum submissionis adorantur, & tanquàm principes coluntur. Omnia onera, dolia, sarcinæ, vasa, &c. maximo ministerio per elephantes in India aguntur. Ceterum Regiis sumptibus sustentantur, quique illorum ope eget rectorem convenit, atque cum eo de vecturæ pretio agit. Rector cervici belluæ insidet pedesque sub auribus extendit, manu uncum tenens, quo testiculos animalis intra aures jacentes stimulat. Id momentum regimini maximum est. Accedente elephanto, ad id quod gestandum est, loro quidèm sarcina librata nè in hanc illamve partem declinet suspenditur; atque ille monitus a magistro lorum proboscide sumit dentibúsque circundat, extremitatem lori ore tenens, pendulam inde sarcinam quo velis defert. Si autem navi imponendum sit vas, ipsa navis ripæ admovetur. Tum elephas id navigio ipse imponit, lapideque subjicit, periculum facturus dentium impulsu. An etiamnùm vacillet. Tormenta etiàm graviora aliáque ex ære aut ferro producunt haud difficulter. Liburnicas biremes, *Caravellas*, &c. soli ex aquis in terram propellunt, tanquàm aliud agentes. In summa carrorum, jumentorum ac vehiculorum ubique usum præstant: Vivunt autem orizâ & aquâ. Somnum capiunt ut reliquæ quadrupedes belluæ, genuaque commodè etiam flectunt. Hyemè cùm imbres (ut ille ait) Iovem deducunt, in Venerem stimulis furibundi agitantur, ità ut recturam nullam admittant. Tum extra urbem aliquo in loco furiosus catenâ ferreâ arbori crassæ adligatur, cibumque ibi sub dio accipit, donec furor transeat, ab Aprili in Septembrem usque, hyberno tempore scilicèt, continuus. Pòst redit pristina mansuetudo, tractabilésque restituuntur iis, qui nullâ injuriâ agunt, verum contumeliosis ac petulantibus nunquàm ignoscunt, memoriâ vindictæ sempiternâ. Dentes ex quibus ebur fit per Indiam magno in pretio sunt, præcipuè in Cambaja, ubi opifices multa ex ebore concinnant, mulieréque *Manillias* sive armillas octo novemve circulis gestant. Inde & ex Æthiopia ac Mossambicqua eo deferuntur. In Seilana insula & Pegua Reges bella ex elephantis ineunt. Gladios quippè dentibus alligant, turresque dorso imponunt, ex quibus quinque vel sex viri balistis tormẽtis ac igneis patinis instructi depugnant, & in hostes conjiciunt. Ipsi quidem ad terrorem turbandósque hostium ordines valent: Verum si unus terga det, cæteri quoque pari terrore proprios etiam homines insigni tumultu conculcant. Murem, glirem ac formicas hor-

Seilanæ Elephantes principes reliquorum.

Elephantum ministeria.

Furor Elephantis.

Vindictæ studium.

Digitized by Google

micas horrent, ne promulsidem subeant. Tormentorum etiam strepitum flammámque timent, nisi tempore fuerint adsuefacti. Cum coëunt mas colliculo sublimior instat, inferiore paululùm fœmina: Clangore pedum auriumque continuo concussu adventum a longé produnt. Velocitatem caballi subinde æquant, gloriâ ac ambitione admodùm æstuosi. Festo die decretâque supplicatione elephantes processioni identidem intersunt, eo ordine, ut juniores præcedant, seniores autèm subsequantur. Tum picti insignibus regiis Lusitaniæ, tibicines quinque vel sex gestant, qui concentu mirifico festivitatem exhilarant, tantâ belluarum incedentium gravitate, ac ad magnificentiam composito gressu, ut ab hominibus nullo in modo ex ea parte differant. Goę aliquando hujusmodi exemplum contigit. Admotus liburnicæ elephas, eam omni nisu in terram protrahere conabatur. Sed grandis erat navis ac solitis major. Ideò cum vires non sufficerent, advocandus erat alter auxilii causâ. Ceterùm rector cum acerbâ castigatione ignaviam increparet, eíque infirmas vires objiceret, ac infamis auxilii pudorem novâ collectâ vi elephas navigium promovere omnem rejiciens opem contendit, tantâ mole impulsuque, ut supra facultates laborando rumperetur, ac necem è vestigio subiret. Eo deinde tempore, quo Cochino in Lusitaniam navigaturus essem, clavus navis nostræ destructus restauratione postulabat. Is alligatus lembo ad ripam primum producebatur, ibi tum duo ligna parata erant, quibus per elephantum aquâ eductus atque impositus facilius laberetur. Ingens erat clavi pondus, quippe quo navis 800. *Lastorum* regeretur, & ipse elephas junior, nondumque adultus oneri nequaquàm sufficiebat; ut in genua anteriora procumbens, altâ voce ac flebili lacrymisque manantibus tædium & ægritudinem circà imbecillitatem suam testaretur, castigante identidem magistro, objurgatoriis verbis, pudoremque ingerente belluæ ob astantium multitudinem. Verum ubi frustrà tentata res nequaquàm succederet, alter elephas admotus fuit, ità pari ope clavus eductus, jam lignis suppositis imminebat: tum ille prior fastidio auxilii, dentibus ac capite socium reppulit, soluque, quod oneris restabat perfecit. Indè cuivis ingenii hujus belluæ facilis consideratio, ambitione cum hominibus pari. Gratissimi quoque sunt ac beneficiorum memores. Novi anni initio rectores a Prorege Archiepiscopo aliisque principibus strenam postulant recepto more. Tum foribus accedentes inclinant sese acceptóque munere genua flectunt, velut redditâ gratiâ dominorum nomine, cujus beneficium velut proprium reputant. Hasce beneficiales ædes cum transeunt, inclinato capite ostium in memoriam venerantur, itémque templi fores, ac crucis imaginem a rectoribus edocti. Ex more suo subinde forum olerum petunt, ibique quisque elephanto aliquid objicit. Erat inter hos Mulier quædam ex oleribus suis elephanto semper benefica. Tempore autèm adventante quo in furorem abeunt bestiæ, nondum prorsus alienatæ, per sex septemve dies cum dominis vicatim discurrunt, qui populum ut aliquid in nutrimentum furiosi elephantis conferat deprecantur. Sed enim regere animal non potens magister, voce tantùm monet, ut caveant atque elephantum furentem ipsi vitent, planè eadem tragædia, qua in Lusitania tauriludia exercentur. Simili insolentiâ agitatus rabie elephas, in forum olitorium quandoquè venerat, omnia ibi evertens, ut homines coacervati timidique hùc illùcque de salute soliciti discurrerent, ædesque aliquas peterent. Inter hos & illa mulier benefica elephanto olim, domum quandam anxiè subiverat, concussáque subito periculo, infantem suum in sporta positum deserverat. Itáq. magnoperè sollicita elephantum cuncta turbantem, ut tyrannum pueri verebatur, ac lacrymis madida clamoréque turbata, jam propinquum filii funus deflebat. Verum elephas accedens ad sportam furoris oblitus subitò, ipsum infantem modestè proboscide excepit, ac impluvio cujusdam officinæ innoxium clementer imposuit, ad pristinam rabiem reditu deinceps facto, renovatóque circa alias res tumultu, cunctis admirantibus, exultante præsertim matre, restituto puero vivo ac integro. Talia infinita per Indiam exempla quotidie oboriuntur, ex quibus pauca duntaxat commemoravi, ut belluæ gratitudine homines nostros admonerem, qui infausta meritorum ac benevolentiæ oblivione, omnem benefacti ex animo memoriam delent, cum & insensatus elephas repetat, quod nos melioribus disciplimis imbuti, sensibúsque præditi, ingratitudinis nebulâ obducimus.

Elephanti supplicantis pompæ intersunt.

Exemplum ambitionis in Elephanto.

Alterum.

Gratitudinis commemoratio.

CAPVT XLVII.

Abada sive Rhinoceros.

INdia *Abadam* sive Rhinocerota non habet; verum in Bengala & Patana reperitur. minores sunt elephanto, cornu breve naribus ostendunt, quod postremâ parte crassius, anteriore acutum eminet, colore cæruleo tristiore ac albo. Porci habent rostrum, pelle rugosâ ac scutulatâ. Cum elephanto simultatem exercent. Quidam hoc animal pro Monocerote habent, quòd nullus uspiam hactenus sit visus, auditu tantum intellectus. Sanè Lusitani adfirmant & Bengalæ homines adstruunt, circa Gangem in regno Bengalæ multitudinem magnam esse harum belluarum, ibique cæteras bestias ad

Rhinoceros ubi.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

beſtias ad potum convenientes operiri, donec rhinoceros biberit, quem pòſt illæ ſitim explent. Cornu enim naribus impoſitum aquam tangit, ob vicinitatem narium & roſtri. Et probatur illud ab Indis adverſus venena, alióſq. morbos ſummoperè. Quin & dentes, ungulas, carnem, corium & ſanguinem, immò ſtercus contra venena laudant, ut & ipſe experimento ſubinde didici. Nequè rhinoceros ubique eâdem præſtantiâ valet; Nam quorundam cornu 100. 200. & 300. pardauvis æſtimatur, aliorum 3. aut 4. dignoſcúntque virtutes Indi certâ ſcientia licèt ejuſdem coloris & magnitudinis ſint. Cauſa autem efficaciæ diſcrepantis ex herbis eſt, quibus aliis in locis optimis ac ſaluberrimis animal victitat, aliis verò non item. Circa Malaccam quoque Sianam & Bengalam capreæ quædam ſivé hirci inveniuntur ſylveſtres, medico item cornu, contra venena, ut ipſe probavi. Has Capreas vocant *Cabras de Mato*, id eſt, Capreas ſylveſtres. Anno 1581. Rhinoceros cum Elephanto Regi Hiſpaniarum Philippo tum Liſbonæ exiſtenti pro munere advenit ex India. Atque hæc de avibus Indiæ terræque animantibus. Plures beſtias aliquis facilè enumeret: ſed ego tantum has deſcripſi, quas communis ſcientia probavit, excluſa ab hiſtoria omni incertitudine circa ignota.

Cornu Rhinocerotis cõtra venena.

CAPVT XLIIX.

Piſces, ac Indiæ monſtra marina.

PIſces Indiæ multi ſunt & quibuſdam guſtus bonus. Optimus eſt quem *Mordexinum* vocant, *Pampanum* & *Tatyngum*. Eſt piſcis *Peixa ſerra* dictus, quem in orbes ſcindunt Salmonis inſtar, ac ſalè condiunt, eſtque excellens valdè & longinquam in navigationem duraturus. Orizâ autem piſces ferè omnes coquunt, cum juſculo quod ſuperfundunt, acidi gratiq. guſtus, ut apud nos uvæ immaturæ ſive acinæ; *Carryl* vocatur. Is cibus illis cotidianus eſt, ſervítque oriza vice panis. Aloſa item ibi bona eſt, ſoleæ, aliique piſces diverſi generis. Squillæ autem tanta magnitudo, ut 12. in cœnam ſufficiant, & cancer item magnitudine ac bonitate excellit, contrariâ ratione cum iis, qui apud nos celebrantur. Lunâ etenim plenâ ibi vacui ſunt, cum apud nos lunâ turgidâ & ipſi ſucco ſingulari alimentoque repleantur. Muſculi ubique multi. Oſtreæ item præſertim circa Cochinum & Comorini caput, ſed eæ non ità æſtimantur. Piſces in India parvo pretio comparari poſſunt: Duobus etenim ſtuveris pro 5. aut 6. hominibus facile prandium ex piſce & oriza ritu Iberorum inſtruas, quæ ſanè vilitas magna eſt, ſi cum pretio Hiſpaniæ ac Luſitaniæ comparetur. Piſces quoſdam *Tiburones*, ſive *Hayos* flumina Indiæq. maria abundanter habent. Hi pernicioſi valdè natatoribúſque infeſti, multos margaritarum piſcatores interimunt, ideóque flumina natatu non frequentantur, conſtructis tantùm ciſternis in quibus ſeſe homines abluunt. Cum Cochini in flumine navis noſtra ſtaret, clauſuſque reparatus antiquis eſſet reſtituendis cardinibus, nauta cum 4. aut 5. ſociis in lembo poſt navigium erat, unuſque loro navi alligatus media ſui parte in aqua hærebat, ut clauum aptaret. Is mox ab hujuſmodi *Hayo* correptus fuit, mordicus amputato crure ad fœmora uſque, quamvis piſcem nautâ remo cæderet. Cùmque homo bonus manu piſcem contrectare vellet, & manum cum medietate brachii parteque natium iterato morſu amiſit, fruſtrà percutientibus ſociis: Cum vitæ tenui ſpe aut etiam voto vulneratus hoc modo ad Xenodochium ferebatur, noſque alterâ die enavigavimus. Hujuſmodi exempla quotidiè in fluminibus, ac mari Indico accidunt, inter urinatores ac piſcatores, qui tanti monſtri morſu vitam crebro amittunt. In flumine Goæ quando oſtium hyberno conſuetóque tempore obturatum eſt, quidam piſcatores piſcem cæperunt, inſolenti figurâ qui deinde delatus ad Dominum meum Archiepiſcopum, ejus juſſu fuit a me depictus; mittebatur ad Regem Hiſpaniæ imago. Is magnitudine juſti canis, porci roſtro, oculis minutis, nullis auribus, contentus tantùm foraminibus duobus, quatuor pedes elephanti pedibus ſimiles habebat, caudamque latam à dorſo deſinentem ac fine planam, ſtimulóque rotundo & acuto. Per atrium diſcutrebat grunnitu porcino, ſquamis corpore in univerſum contecto, magnitudine membri pollicis prioris, duricie infracta, ſupra ferrum, quam nequè gladio penetrare poteramus. Ad contrectationem ſeſe in globi formam cõtrahebat, occultatis extra omnem animadverſionem juncturis ac diſjunctionibus. Ità clauſus nullâ vi reſerari poterat, verùm quietior, paulatim reſolutus, curſus ſueros repetebat. Ceterùm quia piſcium hic inita narratio eſt Hiſtoriam piſcis admirabilem haud impertinenter referam. Illam multi, vel ſupra fidem veri æſtimabunt. Sed pictura in palatio viceregis, teſtimoniaque teſtium probatorum veritatem firmabunt. Cum nomen agnomenque ducis navis, annus, dies, &c. adſcripta ſint, multis qui in eadem navi fuerunt etiamnùm viventibus, quod recens hiſtoria ſit. Res hæc eſt. Navis quædam ſolito curſu Moſſambiequas ex Luſitania Indiam petebat, ſecundo vento reliſque turgidis, optimo flatu, ad lineam directâ navigatione. Cum autem 14. dierum ſpacio eundem ſemper curſum tenuiſſet, nihil ſanè prohibebat & dinumeratione graduum facta apparebat retroceſſiſſe navem, ſummâ omnium admiratione, cùm & tempeſtas faveret,

Mordexinus piſcis Pampanus & Tatyngus.

Piſces parvo pretio emuntur.

Hayus piſcis noxius.

Exemplum.

Piſcis mirus porci inſtar.

Remoræ exemplum.

Digitized by Google

faveret, & experientia docuisset nullos in ea parte maris fluctus esse, qui navigationis fælicem tractum impedirent. Itáque stupentibus cæteris & incantationis aliquam vim occultam suspicantibus, fortè celeustes proram diligentiùs inspexit, ibique caudam magnam latamque piscis animadvertit, qui proram flexu obtinebat curvatæ caudæ, ceterúmque corpus sub carina tendens, capite clavum subibat contráque omnem ventorum vim navem morabatur, retróque trahebat. Eum magnâ contorum vi navales socii detraxerunt, caudâque solutâ navis bono ferebatur successu. Pictura in Proregis palatio memoriæ causa exstat, ibi sæpè nomen ducis, anníque notas legi, sed nunc exciderunt. In Bengalæ flumine Gange Crocodili reperiuntur, marinique angues immensæ magnitudinis, qui piscatores ac lembos sæpe evertunt, terrámque subindè infestant, in viatores lethali morsu, ut cotidiana exempla docent. Cochleæ circa Malaccam formâ ut apud nos D. Iacobi cochleæ tantę magnitudinis extant, ut unam ex arbore pendentem vix duo homines baiuli ferant. Tales saburræ loco Malaccæ navigio advehebantur, quod nostra in classe ad S. Helenam, circa Terceram tempestate frangebatur. Et advehebantur aliquæ per Iesuitas missæ, ad frontispicii monasterii, templique Lisbonæ instructi decorem. Pariter navis S. Petri titulo insignis ex India Cochino Lusitaniam petitura, syrtibúsque D. Petri 6. gra. in Austrum a Goa illisa, fracta fuit. Verùm mortales omnes *Caravellæ* ex tabulis navigii concussi factæ præsidio salvati in Indiã redierẽt. Medio tempore tamen a cancris passi maximos metus. Illi summo numero ac inusitatâ magnitudine homines quos comprehendere poterant elidebant, ideóque arctâ vigiliâ, ac excitatis munitionibus arcebantur. Rei gestæ veritas nupera est, eâque in navi quâ ex India in Lusitaniam proficiscebar, duo navales socii erant, qui eodem in D. Petri navigio cùm fuissent, oculatum testimoniũ præstabant. Picturæ præterea passim in India Goæ idem testantur. Hæc de piscibus monstrísque marinis, quæ certa fide cognovi, relata sint.

Crocodili.

Cochleæ ingenti magnitudine.

Cancri inusitati roboris mireæq. magnitudinis.

CAPVT XLIX.

Fructus, arbores, planta vulgareſque India herbæ; præcipua Ananarum deſcriptio.

Annotatio D. Paludani.

Anana a Canarinis Ananaſa dicta, a Braſilianis Nana, aliíſque in Hiſpaniola Iajama, ab Hiſpanis in Braſilia Pinas, propter ſimilitudinem quam hi fructus cum nuce pineâ habent, ex provincia S. Crucis in Braſiliam allata primùm, mox in Indiam Hiſpanicam, pòſt in Orientalem, ibidem magnâ copiâ creſcunt, magnitudine cìtri aut melonis, colore optimo inter virorem & flavedinem, pereunte quando matureſcunt virore, ſapore grato odoreque placido, inſtar abricoti, cùm & odes in quibus hi fructus ſunt, odore cognoſcantur. Carduo altili a longè non ita abſimiles, echinata perinde folia non habent. Caulis ex quo emicant cardui magnitudine, radices ut carduus habet, cui unus tantùm fructus incumbit, medio ſcapi, aliique minuti circundant, quorum & quidam fructus ferunt. Hujuſmodi in horto meo plantas ex Braſiliæ allatas habui, verùm noſtri frigoris impatientes. Calidus eſt ipſe fructus ac madidus. Ex vino ſumitur inſtar Perſici, facili digeſtione. Verum inflammationem parit & æſtum, depravatione gingivarum, ob tenuia fila quibus diſtinguitur; Fructuum horum ſpecies apud Braſilia populos differentia linguarum varia item nomina habent. Prior Jajama vocatur, longior ac ſapore jucundior, carne flavâ. Altera Bonjama, albo interiori colore, ac ſapore ob dulcedinem nimiam ſtolido. Tertia Jajagna dicitur, eodem albo colore, verùm guſtu vinoſo & acido. Ceterum naturâ ipſa fructus hi paſſim quoque creſcunt, nominanturque ſylveſtres Ananaſſæ. Ha ſcapo lanceæ altitudine aucta, magnitudine aurei mali, echinatis item foliis, ſpiniſque mitioribus cinctis, a porcis manducantur, licèt ſapore haùd ingrato ſint. Planta ipſa cum radicibus ſucci plena eſt; Succus cum ſaccaro mane mixtus, certo adverſus calores hepatis ac renum, ipſáq; renum ulcera, purulentam urinam, virgæque excoriationem remedio valet. Arabes laudant hunc ſuccum adverſus ſacrum ignem, ac Queura indigitant. Qui plura cognoſcere cupit Coſtã legat, Oviedum ac Thevetum. Ananas ſaccaro conditas cucumeris magnitudine ego plures habui.

ANana inter Indiæ fructus ſapore præſtant. Non ſunt quidèm naturales Indiæ, verùm exoticæ a Lusitanis ex Brasilia allatæ, idèo principiò maximis petitæ pretiis pardauvo æstimabantur, nunc verò multiplicatæ vilescunt. Matureſcunt quadrageſimali tempore, tum enim guſtu pollent gratiſſimo. Melonis ſunt magnitudine, formâ coli, aut nucis pineę, facilè tamen ſcinduntur; rubro colore, admixto virore, cubiti fere altitudine excreſcunt. Folia hujus herbę ex Hiſpania Sempervivæ imagine conſpiciũtur, perpetuò etenìm virent, ideoque a trabe domus ſuſpenduntur, arctiora tamen ſunt, ac circa margines ſinuoſa. Manducandi ſeu nucleorum gratiâ in orbes ſcinduntur, ac Perſicum colore maturum repræſentant, pari item ferè ſapore. Verùm delicato guſtu ſupra omnes fructus præſtãt. Succus muſti dulcioris inſtar vix ſatietatem implet. Calidi ſunt, nàm ſi cultrum horæ mediæ ſpacio inſertum teneas, ferè conſumptus erit. Sanè communi uſu hominibus vix nocent, niſi ſuprà modum ſumantur, uſque ad gulam. Infirmis haùd permittuntur.

Ananarum forma.

Succus.

Natura.

Digitized by Google

mittuntur. Vulgò ſcinduntur orbiculatim vinóque merſantur, ſuavémque omnino cibum præbent.

CAPVT L.

Jaqua ſive Jaacca.

Annotatio D. Palud.

Calecuti & in quibuſdam Indiæ locis juxtà mare ac flumina fructus quidam creſcit in Malabar Jaca dictus, in Canara & Guſaratta Panar, & Panaſu, in Arabia Panax, in Perſia Fanax. Ex magnis arboribus creſcit non ex ramis ut cæteri fructus, ſed ex trunco ſupra terram ſub ipſis fòliis quæ magnitudine manus virent, filo duro craſsóque labente per medium. Minores ex hoc genere fructus qui in Malabar optimi naſcuntur melones noſtros magnitudine ſuperant, exteriore autem cortice viridioris coloris teguntur in ſimilitudinem nucis pineæ coacti, licèt cortex adamantis in aculeum formati ſpeciem referat, nullo tamen acumine, quamvis a longè aliter appareat. Introrſum vero flavi echinatis ſpinis veſtiuntur. Qui Goæ creſcunt diſſimili ac non ita bono ſapore ut in Malabar probantur. Maturitate plenâ menſe Decembri vigent, optimeq; olent. Sunt autem duplici ſpecie: optima Barca vocatur, altera Papa, non eâdem bonitate & tactu molliore. Præſtantiſſimi 40. Malvadiſis ſive Realo fere emuntur. Matureſcentes colorem atrum adipiſcuntur, duróſque cortices. Quod exteriore putamine nucem ambit, varios ſapores habet tum melonis, mox perſici, guſtu tamen ſapidiore, inde ſuavi, poſtea citri, eâdem jucunditate palati, licet durioris ſint digeſtionis. dejiciuntur enim nondum percocti, prout deſumpti fuerant. Si quis in longitudinem fructus hos ſecet aperiátque, introrſum albeſcunt, carne coactâ capſuliſque diſtinctâ, quibus oblongæ nuces craſſiores majoréſque dactylis noſtris continentur. Illa cinericia pellicula obtectæ, album nucleum ut caſtaneæ noſtræ habent, crudæque deſumptæ terreſtres ſunt, guſtu acuto & flatuoſa qualitate, aſſatæ tamen ſive elixæ caſtaneārum inſtar, valdè palatum delectant libidinémque excitant, ideò maximè expetitæ. Ventris fluxum quoque reprimunt. Pulpa exterior ſtomachum valdè onerat, malos ac venenatos humores producit, ideòque qui plurimum hiſce fructibus veſcuntur, faciliè in peſtiferum illum morbum incidunt, quem Indi Morxi nominant. Qui plura ſcire deſiderat, is Ludovicum Romanum legat 5. lib. & 15. cap. Navigationum, Chriſtophorum a Coſta cap. de Jaca, & Garciam ab Horto 2. lib. cap. 4.

Jaacca ubi creſcant.

Quomodo.

Jaacca ex magnis arboribus nuci ſimilibus creſcunt, circa littus maris ſive marinis in locis, aliàs contrà omnium fructuum naturam: nam ſupra terram ex trunco tantum ac nodis ramorum dependent, verùm ubi rami diſperguntur nullæ creſcunt. Melonis feré formâ ac magnitudine conſpiciuntur, ita tamen quædam graves, ut vix attolli queant. Ananis extrinſecâ formâ haud abſimiles ſunt, nitidiores tamen & colore ſubviridi. Fructus interior folliculis clauditur, ut caſtaneæ, aliâ tamen formâ. Folliculus quiſque fructum habet, qui medietate albus, reliquâ parte flavedine monſtrat, naribúſque adhæret favi inſtar, cui haud diſſimilis eſt lentore & guſtu. Fructus hic extrinſecùs caſtaneam circundat formâ glandis, ſi poſterius viride putamen adimatur glandi, eâdem magnitudine, aut in quibuſdam pauló uberiore. Fructu extrinſeco conſumpto ipſæ caſtaneæ aſſantur, ac elixantur probè, caſtaneiſque Europæ ſapore haud abſimiles exiſtunt. Folliculi aliquando tales centum in una Iaacca ſunt, & plures ſubindè pro fructus ipſius magnitudine. Duplex *Jaacca* genus eſt. Optimum quod *Giraſal* vocatur. Vilius *Chambaſal*. Formâ tamen aut arborum facie non diſtant, niſi quod *Giraſal* guſtum habeat ſuaviorem. Ceterùm hiſce nominibus *Giraſal* ac *Chambaſal* Indi quoque orizam aliáſque merces diſcriminant. Quod præſtantius eſt ſemper *Giraſal* vocatur, quod deterius id *Chambaſal* dicitur, diſtinctis ita pretiis. Iaaccæ omni tempore anni habentur.

Forma.

Iaaccæ duplicis.

Giraſal ac Chambaſal nomina bonitatis mercium Indiæ.

CAPVT LI.

Manga.

Annotatio D. Palud.

Manga item ex magnis arboribus ut Jaacca creſcunt, plurimis ramis, oviqui anſerini magnitudine ſunt, cum in quibuſdam locis Indiæ duo pondo & quod excurrat pependerint, colore ſunt diverſo, quibuſdam pallidus viror eſt, aliis flavedo, aliis cum rubro mixtus viror, guſtu gratiſſimo, ac jucundiſſimo etiàm ſupra Perſicum quandoque. Quod ad nomen attinet, communiter Manga vocantur, Canarinorum linguâ Ambo, a Turcis & Perſis Amba. Ab Aprili uſque in Novembrem ex arboribus pendent, juxtà locorum ſitus. multis in provinciis naſcuntur, ſed optima in Ormutiana, ibi cæteris fructibus præſtant. Has ſequuntur quæ in Guſuratta creſcunt, unde & nomen habent, minores quidem ſunt, odore tamen gratiore. Intus nucem habent minutam. Tertium locum obtinent, quæ in Ballagatta inveniuntur, magnitudine ad 2. pondo & quadrantem, palato ſuaviores, quàm illæ quæ in Charanna, Quindor, Madanagor, & Dultabado, præcipuis Regis Nizamoxæ civitatibus, ac in Bengala, Pegua & Malacca proveniunt. Culleolâ adempta Manga orbiculatim conſciſſa manducantur cum vino, etiàm abſque eo, quemadmodùm nos hic Perſica ſumimus. Condiuntur quoque ſaccaro, oleo, aceto, ſale, ut in Hiſpania olivæ, cultro aliquantulum aperta ac zingibere, allio, ſinapi, aliiſque talibus injectis. Cum ſale aliquando obiter tantùm comeduntur,

Digitized by Google

comeduntur, ac oriza etiam cocta, quemadmodùm hic oliva, eóque ritu condita ac cocta ad forum deferuntur. Fructus hic frigidioris humidioriſque qualitatis eſt, licet vulgo calidior habeatur. Stomachi dolores & convulſiones (ut ajunt) generat. Et Medici quoque Gentiles calidum hunc fructum judicant, quòd & ignem ſacrum, febres ardentes, tumores ac ſcabiem producat, verum ego hujuſmodi mala exiſtimo oriri ex putredine, quam in ſtomacho quibuſdam facit, magnoſque ob calores, qui eo tempore, quo Manga florent etiàm abſque earundem eſu mortales in varios morbos impellunt.

Ante maturitatem, contrahit aliquo modo palatum, præcipue illa penitior pars, quæ nuci accedit, mox maturus adlubeſcit ſapore amæno. Nux culleolam duram habet filis durioribus cinctã, & teſtam; eâ nux oblonga continetur, magnitudine glandis, intùs alba, extrinſecùs quoque albâ pelle contecta, ſapore amaro cruda, ideoque valet adverſus Lumbricorum mala, & toſta contra Diarhœam, tum guſtu glandis. Aliud horum fructuum genus amœnum valdè, ſine oſſiculis reperitur. Eſt & tertium genus ſylveſtre (Mangas bravas vocant,) veneni eximiâ virtute. Necant enim continuo cum oleo deſumpta, nullo hactenus invento antidoto. Sunt virides levitèr, colore fulgentes aliquantulum, lacteo ſucco plena, carne ſive pulpâ tarâ, nux cortice duriore tegitur, magnitudine mali Cydonij.

MAnga ex arboribus Jaacca ſimilibus creſcunt magnitudine Perſici majoris, ſed oblongâ formâ, ac aliquantulum incurvatâ, colore viridi nitido, inclinante ad flavedinem ſeu rubedinem. Officulum habet majus quàm illud quod Perſico continetur, ad eſum nequaquàm commodum. *Manga* introrſum flaveſcit, lanuginoſa quando ſcinditur, licèt aliquę lævigres ſint. Sapore ſunt gratiſſimo, quo & Perſicum ſuperant: Cum *Ananis* inter optimos quæſtuoſiſſimoſque fructus Indiæ computantur. Victum enim abundè præbent, ut in Luſitania ac Hiſpania olivę. Carpuntur etiamnùm virides ac ſale condiuntur ollis incluſæ, valentque ad cibum cum oriza, quam in aqua elixant, ut grana etiamnùm integra durent, ac tùm cum ſalitis Mangis manducant, communi mancipiorum ac plebis cibo, quibus & piſcis ſalitus Mangarum aliquando vice, cum oriza ſervit: nam ea loco panis eſt. *Manga* ſale conditæ ſciſſione ut olivæ Hiſpaniæ albæ apparent, eodem fere guſtu, ſed aliquantulum acidiore, abſque amaritudine acerbo. maximâ ſunt uſque ad miraculum copiâ. Aliæ quoque ſale aſperguntur, & zingibere, allioque implentur. Hujuſmodi *Mangas Recheadas* vocant, magnoque in uſu ſunt, non tamen ita communi, ut cæteræ. Lautiores quippe ſunt minoriſq. pretii. In ollis cum aceto, ac oleo ſalitæ ſervantur. Quadrageſimali tempore maturitatem induũt, ac ad Auguſtum uſque durant.

Manga olivarum inſtar.

Condimentum.

CAPVT LII.

Cajones.

Annotatio D. Palud.

Ex magnis arboribus hi fructus creſcunt. Malo haud diſſimilibus: verum tenella etiamnum arbores folia habent Lauri, viridi colore dilute denſâ, flore albo ut Medica malus, plura tamen folia dant, odore nequaquam perinde ſuavi. Fructus ſunt formâ & magnitudine ovi anſerini; aut majoris pomi, flavi valde, odore bono, intus ſpongioſâ & ſucculentâ carne, ut limones, abſque granis, dulci ſapore, licèt guttur aliquantulùm ſtringant. Orientalis Indiæ proprii non videntur fuiſſe: verum eo ex Braſilia allatos volant, ubi nuces plurimum comeduntur licet Thevetus cap 61. in deſcriptione Americæ aliter tradat. In hujus fructus extremitate nux creſcit, formâ renum leporis, quales ego domi plures habeo, allatas per Luſitanum gubernatorem navigu, cinericio colore & ſubinde ruſſo. Nuces hæ culleolam duplicem habent, & interfluit ſpongioſa ac pinguis materia, olei inſtar acuta & fervida, ſed intùs latet nucleus albus, eſui commodus ac ſuavis, Piſtaciorum ſimilitudine, pelle cinerea quam demunt, obtectus. Comeduntur hæ nuces levitèr toſtæ, ac Venerem excitant; loco bellariorum fructus cum nucibus apponuntur, ipſi fructus cum vino aut abſque eo ſumuntur, ac præter ſaporis ſuavitatem juvãt debilitatem ſtomachi, contrà vomitus & faſtidia cibi. Quibus in eum finem non expetuntur aquâ eoſdem modice maceratos conſumunt.

Oleum illud ſubtilius inter culleolas duas ſcabiem ſacram, & maculas cutis tollit: Braſilię populis contra ſcabiem valet. Ex nuce arbores hæ propagantur, cum fructus nec ſemen nec grana habeant. Quidam Anacordorum e genere Cajones autumant, ob ſimilitudinem ſuccii illius acutioris, inter culleolas: legito de hac re latius, Caroli Cluſii obſervationes in Garciam libro 2. cap. 3.

CAjones arborem ex quâ naſcuntur habent mali imagine, pirique ſunt magnitudine, poſteriore parte in mucronem deſinente, anteriore craſſa, colore flavo. Maturi molleſcunt alitèrq. planè quàm poma creſcunt. Nam quo loco Poma caulem habent, ibi *Cajones* caſtaneam oſtendunt, magnitudine pollicis prioris articuli, alio ſane & diverſo a caſtaneis Jaqua colore. Saporem quoque gratiorem habent; verum aſſari debent. Introrſum albeſcunt ut caſtaneæ Europæ putamine tamen craſſiore, cui cæruleus color ac luridus eſt. Crudas nemo ſecurè ore aperiet, quod continuo cutem abradant, magno dolore eorum qui ignari temerè eas reſerant. Ideò cultro aperiuntur, aut igne

Cajones ex quâ arbore.


Digitized by Google

Digitized by Google



Horrendæ Idolorum effigies, quę in omnibus viarum angulis obuia Indi proſtrati paſſim et donarijs proſequuntur, a Bramenis ſacerdotibus, ob ſapientiæ opinionem, apud illos magni habitis, Pagodes dicta.

Strickelicke beeldenisse der Indiaensche afgoden geſtelt op alle hoecken van de weegen welcke sij [illegible] offerhande doen en seer devoetelicken aenbidden van haer papen Bramenes (die om opinie van wysheyt daer seer geacht sijn) Pagodes genaemt.



adorant

Mesquita seu templum Indorum Mahometistarum quæ secta totum fere, orientem pervasit.

ner

Mesquita ofte tempel der Machometische Indianen welcke seckte bynaer geheel Orienten doordrongen heeft

66 en 67

Digitized by Google

Digitized by Google

aut igne uruntur ut manducari possint. *Cajones* ipsi ea parte quæ anterior est pomo, caulem habet insitum arbori. guttur autem peculiari natura cum deglutiuntur stringunt, gustu acido & succulento. In orbes ideo scinduntur, adjunctâ aquâ, sive vino, saléque injecto, quibus modis adstringendi illa facultas mitigatur, palato ita gratissimi. Eodem tempore quo *Mangæ* matureſcunt; *Mangis* tamen *Ananisque* cedunt; viliores enim sunt, & per Indiam copiosi.

CAPVT LIII.

Iambi.

Annotatio D. Palud.

In India & alius fructus restat ob pulchritudinem, ac suavissimum gustum, medecinalemq; potentiam descriptione dignissimus, ideò apud Indos valde gratus ad quos ex Malacca primùm delatus fuit.

Arbor ex qua crescit magnitudine Hispanicis malis medicis par est, multis dispersa ramis in latitudinem, umbrosa, pulcherrimo adspectu. Truncus majoresq; rami luridum corticem habet. Folia nitida sunt ac lævia, palmæ latitudine longiora, similitudine ferri lanceæ, crasso filo in longitudinem distincta, discurrentibus undique venis. Exteriùs virent prorsum, introrsum vero pallent magis. Flores sunt purpurei coloris, vivo adspectu, ac claviculorum vineæ gustum habet. Fructus piri magnitudine visitur, sunt autem duplici specie distincti, quarũ una colore fulvo ad nigredinem inclinante fine ossiculo fere est, ac gustu alteram vincit, qua coloris purpurei, rosaceo amano odore, ossiculum album ac durum continet, non planè rotundum, magnitudine ossiculi persici, asperâ pelliculâ contectum. Suavis & illa palato est, frigidæ ac humidæ facultatis, mollis, tenui folliculo tecta, quem cultro vix adimas. Arbor radices altè agit, quartoq; anno fructifera, sæpéque in anno ferax, adeò ut nunquàm absq; fructu, aut flore aspiciatur, nam & eodem in ramo maturi ac immaturi Iambi, etiàm flores reperiuntur, contrà aliarum arborum naturam, decidentibus continuo floribus, ut ipsa humus colore purpureo picta videatur, quibus mox alii succedunt, rediviva semper sobole. Maturi Iambi facile arboris motu decidunt; si tamen ramos vellices, ut eo facilius carpere queas, ipsi facilè rumpuntur. Ante alias epulas hos fructus in mensis comedunt, ac passim interdiu. Malavarenses & Canarini Iambolinos vocant, Lusitani incolæ istius terræ Iambos, Arabes Tupha Indos, Persa Tuphat, Turcæ Alma. Arbor a Lusitanis Jabeiro appellatur. Flores fructusq; saccaro condiuntur quibus tùm in febribus fervidis utuntur ad sedandam sitim.

Iambi arbor.

ARbor *Iambi* magnitudine prunis æquatur, estque ipse fructus admodùm jucundus atque in adspectum amœnus, magnitudine pomi. Colorem habet rubrum albicantem, tanto splendore ut picturam, aut ex cerâ factam imaginem æmuletur, gustu præterea optimo, odoréq. ad aquæ ex rosis fragrantiam. Introrsum albet, atque ipso esu madidus & aquosus probatur; eximietate præstanti, si vel odorem, vel saporem spectes, ideóque nec infirmis interdicitur, ut cæteri fructus, quòd nequaquàm noceat. Flores quoque arboris admodùm vernãt, ac mirificè oblectant odore, & albo rubroque colore. Quotannis quatèr quinquiesve fructificant arbores, jucundâ sane vicissitudine, cùm una subindè pars deciduis foliis maturos fructus habeat, altera adhuc recentibus, ac floribus etiamnum odoriferis, spem tantùm novi partus ostendat. Ità toto anno varia hyemis æstatísque species una in arbore adolescit. Ossiculum habent interius album *Iambi* qualem fere Cypressi fructus. Fructus descriptio. Fœcitas multiplex.

CAPVT LIV.

Alii India fructus.

IAngomę in India arborem habent, cerasi formâ, suntque magnitudine prunorum rotundorum, colore subrubro. Ossiculo carent ejusque loco nucleos aliquot minutos habent. Pruna gustu fere referunt, magnóq. sunt numero, ac ideò viliores, Iangomæ.

Annotatio D. Palud.

Iangomæ ex arboribus crescunt, quæ prunis nostris similes sunt, nisi quod spinis undique squallent. Crescunt passim nullâ operâ, & in hortis Bacaim, Chaul & Batecalæ visuntur. Fructus a sorbis parum differunt, rotundi & parvi, contrahunt palatũ ut pruneola. Ossiculum non habent verùm quedã minuta semina, primùm nascentia ut pistacia. Antequam in esum valeat digitis comprimuntur, nec tamen eo modo facultatem adstringendi amittunt, ideò ad obturationes probantur, licet Indis parvo in pretio sint.

Quidam ferunt fructum hunc à certa quadam ave devoratum, & deinde ejectum alvo ejusdem avis, simo terræ mandatum facilius crescere meliori feracitate.

Carambolæ octo angulis, magnitudine minoris pomi, acidum gustum habent, quemadmodùm pruna immatura: Ad conservas fere expetuntur. Carambolæ.

Annotatio D. Palud.

Carambola Lusitanis & Malabarensibus dicta, in Decan Camarix vocantur, in Canarâ Camarix & Carabeli, in Malaccâ Bolumba & a Persis Chamaroch: ex arboribus crescũt similitudine mali cotonea, foliis longioribus majoribusq; domorum nostrorũ, viridibus admodum & amaris, flore parvo quinque foliorũ, colore incarnato, nullius prope odoris, sed suavi aspectu, acetosa sapore. Fructus ipse oblongus est, flavus & velut in 4. partes divisus, sulcis altiùs adactis, in ornamentũ, in medio quibusdam minutis seminibus existentibus, qui ob acorem palato

Digitized by Google

grati sunt. Saccaro conditur magno usu in medecina ac cibo. Maturi ad febres ardentes dantur, loco syrupi ex aceto. Canarini succo utuntur, admixtis aliis medicamentis ibi crescentibus, ad colores conficiendos & vitia oculorum tollenda. Costa scribit se in India obstetricem agnovisse, quæ hoc fructu siccato & in pulverem redacto, adjectis Bettelæ foliis utebatur, ad fœtus abortivi dejectiones. Et in muria hi fructus habentur, quòd grato sint gustu & appetitum cibi excitent.

Brindoini, Duriones, Iambolones, Mangestani, aliique fructus quòd minoris pretii sint, hic a me non describuntur.

Annotatio D. Palud.

Brindoinos Orientalis India dat, qui extrinsecùs aliquantulũ rubent, introrsum vero sanguinei sunt, gustu acerbissimi. Reperiuntur etiam exterius furvi ob maturitatem, leviori acerbitate, licèt eodem sint introrsùm colore.

Multis Indorum fructus hic in deliciis est, verum ob acerbitatem non ità amanus. Tinctores eo utuntur. Cortices adservãtur ac trans mare vehuntur aceti conficiendi gratiâ, quod & a Lusitanis quibusdam usurpatum fuit.

Annotatio D. Paludani circa Iambolinos.

Arbor corticem habet Lentisci, Myrthi formâ, folia Arbuti: sponte passim crescit. Fructus ut majores maturæ olivæ Cordubenses palatum ac guttur admodum stringunt. A Medicis parum expetuntur. Muriâ tamen servantur, ac cum oriza cocti manducantur, quod stomachum acuant; verum Indi nec Iambolinos, nec Iakas inter salubres fructus computant.

Ex Indiâ quam Hispani tenent, per Philippinas insulas, sive Lusones, Malaccam, indéque in Indiam fructus delati sunt, quos *Papajos* vocant, qui formam fere Melonis habent, pugnique magnitudinem. Arbor haùd crescit nisi sit jugata, mare aut fœmina. Mas fructus non fert, sed fœmina duntaxat, sterili etiam fœminâ, si a mare divertat. Arbor in viri staturam justam adolescit, ac majora folia habet. Eratque primùm magno in pretio ob novitatem, quæ nunc planè obsolevit. Habet India exoticas quoque ficus Lusitanię, quę fructum perfectum vix producunt. Mala aurea, assyrica, citri & cæteri fructus passìm in Indiâ reperiuntur, præstantque Hispanicis. Vvas rarò invenias, eas ex vineis ante fores positis aliqui ut in Belgio duntaxàt colligunt. Ceterum circa nativitatem Domini, ac quadragesimam ex terrâ Ballagattæ firma à Decaninis aliisque Indis uvæ Goam deferuntur, quæ tamen Hispanis cedunt, licet majoris, cæterorum fructuum intuitu, pretii sint. Plurimi etiam in Indiâ melones sunt Hispanis tamen bonitate inferiores: cum saccaro enim ferè manducantur ut meliori gustu sint. Verùm alterius generis sunt, quos *Patecas* vocant sive *Angurias*, aut melones Indiæ vocant, colore subviridi ac intrinsecùs albo, nigris nucleis, aquosi valde ita, ut succo mox os repleant, dulces admodùm, refrigerant maximè, & post prandium ideo expetuntur. Cucumeres & raphani maximâ sunt copiâ, brassicæ itèm, sed quæ bonitate Europæis cedant, non enim incremento consummatæ folia claudunt, verùm temerè dissipata patulæ ostendunt. Lactucæ genera vix habeas, ut nec herbam ad oleris confectionem. Flores herbæque beneolents parvo numero sunt, exceptis rosis & rosmarino, quibus tamen odor parvus sit. Campi nullis omnino floribus distinguuntur, gramine tantum puro virides hyeme nimirum, cùm pluvia madescunt. Æstate torridi viroréq. orbati jacent. Quidam verò arborum flores toto anno durant, quos *Fullos* vocant, inter vestimenta ac linteamina boni odoris gratiâ collocati mulierum singulari studio. Alia autem florum herbarumque genera, quibus Europa undique nitescit, nusquam apparent, licet ab Indis summopere expetantur, ac narratione intellecta summo studio desiderentur. Ex figuris autèm quas hic ostendimus Iaaccæ, Ananæ, Mangæ, Cajones, ac Iambi patent, etiam Zingiber, de quo posteà, ad vivam effigiem, licèt folia non ita ad venarum nervorumque proportionem respondeant, ut communis herbaristarum ratio fert. Ego tantùm hic figuras crescentium fructuum, prout eos inspexi, præbere conatus sum, ad aliquam historiæ nostræ lucem.

Papajos fructus.

Gaudet arbor conjugio.

Vvæ in India raræ.

Melones.

Melones Indiæ.

Brassicæ.

Flores in India haud multi.

Floresodoriferi.

Folia ficus.

Fructus.

CAPVT LV.

Ficus Indiæ.

Ficus Indiæ multiplex est, modò crassiore, modò tenuiore formâ, diversis præstantiæ notis. Verùm eadem omnibus imago ac color idem, arbórque ipsa eodem modo viri staturam æquat. Folia habet ulnæ magnitudine, tres dodrantes lata, iis Turcæ utuntur chartæ bibulæ vice ad cucullos. Lignum arbor non habet, sed similitudine arundinis truncum. Quod senescente arbore exteriorem corticis partem tegit, in modũ cribri ex pilo facti figuratur, aspectu tamen crassius aliquantulùm: introrsùm eadem folia cucullata ac clausa apparent, in medii hominis altitudinem, tum explicant sese ac per vices excrescunt ita ut vetera a recentioribus successione quadã expellantur, donec arbor justo incremento steterit fructúmque maturum protulerit. Folia in medio crassiorem, quo dividuntur, nervum habent. Inter folia ex arbore surgentia flos nascitur, magnitudine ovi Struthionis, colore purpureo, ex eo longiore incremento ramus prodit non ligni quidem materiâ, sed caulis brassicæ ficus coacervatas abundè proferens. Primo quidem fabarum formam

Digitized by Google

formam habent, cùm adhuc voluulis includuntur, magnitudine medii palmi pollicésque tres aut quatuor latæ, cucumeris crassitiem nanciscuntur. Ramus hic fere semper 100. ficus habet, plus minusve, quæ ut uvæ in nodum coguntur. Racemi indè quidam ità magni, ut duorum virorum baculo bajulantium onus impleant. Nondum planè maturi scinduntur, cùm inter viriditatem & flavedinem etiamnum hærent, tum alibi a trabe suspēsi, intra 4. aut 5. dies commodè matureſcunt. Arbor ſive planta unicum duntaxàt racemum fert, quæ mox tota detruncatur, ac menſis ſpatio juſtis denuò incrementis adoleſcit, & fructum toto anno ità perpetuum fert, tantâ abundantiâ, ut communiter Indis in cibi uſus ſerviat, guſtu ſane bono, decorticantur autem, folliculis inſtar fabarum exiſtentibus, licèt aliqui tenuiore ſint tegmine; interius albeſcunt, ac morſu farinam & butyrum dulci mixtione repreſentant, ideo panis ac lacticinii loco ſerviunt, ſimplici victu, quo corpus hominis abſque alio cibo facile poſſet ſuſtentari, ut in India multi ſunt, quibus toto vitæ tempore particularis cibus ex ficu eſt. Plurimas ac communiores Luſitani *Figos d'orta* vocant, quaſi hortenſes dicerēs, ſuntque aliquantulum craſſiores. Aliæ quas *Senorinas* dicunt minores ac extrinſecus læviores, velut optimæ notæ ſuavi odore pollent, ac guſtu percommodo. *Cadolinæ* ficus etiam in pretio ſunt, ceterum maxima laus *Chincapolinis* eſt, regionis Malabar. Flaveſcunt illæ parùm, viriditate exteriore maximâ, largæ ac proceræ, odore ſuavi, ac aquæ roſaceæ æmulo. Sunt & alia genera. Quæ in *Canonor* reperiuntur palmi longitudine, ac craſſitudine pro ratâ, ob magnam ibi copiam ſiccantur, ac demptis folliculis per Indiam, mercaturæ quodam genere, diſtrahūtur. Quando matureſcunt aſſantur plurimùm, quòd crudæ ob acrimoniam, quam in deglutiendo adferunt, non perindè gratæ ſint. Colore introrsùm rubeſcunt. Ceterùm aſſatæ decorticantur, ac in orbes ſcinduntur, adjecto vino caſſiâque contuſâ, præſtantiâ cibi ſuaviſſimâ, etiam ſuprà Cydonii mali aſſati excellentiam. Vt cæteræ oblongâ ſciſſione finduntur, ſaccaróque injecto toſtæ, condimento probo, ab Indis ſummoperè expetuntur. Ex ficubus quippè præcipua plebi ſuſtentatio. Eæ omnibus Indiæ ac Orientis locis inveniuntur, ut & Moſſambicquæ, Ormutii, ad oram Abex, Malabar, Malaccæ, Bengalæ, &c. Guſarattæ, Decanini, Canarini, Bengalenſes, eas *Quelli* nominant, Malabares *Palan*, Malacitani *Pyſan*. Etiàm in Arabiâ reperiuntur, quas *Muſa* vocant, Hieroſolymis, Damaſci, Cayri itèm habentur, ut ab iis accepi, qui iſtis in locis negotiantur; perſuaſum inde quibuſdam, primum patrem Adamum, ex hoc genere fructuum cum peccato guſtaſſe. Verùm cùm in Teſtamenti veteris hiſtoria legimus, exploratores Terræ ſanctæ racemum uvarum retuliſſe, cui geſtando vix duo homines ſufficerent, mihi hujus fructus recordatio ſæpè incidit. Num talis ille racemus extitiſſet, qui eodem more ab Indis ad domum Archiepiſcopi Domini mei tranſlatus, haud falſa illius hiſtoriæ imagine, apparebat.

Racemus quē duo viri vix bajulant.

Ex ficu duntaxat quidam victitant.

Differentiæ.

Ficus Canonor.

Ficus paſſim reperiuntur.

Exploratores Terræ Sanctæ quod genus uvarum retulerint.

Annotatio D. Palud.

Ficus Indica apud Arabes non Muſa aut Amuſa, ſed Moris vocantur; arbor vero Daracht Moris. A Braſilianis Pacona & arbor Paguover, à Brocardo in Terra ſanctæ deſcriptione Paradiſi Mala, ab Oviedo hiſtoria Indica libro 8. cap. primo Platanus, in Guinea Bananas, in Malabar Patan, in Malacca Pican, in Canara, Decan, Guſaratta & Bengala Quelli. Sunt & Avicennæ, Serapioni, ac Rhaſi certis capitibus deſcriptæ. Avicenna ſane libro 2. cap. 491. de hujus fructus virtute ſcribens, eas parvum alimentum præbere refert, quòd & Bilem ac pituitam generent, ſtomachum offendant, ideo calidis poſt deſumptionem ficuum hujus generis, acetum cum melle, ac ſeminibus refrigerantibus præberi ſuadet. Adverſus calidam pectoris & renum intemperiem conducunt; urinamq; cient. Rhaſis ſimiliter lib. 3. Medicinarum, cap. 20. ſtomacho eas nocere ait, quod & ego in Syria exiſtens illarum eſu probavi. Appetitum macerant in cibos, alvum excitant, ac gutturis cruditatem leniunt. Serapio libro Medecinarum cap. 84. huic fructui primum caloris ac humiditatis gradū tribuit, & quod pulmonis ac pectoris caloribus medicus ſit ſcribit, verùm ſuprà modum ſumptum ſtomacho gravem eſſe. In fœminis fœtus incrementū eodem autore adjuvat, renibus conducit, urinamq; ac Venerē excitat. Indorum medici ficus in febribus aliiſque morbis probant. Paradiſi autem mala, meo judicio has ob rationes vocantur: Quod amœno & ſuavi guſtu ſint, odore item ac colore probentur; guſtus etenim acidus dulcedinem habet adjunctam. Odor velut roſarum nares adficit. Color autem flavus pulchrè item viridis oculos paſcit. Accedunt figuræ crucis, quæ obliquâ fructus ſciſſione apparent, de quibus Syriæ Chriſtiani varia referunt, ac peregrinis eaſdem oſtendunt. Qui plura deſiderat ſcitu digna, ſuper hoc fructu commentaria doctiſſimi & peritiſſimi viri Caroli Cluſii in Garciam ab Orto legat, quæ abunde lectori ſatisfacient.

Iniami item ac *Batatæ* in India magno numero creſcunt. *Iniami* ſunt ſiſeris formâ, craſſiores tamen, ac nodoſiores, pari ubique craſſitie. Sub terra creſcunt veluti Bulbocaſtana, colorem habent muſtellinum, introrsùm autem albicant; Bulbocaſtanis tamen ſuavitate guſtus inferiores.

Iniami.

Annotatio D. Palud.

Iniami hoc anno nobis ex Guineâ allati ſunt craſſitudine viri cruris ubique æquâ; exterior

Digitized by Google

cortex mustellini coloris est, interius admodum albent. Assati ac elixi gustum optimum præbent, ac cibum Nigritis præstantissimum.

Batatæ. *Batate* colore sunt rosaceo, ab Iniamis alioquin non discrepant, suavitate tamen superant, bulbocastanis similes. Hi duo fructus per Indiam maximè vigent, Iniami præsertim, qui cum ficubus famem vulgi pari concupiscentiâ explent. Assati ferè comeduntur aut alio modo cocti, ut apud nos brassicis & rapis fit.

Cibus vulgaris.

CAPVT LVI.

Palma Indiæ quæ Cocos nuces fert.

Nomen arboris Palmæ. ARbor hæc vulgaritèr à plurimis Indorum, Persis & Arabibus *Maro* vocatur, nucesque *Narel*. Malavares eam *Tenga maram* nuncupant, maturúmque fructum *Tenga*, immaturum etiamnùm *Elevi*. Goæ *Lanham* indigitant. A Lusitanis autem fructus *Coquo* dicitur, ob tria foramina, quæ in eo conspiciuntur, Cercophitheci capiti haud absimilia, ab Avicenna *Jausial Indi*, id est, Nux Indiæ. Malacitani arborem *Tricar* nominant, fructum verò *Nihor*. Estque hæc universæ Indiæ utilissima arbor, ut ordine suo explicabimus: colliguntur autem plurimi fructus in Maldivæ ac Goæ insulis, uicinisque terris, etiàm in ora Malabar. Vnde & frequens commercium ex fructibus, quos in alias terras deferunt. Arbor proceritatis eximiæ, in altum excurrit, palmi minoris fere crassitite. Folia non nisi in cacumine generat, quæ se ut in dactylo dilatant, sub foliis, velut clypeo, fructus latent; juncti inter se decem subindè numero, rarissimè enim unicà nux separatim prodit. Flos castaneæ flori haud absimilis est. Lignum spongiosum rarâ densitate, nec perinde firmum visitur. Amat ripas, ac propter aquam libentissimè crescit, arenosis in locis. Interior terra nullam Palmam hujusmodi fert. Radix ipsa tenui spacio porrecta, contrà fidem ferè terræ inhæret, ob insitatam trunci proceritatem, ut ascendens oculos animúmque aspicientium nimiâ altitudine perturbet. Verùm Canarini arboris corticem in scalarum velut usum scindunt, ac præparant eximiâque facilitate ascensu superât, cum desperatione Lusitanorum quibus id facinus terribile habetur. Plantatur autem ex *Coquis* nucibus, producta in virilis staturæ altitudinem, transfertur, ac hybernis temporibus cinere stercoratur, æstate vero aquâ irrigatur. Lubenter circa ædificia crescit, quòd luto delectetur; inter paucos annos probè culta fructus producit. Hæc Canarinorum cura est. Illi sub hisce arboribus degunt, quas emendant, ex proventu earum vitam sustentantes, conductione mitâ cum proprietariis, quibus mercedem persolvunt. Tanta multitudo harum ubique Palmarum est, ut Hispaniæ ac Lusitaniæ olivas, & Bataviæ salices numero superent. Vtilitatum autem & commodorum hæc est ratio. Primo quidem lignum quamvis spongiosum, ob proceritatem tamen, ad multa utilissimum habetur. In insulis quippe *Maldivarum* integras ex eo naves fabricant, absque ullo ferreo clavo, filis duntaxat ex iisdem *Coquis* contextas. Rudentes quoque ac funes ex eadem sunt arbore, etiàm vela ex foliis, quæ *Olas* vocant, quibus quoque Canarini tegularum loco utuntur, & Lusitani ad galeros adversus solem, & storeas ac tegmina Pallanquinorum. Quin & galeros conficiunt ex foliis, tegumento capitis, insigni æstimatione tenuitatis, qui subinde 3. aut 4. Pardauvis emuntur, expetiti æstivo tempore ob levitatem. Sane duas ob res potissimùm hæ Palmæ coluntur, fructuum nempe gratiâ & vini. Nux ipsa interior *Coquos* magnitudinem ferè habet ovi Struthionis, quæ etiamnum culleolâ viridi tegitur, ut nuces Basilicæ.

Vtilitas.

Forma.

Natura.

Cultura.

Declaratio utilitatis Palmæ.

Galeri ex foliis pretiosi.

Annotatio D. Palud.

Indica nuces duplici culleola teguntur, quarum prima pilosa est, ex qua Cayro conficiunt, rudentes & funes nominatim; eadem stuppæ loco reparandis navigiis servit: nam salsis madefacta fluctibus, dilatat se, navésque melsori fide, quam nostra materia continet. Ex altera culleola, non tantùm India in locis, sed etiam apud nos calices fiunt. quòd vulgo persuasum sit, hujusmodi pocula vim adversus apoplexiam habere falsò tamen.

Cæterum hæc culleola sicca jam & soluta pilosa est, ut canabis, atque ex ea rudentes omnes & funes quibus India utitur fiunt. Colore sunt quo funes, qui in Hispania ex sparto conficiuntur. Boni valde sunt, verùm aquâ salsâ conservari debent, dulci quippe situm & putredinem contrahunt, quòd picis illitu careant. Navis quâ ego ex India in Lusitaniam vehebar, funes omnes ex ejusmodi culleolis habebat *Cayro* dictis. Verum post dies quatuordecim semel erant marinis fluctibus immergendi, ut à putredine servarentur, eóque modo rudentum ex cannabi vicem facilè supplebant. Fructus pene maturus *Lanha* vocatur, ac intus aquâ plenus est ipsúmque albumen interius, etiamnum molle est & vietum. Aqua enim si nux arbori diu hæreat, in albumen sive nucleum coalescit, isque interior fructus est, sapore nuci avellanæ similis, dulcior tamen aliquantulum. *Lanhæ* aquam habent suaviter potabilem, illa dulcis ac limpida admodùm refrigerat, subindeque, ex una *Lanha* dimidium cantharum implet. Indè ambulans viator siti correptus, Canarinum aliquem compellat, qui cultro accinctus arborem ascendit, *Lanhasq;* pro arbitrio poscentis numerosas abscindit,

Rudentes Indiæ ex qua materia.

Lanha fructus.

Aquam habet dulcem.

Digitized by Google

Digitized by Google



Fructuum Mangas, Cajus, Iambos, Iaquas, et Annanas, qui in India nascuntur, qui esusuaves, et Zimziberis, cujus e copia magna illic vilitas, virentis viva imago.

Digitized by Google



Die fruyten die in Indien waßen en seer lieffelick zyn om te eten als Mangas, Cajus, Iambos, Iaquas, en Annanas met die Gember welcke om der menichte weynich geacht is affconterfeytinge naert leeven gelyck die staen en waßen.

76 en 77

Digitized by Google

abscindit, Basatuci unius aut duorum pretio, ac ad potum perité præparat. Prior cortex interioris fructus tegumentum (postea lignum fit nuce ad summam maturitatem perductâ) tum mollis ac tenuis suavi gustu, cum sale carduos altiles sapore propemodum repræsentat. Aquæ hujus potus licet multus non nocet, quod amænus sit & naturæ commodus. Fructu deinde matureſcente aqua minuitur, nucleúsque augetur, non ita potabilis ut antè, ad acorem enim tendit. *Coqui* etiamnùm cortice tecti securi corruptionis, per universum orbem vehi possunt. Fit autem subindè diuturnitate temporis, ut aqua illa in pomum subflavum convertatur, sapidum valde ac suave. Culleolæ deinde ad plurimos usus serviùt. Nam cochlearia cum ligneo capulo ex eo fiunt, ollæque ad aquæ haustum, & calices quibus vinum ferunt, quandò campos ambulationis gratiâ petunt, aliáque infinita. Item comburitur culleola & carbonum loco optimè aurificibus prodest. Ex nucleo Indi obsonium conficiunt, orizámque cum succo nuclei coquunt, aliter enim nuces vix in cibum conferant, exceptis mancipiis. Cortice autem demptо nucleus siccatur, & immensâ copiâ in Malabaræ, Cambajæ, Ormutii, Septentrionalesque Goæ regiones, ac in Ballagattæ loca dimittitur. Servit enim ad oleum, quod cisternis expressum, bonitate eximiâ in cibum, flammam ac medeinam expetitur.

Et abundanter potam ne quaquam noxiam.

Pomum ex aqua coagulatur.

Nucleus obsonium Indorum.

Oleũ ex nucibus bonum.

Annotatio D. Palud.

Duplex genus olei ex his nucibus fit. Unum ex recentibus, quas tundunt, & calidam superfundunt, atque inde exprimunt, oleo natante in superficie. Oleum hoc stomachum purgat, & viscera, molliter ac sine noxa; quidam Thamarinda extractum admiscent, optimumq; ita pharmacum reddunt. Alterum ex Copra, sive siccatis nucleis premitur, id præter vtilitatem, quam stomacho purgatione adfert, ad nervorum quoque contractiones valet, & doloribus membrorum inveteratis medetur.

Exsiccati *Coqui* hoc modo transvecti *Copra* vocantur. Vt autem fructuum horum lætius incrementum prohibeant rustici, *Coqui* ipsos flores abscindunt, atque amphoram rotundam collo angusto alligant, eamque ne venti aut spiritus penetrent, figulinâ terrâ obturant. Indè post paucos dies succo quodam amphora repletur, quem *Sura* nominant, amæno admodum & in potum eâ dulcedine, vel meliore etiam, quâ lerum dulce laudatur.

Sura quid sit.

Annotatio D. Palud.

Valet hac aquâ contra calidam jecoris intemperiem, & renum; purgat virgam à purulenta & fœda materia.

Eadem aqua ad solem horæ mediæ spacio exposita, in acetum vertitur, quo India universa utitur. Tale apud D. Paludanum conspicitur. *Sura* hæc distillata *Fula* sive *Nypa* vocatur, eáque optima nimirum, vini igne Rhenensis eliquati, notas habet præstantissimas. Secnnda ex eadem *Sura* distillatio *Vraca* dicta vinum totius Indiæ unicum est, calidum sanè, & efficax, quod tamen Indi aquæ instar potant. Colore albo est. Lusitanis hoc modo temperatur. In dolium *Vracæ* tres manipulos ex uvis passis purgatis conjiciunt, quæ in Indiam ex Ormutio vehuntur. Manipulus ibi unus 12. pondo habet. Epistomium apertum permittunt ipsumque dolium non ex toto implent. Vi enim caloris mox rumperetur, ferveſcit quippè ad bullictis aquæ modum. Singulis autem diebus, duarum septimanarum spacio, movent liquorem, eo transacto ipsa *Vraca* rubrum colore pulcherrimum nanciscitur, æmulum vini rubri Lusitaniæ, a quo sapore parum distat, nisi quod dulcis & calidus sit. Vinum autem passæ sive rosinorum vocatur, frequenti negotiatione ili Bengalæ, Malaccæ, & Chinæ loca translatum. Goæ communiter triginta Pardauvis æstimatur. Ex eadem *Sura* & sacharum conficiunt, quod *Iagra* vocãt. Aquam elixant solique apponunt, inde sacharum nascitur, quod parvæ æstimationis est, ob nigredinem cùm aliâs in India candidi sachari usus, promiscuus sit. Medulla arboris sive trunci *Palmito* nominatur, quæ magnò in pretio loco muneris ad opulentiores potentioresque mittitur. Chartæ autem tenuitate & candore, formâ plicabili crescit, ita ut subindè quinquaginta aut sexaginta plicas habeat, togæ muliebris instar. Ex hac Indi chartam & libros instaurant: Virentibus inscribunt plicis, quæ tum siccatæ litteras indelebiles habent, stimulo ferreo ante notatas. Indi *Olla* vocant constantque ex eadem materia omnes gentis annales, libri, & volumina, quam & signare norunt in epistolarum usus. Chartam hujusmodi ac litteras apud Doctorem Paludanum meo munere videas. Arbores hæ plurimæ sunt in Maldivæ insulis, ubi & *Coqui* inveniuntur, contra venenum opinione hominum validi.

Sura in vinũ igne eliquatũ distillatur.

Vinum Indorum ex distillatione altera.

Vracam quomodo Lusitani temperant.

Medulla arboris in pretio.

Ex ea etenim charta tenuis ducitur.

Annotatio D. Palud.

Garcias & Costa fabulantur hanc opinionem autumant. Costa scribit sæpenumerò a se tentatum, verùm infeliciter; ut & mihi idem tentanti accidit.

Atqui tota ex *Cairo* unde rudentes fiunt ex hisce insulis negotiatio est, etiam ex Copra sive nucleo, ex quo oleum fit. Ita navis ex hisce insulis in Indiam sæpe advenit, ut omnia armamenta, merces, & victus ex hisce Palmis sint, quare utilitas hujus arboris multo maxima facilè explicari potest. Lignum hic figuratum vides cum nucibus olliſque, etiam ficum cum foliis expressis ad vivum imaginibus.

Aceetum ex hisce nucibus

Digitized by Google

CAPVT LVII.

Duriones Malacca.

Duriones laudatissimi fructus.

DVriones Malacca duntaxat fert, tantâ saporis laude, ut cæteros omnes orbis fructus gustantium confessione superent. Odorem quandò primùm aperiuntur ceparum putridarum habent, gustu tamen deliciis summis palatum imbuunt. Magnitudine sunt melonis, exteriori formâ Iaackis haud absimiles, echinatiore tamen ac spinosiore tegumento, quale illud est quo castaneæ clauduntur. Etiam intrórsum folliculos habent, ut Iaaccæ, quibus fructus includitur, magnitudine gallinæ ovi, ubi & castaneæ ossiculum persici æquant. Ipse fructus gustum habet, qualem cibus mirificus sanè, Hispanis *Mangiar blanco* dictus, qui ex carne gallinarum imbuta saccaro præparatur. Arbores sunt quales Iaaccæ. Flos albus est ac sufflavus, folia magnitudine dimidiati palmi, extremitate acuminata interiore levi virore, exteriori lurido, &c.

Annotatio D. Palud.

In Malacca fructus est, qui cæteros omnes India & Malacca alioquin præstantes & numerosos superat, is Malacitanâ linguâ gentis apud quam crescit, Durianen vocatur. Flos autem Buaa, arbor Batan; magna ea est ligno duro & denso, cortice cinericii coloris, ramis multis, ac fructiferis copiosè. Flos ex candore flavescit. palmæ media longitudinem folia habent, latitudinem trium aut duorum digitorum, crenata in orbem, extrinsecùs pallenti viriditate introrsùm vero admodum viridia ac ad rubidum colorem tendentia. Fructum fert magnitudine melonis, culleolâ firmâ tectum, echinis crassioribus, multisque, colore extrinsecus viridi, ac lineis melonum instar notatum, continentem intus quatuor caveas, in quibus etiamnum quatuor, aut tres folliculi sunt, quibus fructus continetur, lacteus, magnitudine ovi gallinæ, sapore excellens, supra cibum album quem Hispani ex oriza, pectoribus caponum & aqua rosaceâ conficiunt, ac Mangiar blanco vocant: Non tamen ita mollis invenitur, aut viscosus, nam qui flavescunt candore immutato putridi habentur, & corrupti aëris aut pluviæ injuriâ. Probantur quibus tantum tres fructus in cellulis sunt, indè sequuntur qui quatuor continent; reprobantur autem quibus quinque sunt, ut & rupti ac secti. Vix autem uno in pomo supra 20. fructus invenias, quisq; fructus ossiculum habet persici ossiculo simile, verùm oblongum, neque dulci satis gustu, cum & guttur adficiat, ut mespila immatura ideoque non appetatur in usum ciborum.

Fructus hic calidus est & humidus, quique eum manducare volunt pedibus molliter primum proterunt, ac echinos rumpunt. Insuetis parit odorem ceparum putridarum, verùm mox degustatus, supra omnes cibos laudem adipiscitur.

Apud collectores magno item in pretio est, nullâ satietate fastidiosus, ideòque & variis nominibus exornant, ac epigrammata in honorem condunt, licet aliter magno numero facile 4. Malvadisis ematur, mensibus præsertim Junio, Julio, Augusto; aliis temporibus pretium aliquatenus crescit. Hic notanda item est magna naturarum contrarietas, inter Duriones & folia Bettelæ, quæ sane tanta est, ut si in una navi aut domo eâdem plena Durionum, folia aliqua essent Bettelæ Duriones continuò putredinem traherent; & velut supra modum Durionum fructus manducati stomachum nimio calore onerant, si mox Bettelæ folium cordi apponatur stomachi dolores cessabunt. Quod si post Durionum esum folia Bettelæ quis consumat, nihil inde periculi exspectet, etiam si abundanter sese expleat. Inde fit ut communiter etiàm ob gustus dulcedinem dicatur: Duriones satietatem nescire.

CAPVT LIIX.

Arbor radicum, Bambus sive arundo India.

INdia arborem fert multiplici radice, mirabili aspectu; crescit enim e terra ut cæteræ arbores, ac spargendo ramos radices ils adjicit quibus denuò sua sponte terræ infixis, ingentem seriè numerosâ sobolem trahit, cum ramus unus arbori recenti, fœcundo eventu, Labyrinthoque similis, vagis usque itineribus sufficiat. Ita triginta aliquando passus una arbor implet, in summam crassitiem productis ramis, ut mater eademque genitrix omnium arbor vix agnoscatur, ex omni parte copia radicum funium more primo aspectu dependente. Fructum usibus humanis aptum non fert. Nam is qui olivarum formâ excrescit volucres tantum delectat.

Arbor Radicum mirabilis ramorum serie.

Annotatio D. Palud.

Carolus Clusius, qui hanc arborem diligentissimè descripsit Plinii authoritate, eam ficum India nominat, dicitque primum altitudine eximiâ excrescere, ex crasso quodam trunco, ac posteà tenues fibras emittere, quæ adhuc tenellæ aurei coloris existunt. Hæ post descendentes, terrámque contingentes, velut surculi sunt novæ arboris, tandémque crassitate truncum ipsum æquant, ut vix differant. Crassities ad ulnas tres subinde porrigitur, ab omni parte innumeri scatent calami ut Italiæ miliare parvum obsideant, neque tantum inferiores ramis eo pullulant modo, verùm & superiores, sic unica arboris fructibus integra sylva succedit. Indi ad iter quosdam ramos detruncant, ac velut ambulacra adversus solem parât, umbrâ densissimâ, ob continuâ ramorũ seriem, ubi & curvitate eorundẽ ac reflexu sonitus vocis repercussa ambulantibus, ter, quaterve redditur. Etenim qui hæc D. Clusio retulit vidisse ait se unam ex hisce arboribus, sub quo 800. aut 1000. homines tegerentur, inter quos & ille erat, adjiciens extare quæ 3000. caperent. Folia similia sunt mali Cidoniæ foliis,

Digitized by Google

Digitized by Google




Ecce tibi ramum nigra quem nox ſuavibus ornat
Exuit ornatum floribus alma dies
Vt decus hoc una vigeatque et defluat hora
Continuas obeunt illa dieſque vices

Traxit et hinc nomen triſti quod ſqualid
Auricomum rutilo cum nitet orbe jubar
Haud ſecus et noſtro quę ſenſu ſplendida
Eſſe . fidem veri lux redditiua facit

PHooger

Digitized by Google



trunco

Arbor ſoli Indię nota, cui per totum annum occidente ſole flores, gignuntur multi, et odoratu ſuaves, oriente defluunt, unde triſtis illi nomen.

aos

Een boom welcke in Indien alleen bekent is, int ondergaen vande Son voort-brengende veel welrieckende bloemen, welcke alle int opgaen vande ſelve weder af vallen, en dat het gantſche Iaer door.

86 en 87

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Arundo Indica femoris penè habiti crassitudine.

Indiaens riet waesschende inde dicke te van een mans dije ofte been.

Indicus en truncus brachijs sepandit opacis
Grata etiam ut justis umbra sit agmnibus
Vt nova protrudens in apertas exerat auras
Grandia germinibus sustinet ipsa suis.

Plooger.

Arbor admiranda
tam lata tandem
co
Een wonderbaerlijck
waerts worteleu
sta

Digitized by Google



... que e ramis novos in terram truncos dimittens
... cupat spatia, ut justum exercitum umbra possit
... tegere, Ficum Indicam vocant.
...en boom welcke uyt haere ranckeu weder neer;
...esslact ten laetsten soo veel plaets datter een vol:
...gen leger mach onder beruysten.

Duriones fructus jucunda saporis suavitate præ aliis omnibus habiti gemq. nascuntur tantum in Mallacca.

Die vruchten diemen Durioens noemt boven alle ander van smaeck en lieffelickheyt gepreesen, wassen alleen in Mallacca. 86 en 87

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google



Nuces Indicæ, magni in India usus et questuosæ, cibum et potum hominibus suaves et navibus materiam prebent idoneam quibus e ædem et onerantur et aluntur nautæ —

Indiaensche nooten ofte Palmboomen welcke in Indien veel opbrengen want geven soete Spijs en dranck, stoff tot scheepen, seylen en touwen en daer die selffde scheepen met gelaeden en die schip luyden mede gevoet werden —

Ficus Indica per totum annum ferens fructus copiosé nutrientes quotidianam multorum escam —

Een plante draegende het geheele Iaer vruchten dienen Indiaensche vygen noemt, seer voedsaem en een daegelickse Spijse der Indianen.



Fructuum icon quos Arrecca sive Fausel vocant, et Bettelle folia, quos pauco calcis subactos integrum diem masticant, succum deglutientes ad corporis purgationem aliasq; utilitates.

Fruyten diemen Arrecca oft Fausel noemt en die blacden Bettelle, welcke met wat calcks vermengt die Indianen een gantſchen dach kauwen het ſap doorſwelgen om tlichaem te purgeren en ander haerder crachten.

Piperis frutex haderæ non absimilis.

Orientaelſche Peeper waſſchende tmuer cruyt niet ongelyck

80 en 81.

Digitized by Google

nia foliis, extrinſecùs viridia, intrinſecùs alba ac hiſpida, velut lana contecta. Hæc folia elephanti ſummopere expetunt, atque iis nutriuntur. Fructus prioris pollicis articuli inſtar ſici minoris formam habet, ſanguineo undique colore, intùs plurima habens grana, ut communes ficus dulci guſtu, ac eſui commodo, verum non ita amœno, ut noſtris ficubus eſt. inter folia etiam creſcunt ex novis ramis, ut communiores noſtræ ficus. Creſcit Goa ac in vicinis locis. Ex Curtio, Plinio & Strabone adjicit Cluſius, notam hanc veteribus arborem fuiſſe. Qui plura ſcire deſiderat Cluſium legat capite quo ficus India deſcribit.

Arbores craſſæ.

In India aliæ mirabiles ac craſſæ arbores reperiuntur, ex quibus navigia fiunt. Circa Cochinũ ex arbore *Angelina*, naves *Tones* conſtruuntur. Illæ quandoque 30. aquæ dolia ferunt, ex uno tamen ligno cavatæ abſque ulla commiſſurâ, unde arboris craſſities indagari poteſt. Eſtque ipſi ligno tantus rigor, ut temporis diuturnitate etiam ferrum conſumat. Paſſim item in India ſaccari arundines habentur, verum parvæ æſtimationis. Cæterùm in ora *Malabar* ingenti craſſitie arundo creſcit, præcipuè circa tractum *Choromandel*. Ea ab Indis *Manbu*, a Luſitanis *Bambu* vocatur. Habet medullam quâ educta calami vice ad ſcripturam aptatur. Hanc Indi *Saccar Manbu*, id eſt, Saccarum *Mambu* nominant, eſtque ad uſus medicinæ commodiſſima, ab Arabibus, Perſis ac Mauris, quibus *Tabaxir* vocatur valde expetita.

Navigia ex uno trunco.

Medulla Arundinum ad medecinam.

Annotatio D. Palud.

Tabaxir Perſica vox eſt, ſignificat ea lacteum candidumve humorem, aut concretum ſuccum, humorèmve, Sacar mambu dicitur, quòd arundines aut rami ex quibus provenit Mambu vocentur. Arbores qua Tabaxir ferunt quadam magnitudine ea qua populus conſpicitur creſcunt, alia minores ſunt, communiter ramis directis (exceptis iis quos flectunt ad ambulacra & viridaria) multiſq; membris, palmi longitudine diſtantiâ. Folia habent longiora quam olea. Inter junctura omnes, humor dulcis naſcitur, albus ac coactus pultis more, is ſubindè copioſus, ſubindè autem exiguus eſt. Verum non omnes rami aut arbores promiſcuè hujuſmodi ſuavem humorem producũt, verum illa tantum, qua in Biſnagar & quibuſdam provinciis Malabar creſcunt.

Nam in Perſia ac Arabia ferè ad argenti pretium æſtimatur, magnòque ab iiſdem populis commercio excipitur. Hæc medulla circa nodos arundinis creſcit, colore plurimum albo, ſubinde nigro aut cinericio.

Annotatio D. Palud.

Neque ideo contemnitur, hanc enim nigredinem, aut humorum redundantia adipiſcitur; aut eo quod diutiùs quàm par erat arbore concluſâ fuerit, non arborum aduſtione, ut quidam autumant. Rhaſes hujus mentionem facit libro 3. cap. 36. & Serapio libro Medecinarum 342. & Avicenna 2. lib. cap. 617. qui Tabaxir fieri opinatur ex combuſtis arborum radicibus, ſed falſò ut demonſtratum eſt.

Indi vitia genitalium ac virgæ, aliàque occultiora mala hoc remedio curant, etiam febres calidas, coleritam paſſionem, dyſenteriam aliàque ſimilia mala. Creſcunt autem plurimum hæ arundines in tractu *Choromandel*, *Biſnagar* & *Malacca* altæ admodum, interſtitioque ſeſquipalmi, fœmoris craſſitudine, proceritate rectâ, ut maximam harum regionum domum altitudine ſuperent. Etiam ſtudioſè a primis incrementis flectuntur & curvantur, ut formam habeãt aptam geſtandis lecticis, quas *Pallanquinos* dicunt, quibus ſummates feruntur, folia autem hujus arundinis diſperſa multis ſpatiis alba ſunt olivarum foliis ſimilia.

Cura ex Medulla Tabaxijr.

Annotatio D. Palud.

Ex arbore ſive arundine Mambu quidam Indi naves fabricant, quæ duos homines capiunt ea non excavantur, verùm relictis duobus nodis, quos effodiunt ad uſum aptantur. In hiſce lembis duo Indi nudi in prora & puppi ſedent, junctis pedibus quáque manu arundinem tenentes, qua ſcapham etiam adverſo flumine protrudunt, preſertim in flumine Cranganor. Opinantur adhac a crocodilorum inſultu naviculas haſce immunes eſſe, qui alias naves facilè adoriuntur, his jamdiu nunquam infeſta.

CAPVT LIX.

Arbor Triſtis.

ARbor quam Triſtem indigitant, quòd non niſi de nocte effloreſcat toto anni tempore, inter miracula computari poteſt. Cùm enim ſole occidente nullus appareat flos, mox poſt horæ medium, floribus multis conſpicua adſpectum pulchritudine, nateſq. odoris ſuavitate admodùm replet. Sole revertente flores iidem decidunt, terramque prorſus omnem tegunt, quaſi in luctum ac internicionem arboris, quæ deindè in veſperam rediviva, cunctis anni noctibus, vicibus ſuis floreſcit. Eſt ea pruni magnitudine, expetita in areis ob odoris ſuavitatem, facili incremento; nam detruncata etiã poſt menſes ſex, ſtatim a virgultis flore crebro pullulat. Indè & ramus avulſus ſi terræ inferatur, continuò parentis æmulus, flores ſuos multipliciter abjicit & recuperat. Flores mali medicæ floribus ſimiles ſunt. Flos ipſe albus eſt, pediculo rubro, flavóque, ideo croci vice ſervit, ad colores ac cibos, non quidem eadem virtute, aut guſtu perinde efficaci; in vicem tamen ſervit defectu croci.

Arboris Triſtis naturâ mirabilis.

Floris ejus qua forma.

Annotatio D. Palud.

Multi aquam ex hiſce floribus diſtillatam oculis conducere arbitrantur, ſi fuſcia lintea intingantur, ac oculis imponantur.

Arbor hæc

Arbor hæc Goæ tantum & in Malacca, aliisque in locis, ubi eam Lusitani circa diversoria sua plantavére reperitur. Ex Malacca quippe primum in Indiam delata est. Interior terra nullam habet. Malacitanorum lingua *Singady* vocatur, Decaninorum *Parisatico*, in Decan *Pul* ab Arabibus *Guart*, a Persis & Turcis *Gul*. Originem nominis Indi fabulâ explicant. Fuit nobilis quidam *Parisatico* dictus, cujus pulcherrima filia Solis petebatur amoribus, quæ cum tanto amatori virginitatis copiam feciſſet, ab eodem novo alterius puellæ amore correpto deserta fuit. Inde mæror mulieri, atque ex mærore desperatio, ex desperatione mors, quam sibi ipsa intulit. Cadaver postea rogo impositum crematum fuit. Verum arborem hanc ex cineribus suscitatam ferunt, quæ etiamnum doloris ac indignationis manifesta, sole oriente flores perdit, ac folia claudit, nocturnisq. amica tenebris, luctus æterni abundè testimonium præbet.

Fabula.

Virgo petita solis amore.

Annotatio D. Palud.

Descriptionem hujus arboris Christophorus a Costa hoc modo posuit, magnitudine eam & formâ pruni esse, multis minutis ramis, distinctis plurimis internodiis, sive membris, ex quibus duo folia inter se opponuntur, magnitudine foliorum pruni, mollia & scabrosiora, ad latus exterius, salviæ foliorum instar, intus viridia, acuta aliquantulum, in orbem non ita crenata, ut folia pruni, néque perinde venis distincta in medio; Duo folia inter quæque, crescit pediculus quinque capitibus, quæ ex quatuor minutis rotundis folus constant, undè in medio quinque pulchri candidique flores nascuntur, forma & magnitudine florum mali medica, licet minores sint, pulchriores, & odore suaviores. Pediculus in rubrum, quam in flavum colorem pronior est, quò Indi cibum inficiunt, ut nostri croco. Lupini magnitudine fructus viridis conspicitur, corculi formâ; per medium scissus, oblongo ductu, folliculum ab utraque parte ostendit, quo semẽ occultatur simile etiam corculo, magnitudine seminis siliquæ, tectum viridi pellicula, gustu amariore.

Inter omnes flores hi sanè odore gratissimi sunt, modò non contrectentur, nam manuum tactu citò odorem amittunt. Indi æstimant hos flores facere ad cordis refectionem; amari verùm sunt. Ethnici semen quoque ponunt inter medica, quæ cor confortant. Cum cibo flores sumi possunt. Semen ipsum in Lusitaniam crebro missum & terrâ datum nunquàm tamen excrevit, licet summâ molestiâ sollicitatum. Decidunt flores (ut Clusius ait) sole occidente, aut ob quandam occultam contrarietatem, aut ob succi tenuitatem, quem solis radii consumunt; nam quos sol non adficit diuturniores sunt. Hi flores summoperè colliguntur, ex quibus aqua odorifera distillatur, Mogli dicta. Semen mihi Iohannes Hugo ex India attulit, id terra mandavi, verùm nullo successu.

CAPVT LX.

Folia Bettelæ, fructusque Arecca.

BEttelæ folia sive *Betræ*, quæ vulgariter Indis in usu sunt, quotidianâ manducatione in omnibus item Indiæ Lusitanis cognitæ plagis crescunt, non quidèm interiore regionis secessu nisi raro admodum, sed maritimis in locis. In frigidis, ut in China, non nascuntur neque etiam in valde calidis, ut in Mossambicqua & Soffala. Quia vero communiter Indi hunc fructum manducant, & à nobis facta fuit ejusdem quandòque mentio, ob id etiàm de eo latius induxi scribere. *Bettelæ* ergò folia grandiora sunt aliquantulum & acutiora, quam mali Medicæ. Scandit arbores *Bettela*, ac stipites ambit, hederæ in modum aut piperis. Sanè piperi ita similis est, ut à longe vicinum piper à *Bettela* vix discernas. Nullos autem fructus præter ipsa folia reperias. Illa singulari culturâ in pretio habentur, ob cotidianum eorum usum. Nam decerpta per longum etiàm tempus facilè conservantur, ac duodenariis venduntur. Ibi tùm mulieres juxtà ac viri quovis die tria duodenaria, & quod excurrit consumunt, non quidem prandii aut cœnæ gratiâ, sed ità illorum mos fert. Matutino tempore, pomeridiano, uespertino imò etiam nocturno *Bettelam* manducant, eamque continuò manibus gestant. Sed nec simpliciter *Bettela* utuntur. Miscent quippe ad mitigandam amaritudinem fructum quem Malabares & Lusitani *Areccam* nuncupant, Gusarattę & Decanini *Supary*, & Arabes *Fausellam*. Fructus hic ex arboribus nascitur, quæ similes admodum sunt palmis Coquiferis, verum tenuiore ligno, foliisque minutioribus. Fructus ipse Cypressi fructũ similitudine refert, quidam verò ab una parte planiores, ab altera elatiores sunt alii majores ac durissimi, (quos forfice scindunt ac cum *Bettela* dentibus terunt) interiùs venis multiplicibus distincti colore rosacco. Genus *Arecce* est quod *Checaninum* vocant minutum, nigrum, ac durissimum. Tamen cum cæteris paritèr Bettelæ adjungitur, nullo nisi ligneo sapore. Ipsum tamen os humectat, ac rubore & nigredine inficit, ità ut nondum siccâ dentes ac labia *Areccâ* velut ex cruore madeant; & alia invenitur quę manducata homines quasi ebrios in vertiginem rapit. Verùm id malum citò cessat. Areccæ ac Bettelę libum ex ligno sive arbore, quam *Kaatam* vocant etiam admiscent, ipsáque Bettelæ folia calce ungunt ex ostrearum testis adustis confectâ, quæ tamen ob exiguitatem corpori nocere nequit. Hanc confectionem paritèr deglutiunt, succum nempè, nam cætera exspuunt. Valet (ut ajunt) adversus fœdum oris halitum, firmat dentes ac gingivas, oscedinem sive (ut nostri vocant) *schoorbutum* avertit, atq. ideo experimentis constat

Bettela usũ uascatur.

Ejus descriptio.

Et usus.

Arecca.

Areccæ vis qua ebrios reddit.

Kaara libum.

Digitized by Google

constat Indis nunquam os malè olere, nulli dentium dolorem esse aut stomacacen fœditatem, vel hujusmodi alia vitia, ad summam senectutem usque inviolato dentium ordine; cùm interim os velut cruore delibutum, fœdo adspectu squalleat. Lusitanorum mulieres eundem Bettelæ manducandæ morem habent, cùm sine ea vitam vix sibi constare posse arbitrentur. Ideo nocturno tempore ad caput aut juxtà pedes lecticæ apponitur, ibi somno cessante, mox illis Bettela os inficit, quam tum velut fluentem sanguinem exspuunt. Ita interdiù (alio enim exercitii genere præter ablutiones carent) mulieres ociosæ, eandem veluti pecora ruminant. Etiam quidam Lusitani consuetudine mulierum inducti, idem faciunt. Inde in visitationibus ac mutuis salutationibus Bettela ipsis in manu est, & summâ benevolentiæ significatione, ubique ea offertur, cum calce & Arecca, in catino ligneo, quem ad eum servant usum. Quamobrem omnibus in locis Bettela venalis ac jam præparata prostat, cum calce & Arecca. Primùm autem ex *Kaata* aliquid & Arecca sumunt idq. mandunt ac mox Bettelę foliũ adjungunt, quod nervis ungue pollicis, quẽ acutum recepto more habent, exceptis, calce ungunt, ac ita rotatum ori inserunt, succum priorem inde exspuentes certo ad purgationem cerebri ac stomachi a flegmaticis humoribus remedio. Quod autem exspuunt colore cruorem representat propter Areccam: succum alterum deglutiunt. Indi communiter per plateas & vicos Bettelam, hanc edentes incedunt, præcipuè cùm aliquem ex optimatibus convenire volunt, ita enim bonum odorem halitus comparant, absque ea qui sermonem facit probrò ferè excipitur.

Lusitanis mulieribus follènis Bettelæ esus.

Annotatio D. Paludi.

Etiam mulieres ad conjugii usum proficiscentes Bettelam manducant, quòd per eam lasciviam augeri opinentur.

Indi omnes illam post prandium sumunt; quòd cibi aliter fastidium parerentur, & qui comedere sueti post abstinent, eos corrupto halitu oris laborare deindè existimant. A Bettela tamen abstinent certis temporibus, in quibus aliquis propinqui, & quibusdam jejunio destinatis diebus, ut & quidam Arabes faciunt, ac sequaces Ali Machometi soceri, in suis abstinentiæ dictis diebus. Folia hæc in Malabar Bettela nomen habent, in Decan, Guzaratta, & Canam Pam vocantur, in Malacca Biri, ab Avicenna Tembul, ab aliis & melius Tambul. Avicenna narrat Bettelam gingivas firmare, & stomachum roborare quem etiam in usum Indi eam manducant. Sed cùm folia hæc primo gradu frigida ponit, sicca autem secundo, errat; Aut interpretis peccato, vel authoris errato, id factum est: Nam folia hæc calida sunt & sicca in fine secundi gradus, ut Garcias ab Horto experimento ipsemet didicit, quam notam odor gustúsque approbant: Folia ergo Bettelæ foliis citriæ mali similia sunt, longiora tamen & in fine acutiora, interjectis in longum quibusdam venis. Matura jam egregiè optimo in pretio habentur, licèt etiamnum immatura a mulieribus quibusdam appetantur, quòd in manducando majorem edant sonitum; plurimâ manuum contrectatione eadem corrumpuntur. Bettela in Malacca fructum lacerti caudæ similem fert, qui boni saporis gratia ibidem expetitur. Educitur ut vinea ac hedera modo. Quidam majoris fructus nanciscendi gratiâ, juxta Areccam & Piperis fructus plantant, atque ita jucundissimam pergulam reddunt. Bettelam summâ curâ habeto, ac sæpe aquam superfundito. Qui plura scire desiderat, commentaria illa illustrissima Car. Clusii legat in caput Garciæ, quod de Bettela agit.

Satrapæ ac Reges famulum continuum habent, qui cum argentea phiala ubivis locorum illis adsistat. In ea Bettela jacet cum condimentis necessariis, quibus folium præparatum, famulus porrigit. Legati non audiuntur licet ipse Rex linguam calleat nisi per interpretem, tuendæ autoritatis gratiâ, ipse interim Rex decubit, vel aulæo insidet terræ injecto, famulo cum Bettela adstante, quam continuo dentibus terit, succumque ac reliquias in argenteam pelvim inspuit, quæ astat, vel a famularum mulierumve aliqua tenetur. Hæc magno honore legatum adficiunt, præsertim cùm & illi Rex Bettelam offert. Ità recepto more omni in loco ac ad actus omnes Bettela adest. Latius ergo hic ritum eundem explicare volui. Satrapæ ac Indiæ reges pilulis ex *Arecca, Cata, Camphora & Aloe* contusa utuntur, cum *Ambaro*. Eas cum Bettela loco Areccæ manducant.

Satrapæ quomodo Bettela utantur.

Annotatio D. Paludi.

Alii Bettela Lycium admiscent, ditiores & potentiores Camphoram, alii ligum Aloes; Muscum & Ambarum cinericium, atque eo modo præparata suavem gustum habet, bonúmque halitum efficit; quidam Areccam mandunt cum Cardamomo, aut Caryophillis. In terra interioribus plagis a mari remotis folia hæc magno venduntur pretio. Fertur Nizamoxa Regem quotannis in hanc rem 30. millia milereforum consumere. Hæc tragemata illorum, hæc dona, hæc iter agẽtibus propinant. Hæc Reges ipsi ditioribus largiuntur, alius autem per famulos. Iter facturo crumena ex bysso donantur cum præparata Bettela; nemo autem absque eo munere liberè abit, est enim diplomatis loco.

Figuris ex sequentibus *Duriones*, Arbor radicum, Arundo crassior, Arbor Tristis, Arbor Areccæ, Bettela, Piper quod Areccam fere scandit hederæ in modum conspiciuntur. Piperis declaratio in tractatu aromatum sequetur.

CAP. LXI.

Digitized by Google

CAPVT LXI.

Dutroa herba, Sentida herba, ſive ſentiens.

Dutroæ herbæ ſpecies.

HErba *Dutroa* dicta multis in locis Indiæ copioſè creſcit, per campos ſparſa. Folia acutiore fine lanceæ ferrum referunt, crenata undique, achanti inſtar, ejuſdem pene magnitudinis; in longitudine multis filis diſtinguuntur. Sapor autem exiguus eſt, amarior tamen aliquantulum; raphani odore, flos roſmarini florem colore imitatur. Ex floribus bulbi quædam ſpecies oritur, papaveris bulbo haud abſimilis, in quo nuclei, quales melones habent continentur. Iſti ſi orizæ, vino, aquæ, aut alterius generis cibo, potionive admixtæ bibantur, cerebrum invadunt, ac ſtultitiam quandam riſu continuo abſque alio ſenſu aut ullâ rerum notitiâ excitant, conciliato etiam num ſomno, qui in 24. horarum ſpacium duraret, niſi pedes aquâ frigidâ abluerentur. Indè herbæ hujus uſus Luſitanorum ac Indorum mulieribus frequens eſt, quam maritis ignaris ptopinant, ut ſecure adulterò copiam nefandæ libidinis faciant. Ità marito præſente ac apertis ſpectante oculis; verùm fatuo riſu in mentis abalienationem conjecto, communi proverbio horrendâ illa cornua inſtruunt, quibus conjugem proſtituto geniali toro, infamant. Nec is è ſomno excitatus reminiſcitur, verùm ſopore levi correptum ſe fuiſſe exiſtimat. Eodem fine & mancipia dominis eandem herbam miſcent, ut ciſtas interim ac areas compilent, cujus rei haud exigua documenta exiſtunt. Cæterum Dutroam uſu modico ſumunt, gravior etenim veneni vis ipſam animam tolleret, niſi remediis antidotiſque ſeverioribus juvaretur æger.

Uſus.

Annotatio D. Paludi.

Curatio ex rebus, quæ vomitum citant fit; ut quæ in ſtomacho hærent, cum cibo exeant. Sequuntur purgationes ac diverſiones validis clyſteribus ac frictionibus, ligamentiſque manuum & pedum, ſubinde & ſanguinis miſſio in digito pedis majore.

Atqui prohibitus eſt Dutroæ uſus: verùm edictis qui cavent ab uxoribus decepti eandem plurimum inſcii bibunt. Etenim quibuſdam vel ſuccus tantùm ad ſtultitiam ſufficit. Studioſus ſexus muliebris in hac plagâ, ad luxuriam & libidines herbas hujuſmodi quæſivit. Omnium ita fœminarum mens in ſtruendis Veneris ſtimulis, ac continuandis amoribus verſatur, nullo metu nulliſque reverentiæ legibus coërcita. Alia Indiæ herba eſt, quam Luſitani *Sensidam* nos ſentientem vocabimus. Illa ad omnem tactum, jactumvé ſalis, aut pulveris folia claudit, eáque non niſi poſt diſceſſum jacientis tangentiſvé reſerat, ac denuo contrectata reecludit, mirabili prorſus experimento. Sed enim quod mirére locus in urbe aut inſula Goæ eſt, quem *Matavaquas* vocant, ubi mactatorum cibi gratiâ boum, ovium ac animalium cæterorum cornua paſsim conjecta ſparguntur, tanquàm inutilia, quòd Luſitani Indivé eorundé uſum omnino reſpuant, probri ſummi apud Hiſpanos aut Luſitanos notâ: ſi quis aliquid, vel re, vel ſpecie cornutum habeat, aut cornu monſtret, januę affigat aliové modo præferat. Vulgari etenim elogio *Cornutus* habetur, qué proſtitutę uxoris libido infamat, in tori corruptelâ. At ſupradicto in loco temerè cornua projecta poſt aliquod tempus ex interiore parte terrę adfixa radices agunt, palmi unius, & quod excurrit longitudine, quemadmodùm ipſe ſæpenumero oculis uſurpavi, radicibus evulſis ac inſpectis, ſingulari ſanè incremento, cum nuſquam terrarum ſimile exemplum in cornibus exſtet, quod vel memoria proditum ſit. Cauſam rerum naturalium curioſi indagare conati nullam invenére, cùm adhæc locus ipſe lapidoſus ſit, & aliàs infæcundus. Ideo Goæ homines ſupra omnes mortales excellétiâ cornuum præſtabiles, diuturnâ ac perpetuâ infamiâ laborât, cùm alibi ipſa cornua abſcindi queant, aut detruncari, ibi autem radices altè agant & infeſta ſemper, cum deſperatione conjugalis pudicitiæ, novis pullulent incrementis. Hæc de Indiæ herbis vulgaribus, arboribus ac plantis dicta ſufficiant. Plura commemorare quis poſſet, verum haud tradiderim ego, niſi quod veritatis manifeſtum ſit. ſervatâ ubique brevitatis inſtitutæ ratione.

Herbæ Sentientis cõditio.

Locus Matavaquas.

Cornutorum probrum.

Cornua radices agunt mirabili modo.

Ac perpetuâ infamia Goenſium.

CAPVT LXII.

Aromata, ſpecies, plantæ, quibus Medici, ac Pharmacopolæ utuntur, vulgariq; commercio diſtrahuntur. Quibus locis, quomodò creſcant, ac primùm de Pipere relatio.

PIper multiplici ſpecie diſtinguitur. Eſt nigrum, album, oblongum & id quod Canarinum vocât. Nigrum communi uſu variè diſtribuitur, per orbis regiones. Album ac oblongum negociacionibus itèm emittitur. verùm parvâ copiâ. Canarinum nunquàm ex India effertur, ob vilitatem haud expetitum. Nigrum plurimùm creſcit in ora ac terra Malabar, quæ ad Auſtrum 12. milliaribus a Goa incipit, ac ad Comorini caput pertingit, eſtque marino tractui adjecta, inter mare ipſum ac altiſſimum Ballagattæ ſolum. Interior terra nullum piper gignit. Hic quotannis pipere naves onerantur, quæ Luſitaniam decreto petunt, ac inde per totum orbem diſpergunt. Etiam Machometani versùs Rubrum mare Piperis multum auferunt, ac ad interiora Ballagattæ uſque in Arabiam, & Perſiam illud exportant, licèt gravi edicto Luſitanorum, ſuſcitatis ob eam cauſam claſſibus, ad arctiſſimam cuſtodiam vectura talis prohibita ſit, verùm ſunt qui clam contraveniunt.

Piperis diſcrimina.

Vbi Piper creſcat.

Commercia ad Rubrum mare prohibita.

Aliquandò,

Digitized by Google

Aliquando item diplomate impetrato tale commercium permittitur. Multum etiàm nigri piperis circa Malaccam ac in Sumatræ, Iavæ & Sundæ inſulis, aliiſque locis creſcit, ut in regionum deſcriptione declaratum eſt. Ibi etiam gignitur album piper, nigro ſimile, niſi quod prior ac exterior folliculus albus ſit ac lęvis, eodem tamen cum nigro guſtu polleat, eaſdemque vires habet, ſæpè ideo Malacitano piperi admiſcetur. Id piper quod in vicinis Malaccæ regionibus creſcit ſubindè item in Luſitaniam defertur, verùm rariſſimè. Nam intra biennium unica quandoque navis ex Luſitania abit, quę eo in tractu piper àliquod ſuſcipit, maximè tamen caryophylla & macin, aliaſq. Chinæ merces. Plurima autem hujus piperis copia, per vicina regna Peguæ, Sianæ, ac Chinæ negotiationibus cotidianis inter ſe frequẽtata diſtrahitur. Piper a Malabarenſibus *Molanga* vocatur, & in locis circa Malaccam *Lada*, in Arabia *Filfil*, in Guſuratta, Cambaja, Decan, ac Ballagatta *Meriche*, in Bengala *Moroys*: oblongum piper, quod tantùm in Iava ac Bengala creſcit *Piplini* dicitur. Ad arboris alicujus radices, velut illa eſt, quæ Areccam fert, Piper ferè plantatur; hanc ſcandit hederæ in morem, aut Betelæ; Folia habet ut malus medica, minora tamen, viridia ſunt, ac in fine acutiora; dentibus trita aſperiore guſtu mordent palatum, ut Bettela. Vuvarum verò inſtar Piper excreſcit per racemos, qui tenuiores tamen & minores conſpiciuntur, denſiores autem quàm uvæ urſinæ. Semper virent donec maturitate ſiccentur, quod in Decembri & Ianuario contingit, eo tempore decerpũtur. Oblongum Piper in Bengala ac Iava producitur, aliâ prorſus formâ arboris. Longitudine illud acus, craſſius tamen æquabilem undìque habet craſſitiem, rugoſum extrinſecus & cinericium, intrìnſecùs album, minutis ſeminibus, guſtu verò ac uſu nigro albóq. piperi æquatur; Album ſanè (ut dictum eſt) a nigro formâ aut potentia vix differt, ſed acrius ſubindè guſtum adficit, majoríſque ideò æſtimationis non ità paſſim reperitur. Canarinũ circa Goam & Malabar Fagopyri ferè formâ eſt. Id cinericio colore concavum, quædam minuta ſemina tenet, caloris temperie, ac guſtus qualitate piperis aliis ſpecibus ſimile; duntaxat ab egenis humilibúſque expetitum nunquam ad alias terras trãſmittitur quòd ob vilitatem naulì pretium non exſolvet. Ideo & Canarinum, id eſt, plebejum ſive ruſticum dicitur. Aliæ piperis ſpecies ubíque per Orientem ab ipſis Indis magnâ copiâ abſumuntur, majore multitudine quàm ea ſit, quæ quotannis avehitur. Omnibus etenim cibis piper, vel nec contuſum admiſcent, plenis manibus. In deſcriptione tractus loca in quibus piper creſcit, ac portus quos naves Luſitanię piperis onus excepturæ ſubeunt indicavi. Plurimum quoque piper etiamnùm viride ollis imponitur, ſale & aceto conditum, ità in longum tempus cõſervatur, ac in Luſitaniam tranſmittitur. Verùm maxime id Indi conſumunt, vocatúrque Piper in *Achar* ſimili condimento circa cætera aromata, ac ſpecies, quibus cibo adpoſitis, ut apud nos olivis & cappari ſit, appetitus excitandi cauſa utuntur.

Piperis condimentum.

Annotatio D. Palud.

Piper in culinis & Pharmacopæorum officinis uſitatum, non alimenti ſed medicinæ vim habet. Stomachum calefacit, ejúſque pituitam digerit. In ſtomachi dolore ex cruditate, aut ventoſitate quinque piperis grana ſi deglutiantur, ſummoperè conducunt. Qui caliginoſo lumine laborant piperis grana, aniſum, feniculum & caryophilla manducabunt; Ea etenim confectio caligines ac nebulas deterit. Ex triplici Pipere apud Pharmacopæos confectio fit, hoc modo: Piper album, atrum, ac oblongum ſumito ex ſingulis 25 drachmas, thymum ſylveſtrem, zingiber, aniſum ex ſingulis ſemuncias, cum mellis eâ copia, quæ confectioni adhiberi debet. Ea prodeſt ſtomachi frigida intemperie adfectis, ſingultu, jecinoris infirmitate, & hydropiſi laborantibus, &c.

Piper ubi plurimum.

Nomina piperis.

Folia.

Oblongũ piper ubi naſcatur.

Canarinum piper vile.

Canarinum Piper plebejum.

CAPVT LXIII.

Cinnamomum, Caſia, ſive Cinnamum.

CInnamomũ Arabię hominibus *Quirfa* nominatur, Perſis *Darchyna*, incolis Seylon apud quos plurimum creſcit *Curdo*, Malacitanis *Cayſman*, & Malabaris *Camea*. Arbores olivarum magnitudine ſunt, aliquæ tamen minores, folia habent ut laurus formâ tamen eorum quæ citri ſunt arboris, tenuiora verò, floribus albis, fructúque Luſitaniæ nigris olivis haud abſimili, ex quo etiàm oleum fit multas ad res utile. Cortices arbor duos habet. Secundus caſia eſt, ille in partes ſcinditur quadratâ forma, atque ita ſiccatur, cinericio primùm colore. Tempore arefacta in orbes redactus, eum quo ad nos perfertur colorem, ex ſolis calore adipiſcitur. Arbor hoc modo decorticata, poſt tres annos corticem recuperat, ingenſque harum arborum multitudo fertur, ut ſylvas ac nemora cynnamomo impleant. Radix aquam odore camphorę præbet, verùm ea (edicto ita cautũ) non evellitur, ne ſoboles pereat. Sole leviter ſiccata aut curata caſia cinericio colore eſt; quæ validius uritur nigrędinem trahit. Mediocritèr arefacta colore rubet. Ex cinnamo etiamnum ex parte viridi, aquæ magnæ æſtimationis diſtillatione educuntur, quæ in India maximo in uſu ſunt, & in Luſitaniam item tranſmittuntur. Odore ac potu amænæ ſunt, ceterùm calidæ & vehementes; valent adverſus dolorem colicum, aliáſque infirmitates, ex frigida intemperie, etiã contra pravum oris halitum. Aqua item ex

Cinnamomi arbores quâ formâ.

Cinnamomum quid.

Aqua Cinnamomi.

floribus

floribus cinnamomi trahitur, quæ bonitate minor est. Insula autem Seylon Cinnamomum præstantissimæ notæ producit; ibi per sylvas & saltus abundâtèr spargitur. Habetur & in tractu Malabar; verùm vix ex dimidio comparari potest Seylanæ casiæ, quòd & arbores humiliores sint, cortice crassiore, ac virtute haud perinde efficaci. Ideo casiæ ex Seylõ triplicata supra hanc æstimatio est; vocatur hæc *Canella de Mara*, id est, Casia sylvestris. Edicto: Ne quis eam in Lusitaniam vehat cautum est, verùm nihilominus magnâ copiâ exportatur, titulo tamẽ Seylani cinnami: Vt Regi idem ex bona malâque casia vectigal sit; Cum in India casiæ Seylanæ quintallus 50. aut 60. pardauvis æstimatur, tum sylvestris duntaxat 10. aut 12. valet. In India tamẽ Seylanę titulo, albo inscribitur, cujus etiam nomine Lisbonæ vectigal solvit 15. aut 16. milresos in quintallum indifferenti æstimatione, circa bonam aut deteriorem casiam. alia aromata suis constant rationibus. Ceterùm in India nihil navi imponitur, quod Cochini *Registro* non sit inlatum, imo nec servi: Nam quę sine albi nota in Lusitania reperiuntur, Regi veluti in fisci causam commissa cedunt. Iavæ item insulæ casiam habent, & loca circa Malaccam, tenui tamen copiâ Seylanæ ex omni parte cedit. Lignum, quod igni struendo communitèr per Indiam usurpatur, odore cinnamomum aliquo repræsentat.

Insula Seylon præstantissimum Cinamum fert.

Casia silvestris.

Omnia quæ ex India deferuntur annotari debent.

Annotatio D. Palud.

Casia calore adsicit, interiores omnes partes aperit & roborat, stringit aliquantulùm, stomachum confortat, ac cibi concoctionem adjuvat, cum utilitate adversus venena usurpatur, quæ cordi nocent. Casia potata cum aqua pulegij & absinthij matricem reserat, ac menstruum fluxum feminis citat. Adversus catharros & distillationes ex cerebro in inferiores partes eadem probatur. Hydropicos ac renum obturatione laborantes juvat. Aqua & oleum ex casia interiores partes plurimùm roborant caput nempe, cor, stomachum & epar.

CAPVT LXIV.

Zingiber.

Zingiberis forma.

PEr Indiam passim Zingiber crescit; optimum ac negotiationibus frequentissimum circa Malabar invenitur, formam habet arundinis Belgicæ tenuioris, altitudine trium aut quatuor palmorum. Radix est quod Zingiber vocamus. Id viride plurimùm in India manducatur, in lactucam, sed & sale conditum, ac aceto quod illi *Achar* vocant, eo modo qui supra, & circa piper, ac alios fructus cõdimento hoc præparatos, relatus est. Cùm carpitur ac siccatur annus ferè in Ianuarium ac Decembrem menses inclinat, Hujusmodi autem ea exsiccatio est. Terra figulina zingiber tegunt, ut foramina impleantur, ac radix recentior duret. Figulina enim vermes arcet noxios, qui esu eam perderent aliàs. Parvi fit in Orientali Indiâ, verùm maximâ copiâ versus Rubrum mare, Ormutium, Persiam, & Arabiam vehitur, in Lusitaniam non ità quod vecturæ pretium vix ferat. Ceterùm quibusdam balistariis Indicarum navium beneficio Regio indultum est, jam olim ut certos *Quintallos* Zingiberis, absq. tributo auferant. Id omne hoc est quod India emittit. Nam illud quo Hispani plurimùm utũtur, ex Capite Viridi, S. Thomæ insula, Brasilia, S. Dominici insula, ac Hispaniæ India advenit. Ideo ex Lusitanorum India parum zingiberis adfluit; ob longitudinẽ itineris, ac vecturæ caritatem, licèt ipsum ut cæteræ Orientis merces bonitate præstet. Etiam sacharo in Bengala zingiber conservatur; optimè tamen in China, gustu probo, magnóque in usu Indis; ac & ipsis Lusitanis; ad quos item transmittitur.

Quando exsiccetur.

Zingiber quo modo siccetur.

Annotatio D. Palud.

Zingiber ab Arabia incolis, Persis & Turcis, Gengibil vocatur, in Guzaratta, Decan, & Bengala etiamnùm viride Adrac, & arefactum Sucte, in Malabar Imgi, siccatum aut viride in Malacca Aliaa.

Zingiber in modum junci aquatici aut gladioli excrescit, nigrius tamen, caule trium aut quatuor palmorum altitudinis, ac radice juncea, non serpente, ut ab Antonio Musa traditum est, sed nec ita acutum, præsertim illud quod in Bacaim provenit, ob superabundantiam humorum.

Radices has in minutas partes conscindunt, ac aliis herbis admiscent, ità ut lactucarum vicem impleant, adjectis oleo, sale & aceto. Sed & cum carne ac pisce decoquuntur.

Zingiber in omnibus Indiæ locis crescit, seritur, aut plantatur: Nam quod sponte nascitur, non ita probum est. Optimum ac copiosissimum ex Malabar provenit, ab Arabia gente ac Persis valdè expetitum. Inde Bengala sequens laus est. Tertium locum obtinet, quod Dabul & Bacaim mittunt, ac universa littoris marini ora. In deserto ac interiori terra rarò reperitur. In S. Laurentii insula & Comoro item habetur. Zingiber leniter alvum solvit, ac digestivam virtutem roborat. Sed è contra quidam illi obstructionis alvi facultatem adjiciunt, quòd enim digestivam virtutem juvet, fluxus qui ex crudis humoribus proveniunt suspenduntur. Stomacho frigido calores adserit, ac adversus nebulas oculorum valet, magnisq; medecina generibus adhibetur.

CAPVT LXV.

Caryophyllon.

Caryophyllon quibus nominibus appelletur.

CAryophillon apud Turcas, Persas, Arabes, ac plurimos Indorum *Calafur* nominatur. At in Moluccæ insulis, quibus id aroma peculiare tantum est *Chambo*.

Moluccæ

Moluccæ insulæ numero 5. computantur, sub linea Æquinoctiali, quas & antèa descripsimus. Eæ præter Caryophyllon nihil ferunt, quod inde per orbem distrahitur. Arbor lauri speciem habet; flores primùm candidi, indè virides postremo rubri ac duriores, in Caryophyllon desinunt. Virides adhuc amœnissimum supra cunctos odores odoramentum habent. Caryophylla autem densa maximè enascuntur, magno numero decerpta siccantur. Iustus eorum color tùm sufflavus, fumo deinde in nigredinè compellitur. Caryophylla quæ arbori adhærent crassiora, in sequens usque anni tempus matrum Caryophyllorum nomine durant. In locis quibus hæ arbores crescunt, nullum gramen est, omnis enim succus ad ea derivatur. Quod Lusitani *Baston* vocant Belgæ *Rompam* Caulis est, quo Caryophylla arbori adhærent, id pari manu cum caryophyllis colligitur. Etenim in Moluccæ insulis caryophylla nequaquàm emundantur, rarò autem in India, plurimumque venduntur cum matre, pulvere, ac caulibus. Quæ tamen in Lusitaniam mittenda veniunt, ea distinguuntur. Calor huic aromati essentialis est & genuinus. Inde cum in India emendatur, si vas aliquod cum aqua aut alio liquore adstet, id omne intra duos dies, etiàm aliquatenus dissitum ingenti siccitate caryophyllorum exhauritur, ut sæpenumerò experimentis comprobatum est. Eandem naturam sericum Chinæ rude habet. Nam si id asseribus impositum aliquantulum a terra elevetur, ipsaque humus aqua conspergatur, madefacto nullatenus serico, manè omnis humor sericum invaserit, sedulâ calliditate Indorum, qui hoc sæpè modo sericum graviore pondere imbuunt, cùm extrinsecus nullus liquor appareat. A mari ad tormenti (quod nos *Bassum* vocamus) jactum Caryophilli arbores dissitæ crescunt, sponte suâ, nullâ curâ aut plantatione; humum decerpturi ea incolæ duntaxat purgant subtus. Amant mare non magnoperè vicinum, item nec valdè remotum. Etenim insulas ipsas oceanus fluctibus suis circundat. In anni magna fertilitate Caryophylla foliorum numerum facile superant. Manu non colliguntur, sed ad ramos alligatis funibus multâ vi avelluntur. Ideo lætis gravitèr arboribus fructus sequenti anno nullus est, spe in tertium productâ. Arbores aliæ ex deciduis Caryophyllis crescunt, ut castaneæ, quàm citissimè ob imbrium abundantiam quòd sub Æquinoctiali linea insularum Moluccæ situs sit; ideo intra octo annos fructum ferunt, duraturæ usque in centum. A Septembri usque in Ianuarium carpuntur. Viridia saccaro conservata ac in condimentum quod *Achar* vocant redacta, in Malaccam & Indiam mittuntur. Ex iisdem & aqua colligitur ad cordis robur alioque medecinæ usus. Caryophylla mulieres Indorum frequenter manducant, boni halitus gratia, idem Lusitaniæ fœminæ facere occæperunt. Folia lauri instar habet.

Vbi crescat.

Caryophylla Baston.

Calor essentialis Caryophyllis.

Sericum Chinæ rude quo calore fit.

Natura Caryophillorũ.

Aqua ex Caryophyllis.

Annotatio D. Palud.

Caryophylla ex arboribus nascuntur, quæ Lauri magnitudinem ac formam habent, folia tamen graciliora sunt, ut amygdali, aut salicis. Multos ramos ac infinitos flores nutriunt, qui in eum fructum quem caryophyllon vocamus transmutantur. In extremitate ramorum crescunt, ut uvæ myrti. In usu sunt culinis & officinis. Viridia aceto & sale condiuntur, etiam saccaro, in magnam palati amœnitatem. Aqua quæ ex viridibus Caryophyllis distillat, amœna admodum est odore, ac cor roborat. Sed & sudor iis qui Gallico morbo laborant excitatur Caryophyllis, Maci, nuce Myristica, & longo nigróque Pipere. Quidam pulvere Caryophyllorum caput spargunt, contra dolores capitis ac gravedines. Hepar, stomachum & cor confortant, digestionem juvant, Urinam citant ac ventris fluxum sistunt. Oculis adhibita visum roborant. Eorũ drachma quatuor cum lacte pota Veneris usum promovent.

CAPVT LXVI.

Macis, Nux Myristica.

ARbor nucum Myristicarum ferax, Piri sive Persici speciem habet, nisi quòd gracilior sit; rotundis se ostendit foliis. Banda eam gignit; insula non ita longè à Moluccis sita, itèm & Iavæ insulæ. Ex iis Malaccam versus in Indiam ac Chinam distrahuntur. Fructus rotundis ac grandioribus Moluscis nucibus adsimulatur, intus nux Myristica latet. Hæc ligneo etiamnum cortice tegitur, in quo ipsa soluta vagatur, is tum flore sive involucro aromatico, quod Macin vocamus cingitur, mox succedit fructus Persico exteriore forma persimilis, in epulis amœnissimo odore cùm maturescit expetitus. Is & saccaro conservatus per Indiam passim distrahitur, ac in Lusitaniam quandóque emittititur; sed aceto etiàm salitus conditur. Nux cum maturescit turgida flore, priore cortice disrupto, eum prodit, rubro coccineove colore, quem intra fissuras Macis genuinum pulcherrimo, jucundissimóque adspectu ostentat, plenâ fructibus arbore. Ceterum rupto cortice macis quandoque dilabitur, ea causa est ob quam nuces absque Maci subinde prostent. Siccatâ nuce flos abit, ac ruber color in flavum illum igneumve discedit, quem nos in Maci videmus. Insulæ feraces hujus aromatis ut Banda, & cæteræ salubres parùm existunt. Eâdem infamiâ Moluccæ laborant, indè exitiabilis opum cupido multos mercatores diversis morborum generibus absumit, ac in periculosas ejus plagæ ægritudines conjicit.

Arbotis Myristicæ forma.

Forma Nucis.

Moluccæ parum salubres

Digitized by Google

Nomina varia nucis.

conjicit. Nux myristica ab incolis Bandæ apud quos plurimùm crescit *Palla* dicitur, Macis sive flos ipse *Buna Palla*. Decanini & Indi nucem *Japatry* nominant macin vero *Japsol*, &c.

Annotatio D. Palud.

Piri arboris formam fere habent, ea arbores ex quibus nux Myristica cum Maci crescit, foliis tamen brevioribus ac rotundioribus. Contra capitis dolores matricis ac nervorũ valent.

Nuces Myristicæ tribus culleolis teguntur. Prior imaginem fert culleolæ juglandis. Ea matura sese reserat ac tenuem corticem prodit, forma reticuli fructum ambientem, is nostris Macis dicitur, sive flos Myristicæ, ad cibos ac medicinæ usus tantoperè utilis. Tertia culleola durior est, ac lignea, præ cæteris, putamine regiæ nucis instar, nisi quod nigra sit. Ea nucem Myristicam continet.

Fructu maturo ac exteriore cortice disrupto, Macis pulcherrimè in rubrum colorem rutilat, eodem jam arefacto Macis item fissuras ducit, aureumque colorem adipiscitur.

Myristicæ duplex genus est. Masculinum oblongum, & aliud rotundius, quod validissimum ac præstantissimum habetur.

Nuces hæ cerebrum confortant, memoriæ vim acuunt, stomacho calorem & robur addunt, ventositates expellunt, bonum halitum conciliant, urinam citant ac fluxum ventris suspendunt. Valent in summa adversus omnes frigidiores infirmitates, capitis, & cerebri, stomachi, epatis, & matricis.

Oleum contra supradicta vitia validius & melius est.

Macis optimo remedio infirmitates stomachi sanat, digestionem promovet, omnesque pravos humores consumit, ventositatibus expulsis.

CAPVT LXVII.

Cardamomum.

Cardamomi forma.

CArdamomo Indi multùm utuntur ad ciborum apparatus; idem boni halitus gratia dentibus crebrò terunt. Tollit quippè pravos cerebri humores, ac alia vitia. Crescit granorum reliquorum modo, fægopyri instar, colore tamen albo, ac in flavedinem inclinato, folliculis granorum fægopyri similitudine, quibus 10. aut 12. grana continentur, ea Cardomomi appellatione veniunt. Duæ ejus species, magnitudine discretæ. A Malabaris *Etremilly* a Gusarattis, Decaninis & Bengalensibus *Hil*, a Mauris inter eos degentibus *Helachy* vocatur. Etenim hoc aromatis genus passim per Indiam divenditur, ac commerciis distrahitur. Plurimùm crescit Calecuti & Cananori in locis tractus Malabar, ac in insula Iava.

Vsus.

Ceterum ex supradictis partibus ad alias regiones transmittitur; in Lusitaniam rarò ob gravia nauli impendia, nisi quod nautæ subinde aliquid secum ferant. Quæ in India carnes ad cibos aptantur; eæ Cardamomo addito demùm comeduntur. Odore etenim ac gustu præstantissimè epulas adficit, si aliquod in India aroma.

Et virtus.

Annotatio D. Palud.

Avicenna Cardamomi duas species ponit. Unam Saccolaa quebir, id est, majus Cardamomum nominat; alteram Saccolaa regner, i. minus Cardamomũ. Id in Malabar Etremelli vocatur, in Seylan Encal, in Bengala, Gusaratta & Decan aliquando Hil, aliquando verò Elachi, à Mauris tamen, Ethnici enim per Indiam omnes id Dore vocant. Græcis antiquis, ut Dioscoridi & Galeno aliisq; Cardamomum ignotum fuit, & quamvis Galenus libro 7. simplicium scribat, Cardamomũ non ita calidum esse ut Nasturtiũ, at gratius & amenius odore, quadam amaritudine admixta, tamen hæ notæ omnes cum Indiæ Cardamomo nequaquàm conveniunt. Dioscorides primo libro, 5. capite, hujusmodi cardamomum laudat, quod ex Comagene, Armenia & Bosphoro affertur, quamvis in Arabia & India tale nasci dicat. Addit tamen eligendum esse id quod plenum sit, ac lentum fractione, gustu amarum, & caput suo odore gravans. In eas regiones ex India Cardamomum venit ex quibus suum Dioscorides ducit, quod verò nec lentum fractione sit, nec caput gravans, nec amarum, nec ita acutum ut Caryophylla.

Majus Cardamomum oblongam triangularemque culleolam habet, sive folliculum, quo leviter rubra grana continẽtur angulata. Minus item triangularem folliculum habet, distinctũ tamẽ brevioribus minoribusq; granis, tenui pellicula in medio existente. Idem triplex etiamnum est, minus, medium, minimum.

Stomacho virtute suâ calores adfert, cibum digerit, capitis vertigines sedat: cum Betela item manducatur, ad capitis ac stomachi à pituita purgationem.

CAPVT LXVIIX.

Lacca.

Lacca quibus nominibus appelletur.

LAcca quam Malabares, Bengalenses & Decanini *Assij*, Mauri *Lac*, Peguenses, apud quos optima commerciis distrahitur *Treck* vocant, ex Pegua in Sumatram permutatione cum pipere advenit. Indè Rubrum mare versus in Persiam & Arabiam mittitur, dicta ideò ab earundem regionum incolis *Loc Sumatri*, id est, Lacca Sumatræ quod ex Sumatra ad eos veniat. Conficiendæ autem Laccæ modus hic est. In Peguæ regno, aliisque locis in quibus Lacca fit, formicæ maximæ alatæ existunt. Hæ arbores quasdam prunorum specie scandunt, ex quibus certa gummi species defluit, id exsugunt, & circa ramos perinde Laccam ut apes mel, ac ceram diffundunt. Repletos porro ramos detruncant Domini, ac Soli siccandos exponunt, ita solutis mox ramis & exemptis, *Lacca* ipsa arundinis specie apparet.

Lacca quibus sit.

Digitized by Google

apparet. Verum & ligni abrupti aliquantulum subindè adhæret. Eo vitio improbatur, ac puræ lignosa illa nimis quàm cedit. Nec fragmenta aspernantur. Ex iis quippe collectis ac liquefactis, laccæ genus aliud fit, bonitate tamen inferius. Rudis etiamnum *Lacca* formicarum subinde alas complectitur, primùm colore exstat fuligineo; pòst vero in omnes colores, singulari Indorum elegantia ac arte distribuitur.

Annotatio D. Palud.

Laccam in pulverem rediguntac liquefaciunt tùm omnigenos & quosvis colores admiscent, rubrum, nigrum, flavum, viridem, &c. atque ex ea baculos conficiunt, quales nobis hic venduntur ad sigillandi usus.

Lacca lecticas exornant.

Eâdem lecticas exornant, ligno enim quod jam illâ machina, quæ clinopegis in usu politum ac rotatum est, laccam cujusvis coloris adhibent, ac illinunt; illa calore ligni, quem id crebrâ illâ rotatione adipiscitur, liquefacta, eidem passim adhæret, unguis crassitie. Tum stramine latiore aliisve siccis juncis poliunt, ita ut lignum prorsus contectum, nullâ ex parte appareat, speculi instar nitidum, jucundissimo adspectu, ac duraturo donec lignum integrum sit, modò elegantem cultorem habeat. Atque hoc modo in India sedes, cistæ, sellæ, aliáque lignea instruuntur. Singularis autem hoc in genere Chinensium industria notatur, illi mensas, sellas, thecas, capsulas, scrinia, &c. ita pingunt, nostrâ omnium admiratione ad prodigiosi usq. ingenii signa. Eâdem *Laccâ* argentum omne implent, cultrorum scilicet capulos, quos extrinsecus ex argento faciunt, introrsum autem

Annuli aurei Lacca impleti

Lacca implent. Magna etiàm Indi subtilitate annulos conficiunt, qui ex auri massa solidi apparent, cum intus tamen cavi Laccâ impleti sint. Id fraudis vix quisquam deprehenderet. In *Ballagatta* & *Malabar*, *Lacca* quoque invenitur, sed rarior, maxima ejus copia in regno Peguæ est, indè passim per Indiæ nationes transfertur.

CAPVT LXIX.

Annil sive Indigo.

Annil inter colores præstat.

ANnil, alitèr *Indigo*, Gusarattis, *Gali*, aliis *Nil*, magni pretii color est, Lusitanorum commerciis expetitus. In regno Indiæ Cambaja nascitur herba Rosmarino similis, ea ut cæteræ herbæ, feritur ac suo tempore decerpitur. Siccatur primum, pòst humore inquinatur, ac tunditur, & repetita tum post aliquot dies siccatione, præparatur in viridem subtiliorem imprimis colorem, atdeinde cærnleo colore enitescit, quo ad nos delatus apparet. Melior autem est eo, si pulvere elegantiore teratur.

Ejus virtus quomodo probetur.

Virtutem ejus flamma candelæ explorant, si enim pollinis instar resolvitur summam habet commendationem, sed in arenæ modum coactus pulvis reprobatus est, ita aquæ injectus natatu laudatur, mersus spernitur. Ceterùm maximâ æstimatione caryophyllorum pretium tam in India, quam Lusitania superat; jampridèm annuis locationibus a rege conducitur; Ne hunc colorem temerè quis in India emat, aut in Lusitaniam transmittat.

Annotatio D. Palud.

Anil sive Nil teste doctissimo Camerario, qui in horto suo hujusmodi plantas habuit, glaucis foliis conspicitur, similitudine quadam ejus herbæ, quam Barbam Iovis nuncupant, nisi quod latiora aliquantulum sint.

CAPVT LXX.

Ambarum, Muscus, Algallia sive Zibethum.

De Ambaro opiniones.

AMbarum aliqui spumam balenæ, alii excrementum, alii bitumen aliquod, ex fonte quopiam maris productum definiunt. Verùm ex balenis non provenire experimenta docent, multis etenim in aliis locis reperiri possit, præsertim circa Biscayæ littora, capturâ plurimarum balænarum inclyta, nullo tamen Ambari quæstu. Ideo ex fonte aliquo; aut ipso maris fundo suis locis glutinoso, haud inani argumento creditur fluere. Plurimùm autem invenitur, in tractu Soffalæ, Moszambicquæ, Melindæ, sive Abex; ac circa Maldivæ insulas, & Comorinense caput, licèt rarò. Sunt qui existimant esse insularum aliquas, sive rupium partes, quas mare undis tectas habeat, quæ subinde tempestatum impetu avellantur. Nam partibus sæpenumerò natat 10. aut 12. imo 50. & 60. palmorum. Ità

Vbi plurimâ inveniatur.

Ambari insulæ.

ferunt aliquando integras reperiri insulas ex Ambaro, quas cùm repetere vellent illi qui antea naves oneraverant, nullas invenere. Anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo quinto, apud Comorini caput reperta est pars Ambari triginta quintallorum, ac primus ejusdem inventor Picem opinatus, rem magnis dignam opibus exiguo pretio vendidit, quæ postea dignitate materiæ agnita fuit. Inde aliquando Ambarum cum testis ac stercore marinarum navium in eo nidificantium mixtum apparet. Ceterùm cinericii coloris

Ambarum cinericium.

Ambaro maximus honos est, id albis venis distinguitur. Est & nigrum Ambari genus, verùm æstimatione inferius. Probatur aciculæ puncto, si oleum abundantius effluat. Ab Indis Satrapis, ac Regibus valdè expetitur, in ciborum condimenta. Venerem quoque adjuvat. Etiam multa concinnant ex Ambaro elegantiora, adjunctis Musci, Zibethi, ac Benzoini aliorúmque benevolentium specierum condimentis. Ex his pilulas sive globulos conficiunt, circumjecto argento ad odores,

Virtus quomodo probetur.

Digitized by Google

quos ambulantes circumferunt. Sed & distincti argentei cultrorum ac pugionum capuli, operibus illustribus, impleti hisce aromatibus, apud Indos summâ elegantiâ nitent; à potentioribus etenim & Lusitanis hujusmodi artificia expetuntur magnoperè, summâ ingeniorum Orientis commendatione.

Ex Ambaro elegantiora confecta.

Annotatio D. Palud.

Ambarum Latinè, Arabicè Ambar, Picis quædam est species (ut & meritò author ait) ex certis fontibus alto in mari existentibus ejectum; Id Soli expositum mox duratur, ut alia quæ ex mari proveniunt. Ambarum hoc amanitatem ob odoris, caput ac cor roborat, siccitate sua superfluos humores stomachi digerit, omni vitio ac infectioni adversatur, comitiali morbo oppressos juvat, contra defectiones animi ac suffocationes uteri sumptum, ac subjectum probatur. In summa senectuti vel maxime prodest, contra cunctas frigidas passiones.

Muscus unde

Almiscar sive Muscus ex China advenit. Bestiolæ ibi vulpeculis similes, aut catellis, ad necem verberatæ, ac plagis mollitæ putrescunt, cum carne pariter & sanguine. Ex pelle tùm incolæ crumenulas conficiunt, quæ filis undique consutæ venduntur. Vnciæ pondus fere habent à Lusitanis *Papos* dictæ. Ceterùm optimum ac præstantissimum Musci genus ex testiculis horum animantium colligitur; alterum licèt nomine Musci prosfet, eandem tamen virtutem non habet. Vnde Chinenses, omni in re ut sunt elegantissimi, ità & crumenas has rotundas testiculorum forma effingunt, quò facilius ementibus imponant.

Vbi optimus.

Animalis mira natura.

Animal ipsum naturali instinctu cùm pretium testiculorum suorum intelligat, de fuga aliàs desperans, eosdem dentibus ac morsu avellit, & in lutrum velut libertatis abjicit. Ita occupato collectione testiculorum venatore, necem aliquando evadit. Multâ sanè versutiâ hoc odoramenti genus Chinæ populi vendunt. Iecinora etenim boum seu vaccarum, siccata & contusa admiscent, quibus musco imbutis crumenas impleant. Ea fraus cotidiano experimento agnoscitur. Muscus si tempore corruptus sit, & odoris expers crumenulæ eximitur, ac in mortario tunditur minutas in partes, deinde pueruli urina aspersus, ac plumbeę ollę incluſus, obturato probè ore, pristinam odoris virtutem, si modo aliquis etiamnum vigor subsit, adipiscitur.

Musci odor deficiēs quomodo reparetur.

Annotatio D. Palud.

Alii existimant Muscum enasci circa umbilicum bestiolæ cujusdam tuberis instar. Is qui flavedine pallet optimus est, cor tremulum ac frigidum confortat, ejusque cuncta vitia potus ac devoratus demit, maculas oculorum albas purgat, catharros humidos exsiccat, ac cephalæam ex flegmate obortam sanat.

Zibethū ubi.

Algallia sive *Zibethum* plurimùm in India reperitur, in Bengala scilicet. Sed ob gentis artes veteratorias, ac fraudulentas, quibus omne illud odoramentum, olei ac arenæ admixtione adulterant, ad augendum pondus nequaquàm tantoperè expetitur. Optimum *Zibethi* genus ex Guinea advenit pulchritudine & synceritate eximium. Nascitur ex sudore cattorum, quos *Algallias*, seu *Zibethos* nuncupant, qui etiam in has nostras regiones & in Hispaniam vivi deferuntur. Ea res cùm nota sit, longiore explicatione nequaquam indiget. Ad cæteras ergo species herbasque Indiæ pergamus.

Zibethū quid

Annotatio D. Palud.

Zibethum nascitur in posterioribus animalculi crumenulis, cujus & inde nomen catti Zibethini fluxit; sudoris instar, ut a Iohanne Hugone rectè scriptum est circa anum hujus bestiæ gignitur, ex calida humidáque facultate. Zibetho si umbilicus mulierum ungatur, matricis strangulationem impedit, ac libidinem fœminarum excitat.

CAPVT LXXI.

Benzoinum Gummi.

Benzoinum quid.

Benzoinum materiam habet thuri myrhæque similem, at majoris pretii, quod ad multos medecinæ usus serviat,

Benzoinum etenim amanitate odoris sui, cor roborat, caput & cerebrum. Capitis superfluos humores exsiccat, sensus fumo acuit; in abscessu morborum prodest ac servit.

ac ad pilarum ex Ambaro, aliisque materiis odoriferarum confectionem, valdè expetatur. Crescit plurimùm in Sianæ regno in insula Sumatra, Iavis, ac regionibus circa Malaccam. Altissimæ sunt arbores, ramis ingenti crassitudine, foliis qualia limonum arbores habēt, trunco vasto ex quo gummi nascitur, quod *Benzoinum* vocant. Arbores nondum planè adultæ optimum gummi reddunt, atro colore, ac suavissimo odore diciturque *Benjuin de boninas*, id est, Benzoinum florum, ob beneolentiam. Alterum benzoinum *Benjuin Amendoado* vocatur, id est, Benzoinum amygdalorū, quod mixtum sit cum albi benzoini fragmentis, & nigri, specie amygdalorum per medium ruptorum. Huic tantam æstimationem non tribuunt. Etenim album *Benzoinum*, cùm ex annosis arboribus collectum sit, nèc eodem odore, nèc virtute eadē valet; sed cum nigro miscetur, quo facilius distrahi possit. Duo hæc *Benzoini* geuera optima sunt, ac in Arabiam, Persiam, Ballagattam, & Lusitaniam cōmerciorum usu dimittūtur. Maxima Benzoini copia in Siana, & Malaccam circa crescit quod in Iavæ ac Sumatræ insulis nascitur vilius est. Incolæ locorum in quibus nascitur *Comingion* vocant, Mauri ac Arabes *Lovanjavij*, quasi Thus Iavæ, Decanini & Ballagattæ homines *Vdo*. Plurimùm truncos dissecant, ut ita faciliore cursu

Vnde fluat.

Species.

Nomina varia Benzoini.

curſu benzoinum effluat. Per Indiam negotiationibus valde expetitur. Inter odoramenta enim Indiæ præſtantiſſimum eſt, ſupra cuncta thuris genera.

CAPVT LXXII.

Thus & Myrha.

Thus in Arabia naſcitur.

THus in Arabia naſcitur, ac *Lovan* dicitur, ab Avicenna *Conder*: Gummi genus eſt, quod ex truncis arborum ut *Benzoinum* fluit. Optimum ex arboribus, quæ in montibus, rupibus & lapidoſis collibus creſcunt, provenit, tantâ copiâ ut & naves inungant, locò picis. Indè in Indiam, Chinam aliaſque regiones defertur vili pretio.

Annotatio D. Palud.

Thus duplex eſt: Album, rotundum, & gutroſum, quod optimum eſt, ac maſculum vocatur, alterum nigrum ad fumigationes tantum probatum, nullâ majore dignitate. In India & apud noſtros, contra fluxum ventris thus remedium eſt, etiàm adverſus capitis morbos, catharros, nauſeam & vomitum, ac ſanguinis ſputum: cava ulcera diſſipat, recentiaque & ſanguine ſtillantia vulnera ſanat.

Myrha unde & quid.

Myrha Indorum lingua *Bola*, eodem modo quo Benzoinum & Thus naſcitur. Ex Arabia fælice advenit, ſed plurimam ejus copiam Abyſſinorum ſive Preſbiteri Iohannis terra interior mittit, inter Moſſambicquam & mare Rubrum poſita, undè ad alias regiones tranſmittitur.

Annotatio D. Palud.

Myrha ad medecinam utilis eſt, in menſibus citandis, ac partu. Item in tuſſi inveterata, fluxu ventris, ac dyſenteria.

CAPVT LXXIII.

Manna & Rhabarbarum.

Manna unde.

MAnnam Arabiæ ac Perſiæ regiones mittunt, plurimam tamen ejus copiam provincia Tartariæ *Vſbeka*, poſt Perſiam ſita. Vitris incluſa diſtrahitur, amygdalarum ſaccaro conditarum magnitudine, nullâ aliâs certa formâ, quod particulatim ac minutatim habeatur; colore albo eſt, ac ſaccari guſtu, ad favi uſque dulcedinem. *Xercaſt* aut *Xerkeſt* Perſæ vocant, id eſt, lac arborum; nam ros eſt qui in arbores deſcendit, eóque ramis dependens; ut tempore hyberno e tectis aquarum congelatarum ſtiriæ. Colligitur mox ac in vitreis calicibus in Indiam aliaque loca defertur. A medicis enim ad purgationes corporum expetitur.

Ejus ſpecies.

Aliud Mannæ genus eſt quod *Triamjabin*, aut *Trũgibin* indigitãt. Id ex aliis fructibus herbiſque colligitur forma canabini ſeminis majore tamen, fruſtatim proſtat, coloréque rubro ſeu roſaceo agnoſcitur. Quidam hujuſmodi mannam circa truncum ut gummi naſci putant. Ormutii ac in Perſia inter medicamenta purgantia locum habet, ab Indis non perindè, ut prior illa ſpecies diligitur. Verum & diverſa ab his mannæ ſpecies cum foliis ipſis admixtis, majoribus partibus, ſimilis mannæ Calabriæ, per Baſſoram ex Perſia, Ormutium & in Indiam advehitur. Ea pretio cætera mannæ genera ſuperat. Manna ſubinde & utribus, quibus in Turcia ac Perſia utuntur, advenit, liquida, colore albo, ſapore cum ſupradictis mannæ ſpeciebus eodem, ſimilíque ad purgationes aliaque remedia virtute.

Annotatio D. Palud.

Manna coleram leniter purgat, mitigat ac minuit aſperitatem gutturis, pectoris & ſtomachi. Sitim reſtinguit. Verùm quòd languidè purget, virtutem ejus thymo aut yſopo augent; Cum validis ea mixta purgationibus perfectiore operatione agit, ob amænam dulcedinem naturæ omninò commodam.

Rhabarbarũ ex China quomodo creſcat ignoratur.

Ceterùm de Manna paucis his contentus ero, cùm non tam ſingulari commercio celebretur. At quia de purgantibus ſermo eſt, haud abſurdum fore opinor, ſi aliquid de Rhabarbaro radice addiderim. Licèt autem ea nullâ certiore ſcientia deſcribi poſſit, in creſcendi ratione. Compertum tamen eſt in Chinæ regni interioribus duntaxat enaſci. Per provinciam Tartariæ *Vſbekam*, quæ Chinæ finitima Indiam ac Perſiam prætexit, Ormutium advehitur, atque indè in Indiam licet mari aliquando adferatur. Verum ea quæ terra venit optima eſt. Omnes enim herbæ ad medecinam pertinentes navigio allatæ corruptionem ac putredinem aliquam facilè contrahunt; Ideo terreſtri itinere per Turciam Veneti Rhabarbarum, ſupra Luſitaniæ Rhabarbatum, pretii majoris ac meliori bonitate habent, qui deinde illud ad noſtros uſus diſpergunt. Sed & Luſitanis talium tenue ſtudium eſt. Contenti illi tritis mercibus, hujuſmodi curioſitates non curant, Venetorúmque commerciis facilè permittunt.

Medicæ herbæ quæ navibus vehuntur facile corruptiones induunt.

CAPVT LXXIV.

Sandali lignum.

SAndalorum tria ſunt genera. Vnum album, alterum flavum, tertium rubrum. Album, flavum, & aliâs præſtantiſſimum, ex Inſula Tymor advenit, quæ Iavis adjacet. Integræ hic albi, flavíque Sandali ſilvæ viſuntur, frequentíque hinc commercio per totam Indiam diſtrahuntur. Sandalum rubrum in tractu *Choromandel*, & *Tanaſeryn*, in Peguæ terra fere creſcit. Arbores nuci penè ſimiles ſunt, ac fructum quendam ceraſorum inſtar habent, viridem primùm colore, poſtmodùm nigrum, nullo tamen guſtu aut uſu, quòd ſtatim decidat.

Sandali genera unde.

Integræ ſylvæ Sandali.

Digitized by Google

Lignum duntaxat ipsum in pretio est. Id ab incolis locorum, in quibus nascitur *Chandanacon* dicitur à Decaninis, Gusarattis, Canarinis, aliisque Indis *Sercandaa*, Arabibus & Persis *Sandal*, undè & Lusitanis *Sandalo*. Flavum albumque Sandalum in India valdè expetitur, ab Indis, Mauris, Iudæis & gentilibus. Pinsunt hoc ipsi, ac tundunt, ut in pultem redactum unguēti more ad corporis inunctiones serviat. Refrigerat etenim corpus & sunt Indi aliàs odoramentis a natura conciliati. Rubri sandali apud Indos exiguus est usus. Valet contra fervidas febres, ungunt enim eo arterias, tempora ac frontem. Ad alias regiones magna copia transfertur, quòd summi in Medecina usus sit. Indi ex eodem ligno idola, sive *Pagodos* fabricant, ut pretium illis majus sit.

Vnguenta ex Sandalo.

Annotatio D. Palud.

Album, flavum, sive pallescens Sandalum, etiàm apud nos in usu est, inunctione cum aqua rosacea, contra fervidos dolores capitis. Hujusmodi cuncta ligna flavi, albi, rubrique Sandali, adversus calidas febres probantur, contusa & hausta. Præterea sandala non tantùm confortant, verùm etiam exhilarant cor; miscentur ideo egregiâ probitate medicamenti ceteris cor roborantibus remediis, quæ contra hujusmodi pulsus conficiuntur.

CAPVT LXXV.

Palo de Cobra, sive lignum Serpentum.

Lignum Serpentum quid.

LIgnum Serpentum plurimum est in Seylana insula, humili arbore, cùm radice lignum id, quod Sepentum vocamus, constet. Colore albo ad flavedinem aliquantulum pertinet, durum ac gustu amarum, magni in India usus. Conficitur ut sandalum cum aqua & vino, atque epotum eo modo valet adversus febres ferventes, si uncia una absumatur admixta aquæ. Etenim contra venena omnia alióq. morbos, passionem iliacam, lumbricos, cæteraque corporis corruptiones pollet, præcipuâ virtute adversus morsus serpentum, undè & nomen traxit. Monstravit hujus ligni efficaciam Indis primùm bestiola *Quil* sive *Quipela*, quam viverræ forma multi ad mures gliresque profligandos, etiam ad delicias habent. Huic naturali simultate cum serpentibus magnum certamen est, ideóque læsa crebrò ad ligni hujus (quod in Seylan, ubi hæ bestiolæ multæ degunt, plurimum est) medecinam, certissimo contra morsus venenosos remedio, accurrit. Indè tadici tanta æstimatio, ac in commerciis tam ingens pretium.

Fjus virtus.

Monstrata per animalis cujusdam industriam.

Garcius ab horto triplicem hujus ligni naturam describit quem adire potes.

Annotatio D. Palud.

Duplex Serpentum lignum apud me videas. Unum quod hic a Johanne Hugone describitur, constans arboris radice, album, ac gustu amarum, rudi cinericióque cortice contectum. Alterum mihi Hispali misit eruditissimus Doctor Simon de Tovar, quod brachii crassitudine, cortice tectum est aliquantulùm marmoreo, ac variato serpentis instar, introrsum item album & gustu amarum.

CAPVT LXXVI.

Lignum Calamba, aliter Lignum Aloes.

LIgnum Aloes, quod in India *Calamba*, sive *Palo d'Aguilla* vocatur maximè in Malacca, insula Sumatra, Cambaja, & Siana viciníque locis invenitur. Arbores olivarum forma sunt, licèt majores; detruncatæ non ita benè olent, propter viriditatem immaturā. Siccitate etenī melior odor crescit. Medulla ipsa odore præstat ac differentèr habetur, noveruntque Indi subtilissimè discrimen. Optimum *Calamba* vocatur; alterum *Palo d'Aguilla*. Probatur autem pondere, venarum nigrarum distinctione, ac olei majore fluxu, qui ad ignem exanimatur, crassitie item & magnitudine. Ex iis qualitatibus virtutes æstimantur. Ex hoc ligno pretiosa multa fiunt, singulari ac commodissimo odore, undè & Calambam aurum & argentum contra non caram habent. Post Calambam dignatione *Palo d'Aguilla* succedit; Est & alia ejus species *Aguilla brava*, id est, sylvestris nomine, magno itèm in pretio, quod Indi satrapis & sacerdotibus inde rogum defunctis struant, pari honore, quo apud nos marmorea sepulchra celebrātur. Verùm cùm supradicto *Aguilla* ligno, sive *Calamba* comparari nequaquam potest. Sylvestris *Aguilla* plurima in Seilana insula crescit & in tractu *Choromandel*. Optimè autem notæ *Calamba*, itèm ea *Aguilla* de qua supra, circa Malaccam nascitur. Ex hoc ligno precatorios globulos rosariorum nomine notos, ac Crucis imagines conficiunt, maximo pretio quod sanè haud vanum est. Cætera etenim ligna odore superat, aliis regionibus haudquaquàm commune.

Lignū Aloes.

Medulla odorifera.

Quomodo probetur.

Rogus ex ligno odorifero

Annotatio D. Palud.

Lignum Aloes, Agallochum Xylo, aliter Paradisi lignū, Arabicè Agalugen & Haud, incolis Gusaratæ & Decan Ud, in Malacca Garro, optimumque Calamba vocatur.

Hujus ligni multas species habeo, amanas omnes odore, variatas & maculosas, pinguedine plenas densas adhæc & crassas. Lignum hoc haustum bonum halitum conciliat, languidum item & humidum stomachum, qui cibum respuit juvat, itèm prodest iis quibus debile jecur est, ac dysenteria & pleuritide laborātibus.

CAPVT LXXVII.

Radix China.

ANno primùm millesimo, quingentesimo, trigesimo quinto China radix gentibus

Digitized by Google

China radix quando primum nota.

gentibus Indiæ innotuit, ignota antè, quòd tum morbus ille quem aliquando Gallicum, aliquando Neapolitanum; subindè Venereum, optimè Indicum (quòd in India vulgaris sit ac quodammodò patrius) vocamus, remedio ex Gvaycano ligno curabatur. Illud ex Hispaniarum India allatum; aurum contra non carum erat, at radicis hujus successione eviluit. Vt Chinarum regioni morbus idem universalis ac vernaculus est, ità divinæ providentiæ munere remedium itèm in promptu habetur. Idcirco leviter malum hoc indigenæ æstimant, securi ob præsentem medecinam. Neque pudori est quatèr aut quinquiès laborasse. Quinimo faciliori ratione ac methodo curatur, cùm alii morbi præ hoc ancipites ac difficiliores sint. Iam ipsa radicis vilitas maxima, cum Pardauvo dimidio, Lusitanicâ monetâ sesqui-Testoni pretio pondo ematur. Ægri ceterum hoc modo radice utuntur. In partes minutas ac rotundas scindunt eam, ad unciæ pondus, deinde adhibitis quatuor aquę amphoris decoquunt; ut aquæ dimidium consumptum appareat. Ea cotidie decoctio recens novatur. Prætei hanc aquam nihil bibunt. Cibus tantùm est biscoctus panis, cum pullis gallinarum assatis, absquè adipe, sale, aut alio condimenti genere. Ità prandent. Cæna verò parie tosto cum melle (si ita videatur) explenda est. Ceterùm singulis diebus pressi vestimentis ac stragulis, ad sudorem decumbunt; eumque per horam aut sesqui-horam exprimunt. Triginta per dies victus hujus ratio continuata prodest. Imprimis vero aëris cavendi spiritus; tectis sollicitè capite ac auribus domum interdicto egressu custodiunt, atque ab omni re Venerâ studiosè abstinent. Hoc modo præsens remedium aderit, quod dolorum per artus ac membra majore accessione primùm exploratur, dissipatâ vi medicamenti per cuncta corporis.

Morbus Gallicus vulgaris in India.

Methodus curandi luem per Chinam.

China primo tępore remedii dolores auget.

Hujusmodi dolorum asperæ punctiones, usque ad 15. aut 25. dies increscunt, quo tempore bona omnino spes inculcari ægris debet, quippe post eum terminum mitigatis aculeis sublatâque ægritudinis noxâ, redeunte pristino artuum vigore, & completa intra reliquos quinque dies sanitatis integritate; ut nullum amplius morbi vestigium appareat. Sed cùm Chinæ decoctum stomachi appetitum validè acuat, cavenda tamen est omnis ingluvies, ac arctè servanda dietæ ratio. Ea etenim si diei unius, imo horæ intemperantia circa cibum intermitteretur, malum repetitis à principio remediis haud dubiè curandum esset. Inveterati maximè morbi, aut in senibus, Chinæ præsidio facilè curantur. Humores enim tum modici sunt. Post 30. dies descriptæ hujus curæ alius etiamnùm potus vitabitur, ideo fragmenta radicis decoctæ, per uncias jam antè seorsum servata repetuntur, ac indies in olla ad potum denuo excoquuntur. Verùm ea decoctio nullâ consumptione, ut prior fit; sed duntaxat simplex adhibetur. Illa tum 20. aut 30. sequentibus diebus potu continuatur; sedulâ à piscibus, boum; vaccæ, porcorumque carnibus, aliisque gravioribus cibis abstinentia. Tum perfecta sanitas absque ulla remedii fraude consumabitur, ac exinde paulatim ad promiscuos cibos æger se inclinat. Verum & 30. prioribus curæ diebus elapsis, liberior prodeundi extra domum facultas indulgetur, cum cautela tamen. Sudorem adhæc non amplius exigunt. Enimverò ad majorem fælicioremq. remedii operationem, ac firmam sanitatis restaurationem primo curationis tempore, corpus purgabitur, repetito itèm post quatuordecim, ac demùm post 30. dies purgatorio pharmaco. Ità, ut mille experimentis cognitum est, pristinus vigor redit. Ceterùm contra hoc malum Chinæ radix non tantùm valet, verùm etiàm adversus podagram, sciaticam, membráque frigore ac horrore correpta, expetita ideo à Carolo Quinto Cæsare. Eadem promiscuè omnibus anni tęporibus nequaquàm probatur. Offendit enim ob calorem æstiva tempestate quandò Sol Canem, fervidum sydus habet; ut & hybęrno, propter frigus. Veris autumnique temporibus omnimodò valet, consilio tamen medici, ac bono circa laborantium ætatem & sexum regionesque ipsas intuitu. Hoc modo Venereus in India morbus curatur. At in China, frigidiore terra, ac penè cum nostris regionibus eâdem cæli plagâ, idem decoctum unciis duabus aut sescuncia radicis in 4. amphoris augetur, ut duæ tertiæ aquæ partes consumantur, quæ ratio Indis ob fervorem regionis quam habitant, noceret. Etenim potissima circa morbum ac ægrotantis personam nota est. Quibus malum non perindè vehemens sit ii radicis minore quantitate, ac decocto non similitèr valido juvantur. Adolescentibus decoctū gravius necessarium est, ob humorum abundantiam. Valentes, ac nullo malo pressi, si hac radice utantur, sanguinem bonum, imò carnem ipsam consumunt. Qui autem suprà modùm eam adhibent, jecur ac pulmones detestabili fervore adurunt, erumpentibus universum per corpus pustulis, ac vomicis, translato malo in deterius, quod deinde majoribus remediis; ac difficultate vehementiore curandum sit. Hæc de Chinæ radice decoctiq. ratione brevitèr referre volui, ut illius virtus, ac modus innotescęret; patato contra nefandam mali vim tam facili remedio, cujus desperatione multi aut vitam ipsam amiserunt; aut eandem magnis dolotibus ac gravibus pœnis confectam transegerunt. Adversus ulcera itèm ex eodem morbo nata spuma radicis ac decocti valet. Probatur verò radicis bonitas ex pondere, albedine interiore.

Chinæ reliquæ virtutes.

Quando China secure prębeatur.

China cum cura prębenda.

China quomodo probetur.

Digitized by Google

interiore, ac nodorum raritate. Quæ rubet deterior est. Arbor ipsa in modum spinæ excrescit, à terra trium aut quatuor palmorum altitudine. In radice remedium supra laudatum est. Viridis etiamnùm cruda comeditur, decoctáque sachari arundinis gustum habet, non tamen tantâ dulcedine. Arbor raris foliis frondet, mali medicæ pullulantibus foliis haud absimilibus. In China *Lampaton* dicitur, ut ex testimoniis Chinensium accepimus. Atque hæc hactenus dicta sufficiant de China radice, à regione in qua duntaxat crescit ita nominatâ; Quæ restant medicis peritioribus permittimus.

Annotatio D. Palud.

China radix apud Ægyptios in usu planè est, non tantum adversus scabiem Indicam, verum & alias pravas adfectiones, cumprimis autem in iis quæ tabem ac maciem concitant probatur: tùm etenim radicem in gallinarum jusculo coquunt, ac aliquot diebus ægris propinant, quibus inde pinguedo ac coloris bonitas conciliatur.

China radix exsiccat admodùm, sudorem expellit, corruptioni resistit, jecur roborat, aquam inter cutem curat, ac prava ulcera, scabiem & lepram. Venerea lue correptis prodest, tabidos confortat, ac lienis pravos crassosq; humores minuit.

CAPVT LXXIIX.

Amsion aliter Opium.

Opium. AMsion Lusitanis, Mauris, Indis, at Aarbiæ hominibus *Amssion* dicitur, Latinis verò Opium, ex Cairo Ægypti, & Adena tractu Arabiæ, ac maris Rubri extremitate olim Lusitanis subjecta advenit, plurimum tamen ex Cambaja & Decan, Quod ex Cajro adfertur albet ac *Mecerij* vocatur, quod *Aden* mittit, aliique loci ad maris Rubri ostium nigrum & durum est, Cambajæ autem & Decanæ opiũ mollius est, ac rosacei coloris. Ceterùm succo papaveris quodam constat, gummosâ lentaque materie, quæ ex eo fluit, scissionibus, fissionibúsque derivata. Indi multum eo utuntur, nominatim verò Malavares, ad quos magni commertii vice ex Cambaja defertur. Consueti eo uti pòst cottidie id sumere debent, aliâs mortem obituri exsiccatis medullis. Paulatìm autèm ejus usum esúmque induunt, indè consuetudinis vi invalescente 20. aut 30. grana ad pondus indies devorant, mirum dictu; si quinque quatuorve dies sine opii usu postmodùm sint, mors certa sequitur. Qui itèm, nullâ consuetudinis facilitate immutatâ naturâ id statim eodem pondere, quo adsueti deglutiunt, his funus itèm præsto est. Veneni quippe vim aliquam mihi inesse persuadeo. Sanè qui eo utuntur velut dormitâtes incedunt. Ideo multi ejus desumptione atroces animi curas, anxietatésque laborum ac molestiarum, mentis corporisque mergunt, plurimi vero id libidinis gratiâ appetunt. Seminis etenìm flumen diutius suspendit, Indiæ mulierum expetitâ delectatione, quibus eodem momento naturarum cõcursus gratissimus est. Qui impensius id sumunt paulatìm in impotentiam ac sterilitatem abeunt, exarescente penitus semine, ut & Indi ipsi testantur. Satrapæ ideo eo exiguè utuntur, supradictas tantùm ad res expetitâ efficaciâ.

Quid fit.

Ejus usus mirabilis.

Haud sine veneni vi.

Annotatio D. Palud.

Opium succus est nigri papaveris, duplici specie. Prior quæ ex foliis & bulbis pariter exprimitur Græcisque Meconium dicitur; altera quæ ex bulbis fluit leviter discissis, ea opii justo nomine venit. Optimum gravius est, densum, firmum, gustu amarum, ac odore soporiferum, quod in aqua faciliter resolvitur, molle, album, sine nucleis. Turcæ Maslac nuncupant ac cottidie pisi magnitudine comedunt, non somni conciliandi gratia, sed firmandæ menti. Etenim bellaturi cumprimis appetunt, quòd eo cordis multum addi persuasum habeant, gratáque somnia excitari, imaginibus pulcharum mulierum consuetudinis. At apparet eos qui cotidiano id usu manducant somnolentos & marcidos existere, in verbis ac operibus vacillantes, ut ad res agendas minus idonei sint.

CAPVT LXXIX.

Bangua.

Bangua ab Indis usurpatur. INdis item cibus vulgaris *Bangua* est eadem virtute qua opium, valida. Semen est canabino semini persimile, exiguius tamen nec perinde album. Planta quoque canabi comparari potest, quæ tamen corticem non habeat, ad funes aut alia utilem. Indi folia & semen ipsum comedunt, appetitus (ut ajunt) parandi gratia, veriús autem explendis mulierũ desideriis. Promiscuè in pharmacopœorum officinis prostat, cum fõliorum Banguæ pulvere, mixtum semen, adjectâ viridi Arecca ad conciliandam ebrietatem, cum mentis quadam peregrinatione. Quidam nuces myristicas admiscent, itèm macin eâdem ad ebrietates potentiâ. Alii potentiores & opulenti camphoram, muscum, caryophylla & opium jungunt, quâ scilicet confectione exhaustâ jucunda oblivione curæ fileant, excitato risu ac mente in facetias & lepores compositâ. A meretricibus ideo expetitur, ut talibus ac lasciviæ illecebris gratiores appareant. Prima inventi gloria ex militibus, ac bellorum Ducibus prodiit. Hi longis militiæ malis, diurnis nocturnisque fatigati laboribus, hunc cibum apprimè expetebãt, quo securi ac ægritudinum obliti, membra mentésque suavi quietis voluptate recrearent. Etenìm Bangua desumpta ebrietatem parat, spumáque os turbidum fædat, manifestis stultitiæ notis, in finem usque digestæ virtutis. Apud Indos in

Quâ formâ.

Quove fine.

Digitized by Google

Bangua lethe curarum.

Indos in magno usu est. Similiter apud quosdam Lusitanos, plurimùm verò inter mancipia, quibus assiduus labor, acerbæ contumeliæ, ac servitus mæsta, hoc veluti delectamenti excessu recreantur, & diluuntur, brevi ac parabili, contra graviù curarũ, querimoniarumque asperitatem remedio.

Annotatio D. Palud.

Bangua Turcæ quoque & Ægyptii plurimùm utuntur. tribus modis conficitur, tribusq; nominibus distinguitur. Primam ejus speciem Ægyptii Assin vocant, quæ pulvere foliorum cannabinorum, cum aquâ in pastillum redacto constat: Ex eo quinque aut plura frusta, castaneæ magnitudine sumunt; Ea post horæ spacium mentem adimunt, velut ebrietatis quadam vi; hominesque ipsi tanquam rapti hebetantur, sensibusque apparitiones mirabiles deprehendunt, quibus summoperè delectantur. Hac confectione plebs utitur, quòd exigui pretii sit. Cannabi hanc vim neque miretur quisquam. Etenim juxta Galeni sententiam, cannabum caput admodum implet: Alteram Bosa nuncupant, ea Assin efficaciâ superat. Ex Lolii farina paratur, atque cannabino semine, cum aqua, modo qui supra relatus est; alii succum exprimunt, eundemque præbent. Tertia Bernavi dicitur, quæ Bangua justa & vera est, quam ex India præparatam habent, ac à Iohanne Hugone hic describitur. Ex ea unciam devorant: Inde primùm alacritas quædam nascitur, mox loquacitas, cantionum ludicrarum festivitas, risus immodicus, magnis cujusdam jucundæ stultitiæ excessibus. Post horæ lapsum fermè in iracundiam incidunt, lites, jurgia, ac pugnas, quæ tamen parvo tempore durant. Subeunt postmodum mærores animi & anxietas, ac proni in lacrymas oculi languent, donec obrepente somno quies incidat, post quam ad sese redeunt. Hæc confectio histrionibus, ac iis qui conviviis ridiculi adhibentur in usu planè est. Aliud genus Ægyptii item habent, quod Bers nuncupant, quasi sanitatem unius horæ diceres; fit ex Piperis albi, fabaque lupinæ seminis sextante, uniúsque dipondii, opii, dipondiis duobus & sicilico, spica nardi, euphorbii, bertræ semuncia, mirchal, croci 15. scrupulis, in mortario marmoreo contusis, ac melle in condimentum præparatis.

CAPVT LXXX.

Camphora.

Caphoræ duæ species.

Camphora duæ species sunt: Optima quam *Borneo* insula emittit, altera deterior quæ ex *China* sive *Chincheu* adfertur. Ex arboribus nucis arboris magnitudine crescit, estque gummi, quod interiore arboris trunco coalescit, sudoreque stillatim effluit. Camphora hæc Borneina etiam in insulis Sumatra & Sunda, aliisque vicinis locis habetur. Magnitudine milii seminis est albo colore. In quatuor verò species dispergitur, ab Indis cribro excussa. Prius etenim cribrum minutis foraminibus, quod emittit, pessimum habetur, sequētia majore meatu sunt, ut de margaritis relatum est, indè etenim pretii ratio deducitur. Aliquandò fortè maculatam, vitiatámque humore, aliovè modo deformem Camphoram videas, quam *Banjanes* ex Cambaja, aquâ calidâ, sapo ac limonum succo purgare norũt, sub umbra positam ut siccetur, redeunte ita pristina albedine, ac ponderis ratione. Adulterant eandē Indi aliis gummi generibus, ac farinâ, ut sunt callidi homines in omni commercio. Hæc vera est ex *Borneo Camphora*, quam integram raro ad nos pervenire crediderim. Ceterùm Chinensis ex *Chincheu* maximâ multitudine per liba ac bulbos ubique distrahitur, vili pretio, cùm centum hujus *Camphoræ* pondo, unum duntaxat Borneinæ valeant. Miscent tamē pretiosam cum viliore communitèr, ita haud difficultèr distrahitur. Quod autem hæc species magni in medecina usus sit, ac Indicis passim negotiationibus expetatur, eam ob rem naturam ejus usumque explicare haud absurdum duxi.

Camphora cribrata.

Camphora Chinensis deterior.

CAPVT LXXXI.

Tamarinium.

Tamarinium quid.

Tamarinium variis in Indię locis nascitur, nominatim in Gusurattæ terra, ac Septentrionali supra Goam tractu. A Malabarensibus *Pulii* dicitur, à Gusarattis & cæteris Indis *Ambilii*, ab Arabibus *Tamarindi*, quòd *Tamara* in Arabia dactylos significent, ac fructus hic dactylorum maximè speciem habeat: Vnde illis *Tamarindi* dactylum Indiæ sonat, voce etiam ad Lusitanos derivata, qui hunc fructum *Tamarinio* indigitant, & dactylos omnes Arabiæ seu Persiæ *Tamarai*. Arbores ipsæ castaneæ sive nuci haud absimiles sunt, ramis multiplici foliorum serie insignibus, denso ac valido ligno. Fructus digiti longitudinem habet, in arcum lunatus, folliculis exterioribus viridibus tectus, qui siccati deinde cinerescũt. Intùs grana latent, fabarum magnitudine, hæc materia ista circundat, quam *Tamarinio* vocant. Viscosa ea manibus adhæret, ac ad cuncta Indiæ condimenta servit, acido quodam oxygari sapore, gratissimo in orizæ ac *Caryli* obsonia jusculo. Ceterùm sordidè *Tamarinium* coci exprimunt, dilapso per manus visco, putridorum ac defluentium mespilorum, digitis subactorum, specie: Ita ejus condimenti difficilis admodum inspectio esset, cùm tamen sereno gustu orizæ cæteriscque obsoniis bonum probumque saporem commodet. Idem hic fructus viridis ac maturus ad purgationes pauperioribus sufficit, quibus Rhabarbari aut Mannæ pharmaca nimis quàm preciosa sunt. Macerant autem *Tamarinium* aqua, eámque manè jejuni sumunt, fœliciſſimá cum purgatione.

Forma arborum.

Vsus ejus.

De Caryo supralocuti sumus idq; descripsimus.

Tamarinium purgat.

Borneo.

Digitized by Google

gatione. Aceti præterea vice in culinis probatur, cùm & ipsius aceti vim quandoque superet. Nec Medici aspernantur; salubritèr id sæpè aliis cum herbis confundunt. Sale Indi *Tamarinium* condiunt ac in Lusitaniam, Arabiam & Persiam dimittunt, verùm & domi integrum cum folliculis servant. Ex arbore fructus vaginarum quarundam specie dependet, curviore tamen forma ut relatum est. Conservatur etiam saccaro fœliciter. Miraculi verò instar est quod iidem folliculi se subtrahant, ac sub foliis se condant in noctis adventum, nè frigus nocturnum noxium experiantur; diurno autem redeunte calore manifestentur, velùt securi de injuria aëris. Venditur materia ipsa exempta folliculis, ac in pilas glutinata, sordido adspectu, ac tetrâ ob viscositatem contrectatione. Pretio parvo ob copiam ingentem passìm comparatur.

Folliculi condunt se contra nocturnũ frigus.

Annotatio D. Palud.

Tamarindæ ab Ægyptiis Deresinde vocantur. Arbores ex quibus crescunt pruni magnitudine sunt, densis ramis & foliis Myrthi, floribus albis, Medicæ mali florum instar; ex quorum medio, quatuor tenuia ac alba fila emergunt, ex iis fabæ nascuntur, quibus pulpa cum semine continetur; quam Tamarindam vocamus. Folia hujus arboris ad Solem se semper vertunt, eoque cadente ipsa se claudunt, occultatis fabis. Alcayri in hortis quasdam ex hisce arboribus vidi, atque unam prope S. Macarii claustrum; in deserto loco, cæterarum herbarum, arborumque infœcundo. Pulpâ hac Turcæ & Ægyptii plurimum utuntur, in calidis morbis, & febribus, quam cum aqua pura epotant. Memet ego eodem in Syria remedio à gravi febre liberavi. Vulgaris sanè medecina, illis etiam per deserta iter agentibus servit. Valent item contra pestilentes aliásque putridas febres, ex biliosis adustísque humoribus suscitatas, ac adversus calidam jecoris renumque intemperiem probantur. Apud me videre licet folliculos integros, sive fabas Tamarindarum, quemadmodum in Oriente crescunt, etiã folia cum Canna fistula, in Ægypto a me decerpta. Foliis Tamarindæ arborum Ægyptii contra lumbricos utuntur. Fabæ teneriores, ut & Cassiæ fistulæ plurimæ in Ægypto melle siliquæ, aut saccaro condiuntur; eo condimento ollas plenas mecum retuli.

Canna fistula purgationibus aptissima, passim in India habetur, item in Cambajæ, Sianæ, Malaccæ ac vicinis regionibus. Verùm quòd in Hispaniarum India, aliísque locis plurima sit, ac cognita, ejus ideo descriptionem longiorem omiserim.

Cassia fistularis.

Annotatio D. Palud.

Mille hujusmodi arbores in Ægypto aspexi, præcipue circa Damiatam, quæ urbs Ægypti jucundissima, Nilo adjacet, eo plane modo quo Campi Isalæ, dissita miliaris unius spacio a mari. Ægyptii Cassiam vocant Chaiarxambar. Arbores similes sunt nuci nostræ, si truncum, ramos & folia adspicias. Flores etenim flavescunt, odore probo, ex quibus fabæ nascuntur Cassiam continentes: Fabas has condiunt etiamnum sine ligno teneras. Ægyptii Cassiæ pulpâ cum liquido saccaro, & glycirhizæ succo utuntur, contra calculum, cunctáque vesicæ & renum vitia. Etiam adversus tussim, ac difficultatem spiritus, cum Agarico; extrinsecus quoque ferventibus inflammationibus Cassiam adhibent. Qui plura scire desideret Mathiolum legat, aliosque Medicos, qui Cassiam diligentissimè celebrarunt.

CAPVT LXXXII.

Myrabolani.

MVltis Indiæ locis Myrabolani reperiuntur, in Cambaja scilicèt, Bassagatta, Goa, Malavare, & Bengala. Multis generibus distinguuntur. Primum est quod Medici *Citrinum*, Indi *Arare* nuncupant. Id rotundum est, ac coleram purgat. Alterum *Embilicum* dictum; Indis *Amuale* vocatur. Hoc ad corii subactiones utuntur, vescunturque eo etiamnum virente, apetitus causa. Tertium Indi *Resonvalle*, medici *Indum* nominant. Illud octo angulis eminet. Quartum officinis *Bellericum*, Indis *Gutii* dictum, sphæricam quoque formam habet. Quintum ac ultimum medici *Quebulum*, Indi *Aretean* indigitant. Huic oblongior forma est, ac angulis distincta. Arbores pruni similitudinem habent, foliis tamen per supradicta genera distinctis. Prunorum quidèm fructus specie sunt, nisi quod quibusdam anguli sint; alii autem rotundiores appareant, ut supra relatum est. Tria tantum genera medicis Indiæ probantur. *Quebuli* nempè, qui in Cambaja, Bisnagar & Bengala crescunt, ex quibus & condimenta fiunt, ac in Lusitaniam aliáque loca mittuntur. Item *Indi* ac *Citrini*, quos pariter condiunt. In *Batecala*, *Malavare* & *Bengala* gignuntur, ac cõmercio frequenti huc atque illuc disperguntur. Gustus Myrabolanorum idem est, qui prunis nondum maturis. Ceterum quod hic pharmacopæorum ac medicorum campus sit, ideo plura desino referre: Indiæ inter merces computantur ideóque & caput iis adscripsi.

Myrabolani.

Diversi generis.

Forma.

Gustus.

Annotatio D. Palud.

Quinque hæ Myrabolanorum species, ad nos ex India siccatæ deferuntur; quædam etiam sale conditæ, aliæ autem saccaro. Primam speciem constituunt, quos Citrinos sive flavos dicimus. Hi flavedine in virorem porrectâ commendabiles, firmi, densi, ac viscosi, cortice crassiore tecti, stomachum à colera purgant, tertianas aliásque biliosas febres tollunt, calidæ naturæ hominibus commodi. Altera specie Indi veniunt, hi nigredine commendantur, bilem purgant, ac imprimis atram, contra tremores membrorum valent, pulchrum colorem reddunt, & agritudinem abigunt. Tertiam

speciem

Digitized by Google

ſpeciem Cheboli ſive Cepuli faciunt, hi ex magnitudine laudantur, nigricantes ac in rubeum colorem porrecti, graves, quique aqua injecti fundum petant. Phlegma ac pituitam purgant, mentem acuunt, viſumque illuminant. Ad nos item conditi deferuntur ſaccaro, aut melle. Stomachum eo modo purgant & roborant, aquam intercutem ſanant, ac in febribus inveteratis probantur, appetitum quoque cibi adjuvant, & concoctionem promovent. Quarto loco ſequuntur Emblici, quinto quos Bellericos vocamus. Communem ii ferè cum Chebulis virtutem habent, purgant enim corpus à pituita, cum primis cerebrum, renes & ſtomachum, orexim excitant, & vomitum cohibent. Emblici item condiuntur, eodemque fine manducantur. Fructus hi omnes purgant, verùm modo diverſo à Caſſia, Manna ſimiliumque medecinarum facultate; per aſtrictionem etenim operantur, & colligationem, exprimentes quod in partibus haret: Quibus plura ſcire de hiſce generibus lubido eſt, Mathiolum, Garciam ab Horto, ac alios petant.

CAPVT LXXXIII.

Species alia herbæque Indicæ.

Nardi Spica quid.

NArdi ſpica in regionibus *Sitor* & *Mãdor* (quæ cum terra *Decan* & *Dely* prope Bengalam confines ſunt) creſcit. Seritur, ac ex plantis creſcit, altitudinis trium duorumve palmorum, tritici inſtar, quâ etiam formâ ſpicæ, quibus ſpica Nardi conſtat apparent, ferè ab ipſa radice mox enaſcuntur, juxta terrã, quo modo in Cambajam venũ deferuntur, ac indè ad alia loca.

Annotatio D. Palud.

Indorum Spica ſtomachum roborat, hauſta ac impoſita omnéſque frigidas affectiones digerit.

Aloe quid.

Aloe, quam Arabes vocant *Sebar*, Decanini *Arca*, Canarini *Cate*, *Comer*, Luſitani *Azeure*, ex ſuccò herbæ jam ſiccatæ fit. Ea herba Luſitanis *Baboza* dicitur, id eſt, ſalivaris. Copioſa eſt in Bengala, Cambaja, aliiſque locis, præcipuè tamen in *Sacotorâ* inſula, quæ ad oſtium maris Rubri, ſive *Mecca* freti jacet. Inde in Turciam, Perſiam, Arabiam, ac Europam defertur. Fama hinc inſulæ celebris eſt, cum & ab eâ *Aloe Socotrina* dicatur,

Aloe Socotrina.

Aunotatio D. Palud.

Aloe purgatione ſtomachum à cholerâ tenacique pituitâ liberat, cumprimis eâ quæ lota eſt, omnes obturationes aperit, crudos humores digerit & a putredine conſervat. Præterea ſtomacho impenſè vires addit, acuitur adjectione Caſſiæ, Macis, aut nucis Myriſticæ. Præcipuè valet Aloe contra vomitus, ac ſtomachi crudos humores. Extrinſecus quoque adhibetur ſerpentibus ulceribus cohibendis, ac ad collyria.

Anacardi fructus.

Fructus *Anacardi* dictus in multis Indiæ locis invenitur, in *Cananor*, *Calecut*, terra Decan, aliiſque regionibus. Arabum lingua *Balador* dicitur, Indorum *Bibo*, Luſitanorum *Fava de Malacca*, id eſt, Malaccæ faba, propter ſimilitudinem quam cum fabis habet, majore tamen forma quàm noſtrates fabæ. Vtuntur eo Indi in lacte, contra ſpiritus difficultatem, lumbricos, aliáque mala. Viridé in *Achar* redigunt, cum ſale & aceto quemadmodùm cunctos fere fructus ſpecieſque, ut relatum eſt, condiunt.

Annotatio D. Palud.

Fructus hi nomen ducunt a ſimilitudine cordis quam tuentur colore & forma, præcipuè jam exſiccati. Virides, ac etiamnum ex arbore penduli, quales in Siciliæ Ætbna monte vidi, noſtris fabis majoribus accedunt, ſale condiuntur ut olivæ, ac commodè manducantur, ſuccum continent craſſum ut mel, ſanguineâ rubedine, valet contra maculas. Quod ad præparatos Myrabolanos attinet, exſiccant ac calefaciunt, memoriam roborant, cerebrum item & nervos, ſenſus acuunt, ac contra frigidas capitis paſſiones probantur.

Calamus aromaticus quid.

Calamus aromaticus in Guſaratta *Vaz* dicitur, à Decaninis *Vache*, à Malabarenſibus *Vaſabu*, à Malacitanis *Daringoo*, Perſis *Heger*, & in *Cuncana* (quæ Goæ terra eſt, circumjacens verſus Septentrionem) *Vajcan*. Arabes *Caſſab* & *Aldirira* nuncupant. In multis Indiæ locis ſeritur, nempè in Goa, terriſque Guſarattæ & Ballagattæ. Antequam verò evellatur, odorem non habet. Fœminæ eo contra matricis paſſiones plurimùm utuntur. Valet item ad nervorum dolores mitigandos. Equis etiam plurimùm præbent, manè nempè contuſum ac mixtum cum allio, cumino, ſale, ſaccaro & butyro. Ea confectio *Arata* dicitur, equis valdè commoda, ut ajunt. Calamus aromaticus arundine, ſive ſtirpe herbæ conſtat. Materia interior ſpongioſa, colore flavo apparet. Radix nullius uſus eſt; valor penes arundinem ac medullam duntaxat habetur.

Ad equorum vitia valet.

Annotatio D. Palud.

Calamum aromaticum ſyncerum, ac juſtum, intimus mihi amicus & dominus Carolus Cluſius deſcribit, in doctiſſimis ſuis Annotationibus in Garciam ab Horto folio 127, cui ejus quædam fruſta dederam ex Ægypto à me allata, qua in terra abundè reperitur, & uſu conſumitur. Vocant Caſſab Eldereira: tenuis arundo eſt, quæ recens aureum pallentem colorem repræſentat, multis nodis diſtincta, ac in fragmina fragilis, intùs ſpongioſa, aranearum telarum inſtar, albo colore, ac lentore quodam, manducata, contrahens palatum, acri quadam amaritudine, quemadmodum apud me videri poteſt, ac ex Ægypto plurimùm habetur, qui Theriacæ ſuæ admiſcent, & aliàs eo utuntur, ad urinam citandam menſeſq; juvandos.

Coſtus nomina.

Coſtus quem Arabes *Coſt* ſive *Caſt* nominant, Guſarattæ Cambajæ *Ulpot*, Malacitani *Pucho*, ad quos plurimũ transfertur, item ad

Digitized by Google

Vnde adveniat. item ad Chinenſes aliáſque regiones. Ex locis *Sitor* & *Mandor* ſupradictis advenit, ex quibus & Spica Nardi habetur: Inde in Cambajam & Indiam dimittitur, ac deinceps in alia loca. Arbor Sambuci ſpecie eſt, floribus albis odoréque valido. Ligno ac radice Coſtus conſtat, magnis commerciis Quid ſit. verſus Perſiam, Turciam ac Arabiam diſtractus, quibus plurimùm terris in uſu eſt.

Annotatio D. Palud.

Coſti plures ſpecies habeo, Indicum à Garcia deſcriptum, cum notis ſuis omnibus, Arabicum & Syriacum ſuis quóque cum proprietatibus & ſignis. Adhæc aliud genus ſpecie Zingiberis. Indicus præſtat ceteris, menſes ac urinam ciat, matricem immundam abſtergit, hauſtus aut fomentatione adhibitus, conceptionique idoneam reddit; contra ſerpentum morſus, pectoris dolorem, ac lumbricos valet.

Cubebes quid. *Cubèbes* Arabiæ genti, Indis *Cubachini*, ſive *Cubabchini* dicuntur, quòd Chinenſes antè Luſitanorum in Indiam adventum, quondam eos ex inſula Iava, ſeu Sunda adferrent ſoli, in qua tantùm creſcunt. Chinenſes tum navigationis totius potentiâ, paſsim per Indiæ regiones, Orientíſque portus, tàm continentis, quàm inſularum negotiabantur. Iavæ incolæ apud quos creſcunt eos *Cuncuc* nominant. Piperis forma Qua forma. naſcuntur, ac arborem ederæ modo ſcandunt, folia piperis foliis ſimilia ferè ſunt; faſciculis quoque diſtincti creſcunt, ut piper, at ſingulis granis cauliculus ſuus eſt, ex quo pendent. Tanto eoſdem Iavæ homines in pretio habent, ut non niſi decoctos vendant, nè peregrinis exportandi, aut in hortis ſuis plantandi facultas eſſet. Magnis ſanè commerciis expetuntur nominatim à Mauris, qui vino immiſcent, quòd potentiam in Venerem adjuvent. Iavæ homines Virtus. ferè iis utuntur adverſus ſtomachi frigiditates, alioſque morbos.

Annotatio D. Palud.

Cubebæ fructus ſunt Piperis forma, majores verò aliquantulum, optima habentur, quæ denſæ, plenæ, graves & acutæ licèt non perindè ut piper, aliquantulum amare, aromatica valdè & in dulcedinem porrecta ſunt, ſtomacho calorem & robur addunt, ventoſitate & putredine languido, pectus à lenta pituita purgant, lienem confortant, flatus propellunt, ac proſunt contra frigidas matricis paſſiones; cum Reſina diutius maſticata cerebrum à flegmate purgant, eidemque robur conciliant.

Folia Indiæ. Folia Indiæ Indis *Tamalapatra* mali Medicæ foliis ſimilia ſunt, acutiora tamen, coloris luridi: venis tribus uſque in finem diſtinguuntur, quarum una medium ſecat, duæ reliquæ latus claudunt utrinque; Odorem pulcherrimum habent, Caryophyllorum æmulum. Arbor ex qua creſcunt juſtæ magnitudinis eſt, amat ripas lacuum, ſive fluminum, multiſque Indiæ locis viſitur, præcipuè tamen in Cambaja. Indi hiſce foliis plurimùm utuntur, unde & integros per ſaccos diſtrahuntur. Valent (ut ajunt) ad urinam ciendam, ac ad emendationem Virtus. ſpiritus. Vermes tineaſve veſtibus adpoſitæ arcent. Spicæ Nardi virtutem ut opinantur in omnibus æmulantur.

Annotatio D. Palud.

Latinum vocabulum hujus folii deduxerunt ab Indico Tamalapatra; nominant enim Malabatrium, Arabes Cadegi Indi indigitant, id eſt, folium Indiæ: Plurimùm transfertur, præcipuè Venetias. Utuntur eo ad promovendam urinam, ad ſtomachi robur reparandóque oris vitio ex ſpiritus fœditate, &c.

Galangæ ſpecies quales. *Galanga* quam Arabes *Calvegian* nuncupant, duplex eſt. Vna minor ac odorifera, quæ in Indiam ex China advenit, indigenis *Lavandon* dicta, ac inde Luſitaniam mittitur. Altera major, quæ in Iava reperitur ac incolis *Lanqua* dicitur. Hæc odore non ita bono Chinenſi cedit. Plantæ ex quibus creſcit altitudine trium aut quatuor palmorum ſpontè enaſcuntur, ac maxima Iavę palmos quinque habet: foliis lanceæ ferri inſtar apparet, albis floribus ex quibus ſemen provenit, quo tamen non ſeminatur. Verum Indi hortenſes inter lactucas id celebrant, deliciarum gratia, ac medecinæ, quam ex Galangæ ſemine obſtetrices, quas Indi *Dayas* vocant, concinnant. Ex ra- Virtus. dice planta, ut Zingiber, non item ex ſemine provenit. Magna ea ac longa, nodos ut arundo habet: Medicâ facultate apud Indos pollet multóſque ad uſus diſtrahitur.

Annotatio D. Palud.

Galangæ radices nodoſæ ſunt, intus & extrinſecus rubræ, curvata circa nodos, odoris boni ac guſtus acuti, forma & odore cyperi radicibus ſimiles: Unde & multi eas pro cypro Babylonia habent. Calidæ ſunt & ſiccæ tertio gradu, ideo & ſtomachum roborant, ac dolores ex flatibus & frigore ortos adimunt. Fœdum oris halitum vincunt, pulſum cordis ſanant, cum plantaginis ſucco deſumptæ. Colicum dolorem ex flatibus ortum ſanant, ac contra paſſiones flatuoſas matricis valent. Veneris uſum firmant. Renes fovent, ac cotidie pondere minuto deſumptæ diuturnos capitis dolores tollunt.

Hæc illa ſunt quæ de herbis & ſpeciebus Indiæ mihi cognita fuére: Cætera abdita àc ſecretis Medicorum Pharmacopæorúmque cognita recludere, néque animus eſt néque ſcientia. Communes tantum & notiſſimas Indorum commerciis herbas retuli, ſatis meo judicio. Nunc ad reliqua pergere lubet.

CAP. LXXXIV.

Digitized by Google

CAPVT LXXXIV.

Sequitur Historia Margaritarum & Alioffari, Gemmarum, Adamantum, Pyroporũ, Topasiorum, Cyanorum, aliorũm Orientalium Lapidum, ut vocant: Cum relatione Lapidis Bezar, contra venenum valdi, aliorumque similium. Quomodo, aut ubi reperiantur.

Margaritarũ distinctio.

MArgaritas sive Baccas majores Lusitani *Perolas* appellant minores verò *Alioffar*, Arabes *Lulu*, Persę & cæteri Indi *Motu* Malavares *Mutu*. Præcipua optimarum earumque quæ Orientalium appellatione veniunt piscatio, inter Ormutium & Basforam in sinu Persico frequentatur, in locis *Bareyn*, *Catyffa*, *Fulfar*, *Camoron*, aliisque sinus Persici regionibus; ex quibus Ormutium deferuntur. Etenim Lusitaniæ Regis Procurator hoc tantum nomine, vt piscationi Margaritarum intendat Bareyni sedet; earum commercium Ormutii & Goæ frequens est. Aliæ item piscationes inter Insulam Seylon, & Comorini Caput habentur, magnâ quotannis numerosaque captura. Ibi ab eodem Lusitaniæ Rege Dux constituitur, cum quatuor millibus & amplius urinatorum, qui ex hac piscatione tantùm victũ quæritant, sæpenumerò ingenti cum periculo, à piscibus, quos *Tubarones* sive *Hayos* nuncupant, ut aliàs declaravimus. Ceterũ Margaritis huius tractus cum Ormutianis nõ æqua æstimationis pars est. Cedunt etenim ac a peritis facilè descernuntur. Circa Insulas *Borneo* & *Aynon* Margaritæ item inveniuntur, sed inferioris pretii. Ormutianæ cæteris præstant. Eas vrinatores aquam decẽ aut viginti ulnarum spacio subeuntes piscantur. Ostreis Margaritæ continẽtur, quæ majores habent supernatant aliquantulum; Minores *Alioffar* dictę in fundo maris ferè reperiuntur. Vrinatores nudi ac cophino succincti eundẽ confestim implent, scaphisque inferunt, paratis ad illum finem, in quibus dispositi, vrinatores exonerant. Ostreæ mox in terrã abjectæ solique ficcandæ expositæ sponte reseratæ Baccas manifestant. Completa ejus dici captura Piscatores cuncti cum Duce, militibus, Coadjutoribus, & Tutoribus regiis conveniunt, ipsamque prædam dividunt. Prima Regi portio cedit, secunda Duci & militibus, tertia Iesuitis, qui ibi Claustrum habent eamque provinciam ad Christianam fidem perduxerunt, quarta Vrinatoribus summâ cum æquitatis distributivæ curâ. Æstivo tempore piscatio hæc celebratur magnâ quotannis piscatorum clade, apud Comorini caput (ubi Regia piscatio est) quam, vel maris violentia, vel piscium morsus ingerunt. Hinc quotidiana mulierum lamenta, post consumatam piscationem audias, super maritorum ac filiorum funere, quam nec ideo omittunt, partim ob Lusitanorum metum a quibus impelluntur, partim ob pauperiem quam ita solantur, partim inducti viscosâ lucri cupiditate, quæ nullam periculorum considerationẽ adhibet, etiã summo aliàs in vitæ discrimine. Margaritæ in Ostreis subinde paucæ, aliquando plures reperiuntur, vel 100. ad grana quandoque. Quæ optimas Baccas habent planæ sunt & candidæ, *Cheripo* ab Indis dictę, ex quibus cochlearia fiunt ac testę ad potum. Cribris ex bractea factis Margaritæ venduntur, rotundis ea sunt foraminibus, in quę distincta, vicissitudine quadam subeunt foraminum; etenim alia grandiora sunt alia minora, octo fere in species divisa, ex quibus Baccę, quę cadunt diversa item pretia nanciscuntur. Minutę illę sive Margaritarum quisquiliæ *Alioffar* dictę per vncias venduntur, in Officinis & Medecina usum suum habent ac Venetias mittuntur, parvi in India pretii. Vt color Baccis serenior sit, Indi Orizam malè contusam, cum sale sumunt, quâ easdem fricant. Indè eximia illa claritas & perpetuus decor. Est & alia Ostrearum species Indis *Chanca* dicta, & Lusitanis *Mater Perolarum*: Illę præcipuâ arte ad diversos usus ab Indis elaboratę, ad varia supellectilis genera, ornatusque eximios serviunt. Nam & Capsę, mensę, scipiones mulierum, tabulę lusoriæ etc. hisce ostrearum testis ornantur. Enimvero ex China multæ, figuris, flosculis ac maginibus decoratę adveniunt, & in Lusitaniam aliasque partes deferuntur, præcipuè tamen in India expetitę, in qua nulla pene domus inveniri posset, quin aliquid elegantiarum habeat ex hisce ostreis. Indorum quoque mulieres Armillas sive monilia ejusdem operis amant, ac in pretium Virginitatis eripiendæ sedulò deposcunt. Testudines India ad hęc plurimas habet. Earum clypeoli ad multos usus infinitasque elegantias serviunt, pectines nempè, calices, pateras, calculos lusorios etc. adaucto pulcherrimis coloribus eorundem nitore, ad summum delectamentum, ac velut extremæ artis miraculum, æstimatione famosâ supra *Perlarum Matrem*.

Differentia.

Mos piscandi.

Periculum piscantibus ingens.

Margaritæ cribrantur.

Testudinum pretium ex arte laboratarum.

CAPVT LXXXV.

Adamas.

ADamantes Arabes ac Mauri *Almas* vocant, Indi in quorũ terris nascuntur. *Traa*, Malacitani apud quos item extant *Itam*. Fert autem eos terra Decan, post Ballagattam, propè civitatem *Bisnagar* ibi duo tresue montes, preciosis fossionibus nobilitati jacent sedulâ cura Regum *Bisnagar* custoditi, quòd lucrum ex annuis

Adamas ubi nascatur.

Digitized by Google

locationibus adferant multo maximum. Eæ autem ita limitantur, ut Adamantes qui pondere 25. *Mangelinos* superent ad Regem pertineant. *Mangelinus* verò grana quatuor continet. Qui eos occultant pœna capitis adficiuntur. Est in terra Decan alius mons item, *Rocca velha* id est Petra antiqua dictus, in quo preciosissimi inveniuntur à Gemarum peritis facile dijudicati, si cum cæteris conferantur. In urbe *Lispor* quę in eadem regione Decan, Goam inter & Cambajam iacet forum Adamantum venalium celebratur, maximo conventu eorum quos *Banjanes* vocant, ac Gusarattarum Cambajæ. Hi Goam emptos, aliaque in loca deferunt, callidissimi homines circa lapidum scientiam, ut & Christianis aurificibus, gemmarumque notoribus sæpè imponant. Cæterum eadem Petra antiqua Adamantes quoque natura ipsa præparatos habet, quos *Nayffes* dicunt, apud ipsos Indos summo in pretio positos. Circa fretum *Tanjapura* Malaccam versus Mons alius eodem nomine designatur, in quo Adamantes item reperiuntur, minores quidem, sed probi valdè ac ponderosi admodum, ideoque venditori quam emptori utiliores. Quomodo Aurum ita & Adamantes effodiuntur; fodina si usque ad Viri longitudinem excauata & exhausta fuerit, post tres, quatuorue annos redivivis incrementis denuo Adamantes habet. Quidam 100. aut 200. *Mangelinos* pependerunt, & quod excurrit sed rarà inventione. Topasius Adamanti persimilis est, nebulosior tamen ac minoris pretij, qui tamen suo in genere magni subinde æstimatur. Eadem ratione qua Adamas multis in Indiæ locis effoditur. Sunt & albi Saphyri ac Pyropi, quos ab Adamante absque ope periti Gemmarij vix discernas. Habet India materiam quibusdam in regionibus Montium Crystallo haud absimilem, verum Crystallus dici non potest, quòd totus ea Oriens careat. At hæc materia *Berylo* dicitur. Parùm a Crystallo distat, in Cambaia, Pegua & Seylon plurimùm invenitur, multosque ad usus, concinnandis nempe rosariis, Annulis signatoriis, aliisque curiositatibus servit, à Christianis expetitis, ac etiam ipsis ab Indis.

Forum ubi.

Banjanes periti gemmarii

Topasius.

Crystallus Indiæ.

CAPVT LXXXVI.

Pyropi, Spynelli, Granati, Smaragdi, aliique nobiles lapides.

PYropi multiplices sunt. Optimi quos *Carbunculos* vocant quo nomine veniunt, qui 25. *Quilatos* superant, rarò aliàs inventi. Præstantissimi colore & nitore *Tockes* ab Indis dicuntur, suntque Carbunculis similes. Alios *Ballax* indigitant minoris pretij, coloreque rosaceo. Quos *Spynellos* nominant colore sunt igneo, ac priorjbus æstimatione cedunt, quod justo ac proprio pyroporum nitore careant. Sunt & albicantes quidam Adamanti similes ut suprà dictum est, sunt russi, albis cerasis maturis, colore pares; sunt & partim albi, partim rubri, partim ex Pyroporum, partim ex saphyrorum genere, infinita naturæ diversitate. Causa varietatis hæc est; Prior eorum color in montibus hærentium ac enascentium albus est. Ardore solis postmodùm ad maturitatem perfectionemque reducuntur, quo tum colorem rubrum, jam consumati adipiscuntur, qualem supra memorati Carbunculi & *Tockes* habent. Ante eam maturitatem educti, diversos colores habent eoque a splendore Carbunculorum quò remotiores sunt, minoris item æstimantur, licet sua in qualitate perfectiones proprias ac pretia magna etiam habeant. Quod autem partim Pyropum, partim Saphyrum induant, ac ideo ab Indis *Nilcandi* dicantur, fit ob vicinitatem Saphyrorum & Pyroporum, eadem in rupe enascentium, undè & inter se crebrò coalescunt. Arabes & Persæ pyropos *Iacur* appellant, Indi *Manica*. Saphyrorum duplex genus est, coloris cæruli unũ, alierum veneti sine Thalassini. *Hyacinthi Granati* & *Robassi* ex genere Pyroporum sunt paruæ tamen reputationis. Indi a colore jis nomen dant. Tanta autem earum gemmarum copia affluit Cananori, Calecuti, & in Cambaja, ut in omnibus nundinis ac platearum angulis prostent, per *Corgias*, quæ singulæ 20. species continent, stuveri unius aut duorum, ad summum pretio. Saphiri nequaquam pari in honore sunt cum Pyropis, post Adamantes tamen ac Pyropum tertio fere loco habentur. Pyropi, saphyri, aliæque jam descriptæ gemmæ in rupibus nascuntur ut Adamas; ac Calecuto, Cananore, aliisque ex locis Regni Bisnagar adveniunt. Plurimæ tamen & optimæ ex Seylon. Verum & has quæ in Pegua inveniuntur longè superant. Smaragdi quos Indi *Pache* vocant & Arabes *Samarrut* nulli sunt in universa India, licèt fama ferat quosdam inveniri at valdè paucos. Ex Cayro Ægypti Orientales quoque dicti multi in Indiam deferuntur. Ob raritatem pretiosi. Ex Hispaniarum India item adveniunt, Peguæ hominibus summoperè expetiti. Nam & quidam Veneti commercio hujusmodi ingentes divitias paravêre, commutatione facta smaragdorum cum Pyropis, quòd in Pegua Smaragdus Pyropum æstimatione vincat. Omnes hi lapides in Pharmacopœorũ officinis, ac medecina usus suos habẽt. *Turchinos* autem Persia mittit, magnâ copiâ, ad centũ aliquot põdo, cum ipsa nimirum terra, quæ adhæret. Ex Ormutio in Indiam

Pyropi multiplices. Carbunculi.

Causa diversitatis.

Hyacinthi, Granati & Robassi.

Pyropi ubi nascantur.

Smaragdi in India nulli.

Pretiosiores tamen quam Pyropi in Pegua.

Digitized by Google

Iaspis. in Indiam vehuntur, vili pretio quòd eos Lusitani Indive parvi faciant. Iaspidem Cambaja copiosè habet, quem nec magno honore dignatur. Ad scutellarum ac catinorum usus servit, colore viridi & Smaragdino. Chrysolithi in *Seylan*, *Cambaja*, & *Ballagatta* sunt. Hæmatites lapis *Alakecca* dictus qui sanguinis fluxum subito sistit, aliique lactis lapides, quòd lac mulieribus excitent; magno numero in Cambaja & Ballagatta habentur: Extantque in foro Goæ, in rosaria, annulosque signatorios, cæterasque mille curiositates distincti, maximi pretii cùm signatorius hujusmodi annulus duobus aut tribus *Pardauris* quãdoque æstimetur. *Alambra*, quoque in Cambaja reperiri potest, etiam Achates licèt is optimæ notæ ex insula Zeilana adveniat. Lusitani hunc similitudinis ergo *Olho de Gato*, id est, Felis oculum vocant. In Lusitaniam raro defertur; Nam apud Indos fœliciore laude quàm apud Lusitanos viget, præcipuè apud Chinenses ad quos copiosus emittitur. Virtutem narrant Indi quâ domini sui divitias ne minuantur conservet, quæ hujus quidèm lapidis præsidio augeri possint, imminui non item. Magnes Lusitanis *Pedra de Cevar* in multis Indiæ locis copiosè invenitur. Ad juventæ conservationem valet, fide Indorum, si quis cibo paululum Magnetis adhibeat. Regum inde ollæ & coquinaria vasa, ex hoc lapide fiunt, ætatulæ custodiendæ gratiâ.

Chrisolithi.

Achates.

Divitias domini tuetur.

Magnes.

Conservat ætatem.

CAPVT LXXXVII.

Lapis Bezar.

Lapis *Bezar*, qui ex Persiæ provinciâ *Caraßona*, ac aliis Indiæ terris advenit, in stomacho ovis aut hirci nascitur, subjecto tenui stramine, quod in medio jacet, adhærente lapide, ac cingente stramen, ut sæpe experimentis cognitum est, eodem reperto. Lapis ipse extrinsecus planus est, ac nitidus, colore livido. A Persis iidem hirci *Pazan* dicuntur, lapisque ea ratione *Pazar*, Lusitanis corruptè *Bazar* sive *Bezar*: Indis *Pedra do Bazar*, id est, lapis fori, *Basar* enim Indis forum sonat. Vnde & *Basarucus* minutum genus nummi nomen habet, quasi forensem nummum, facilémque solutioni significares. Grande huic lapidi in India pretium est, contra venena validissimo ac præsentissimo remedio supra cornu Monocerotis in Europa. Probatur autem pondere ac magnitudine; Vulgares autem tres, quatuor, aut quinque octonarios ponderis habent, & quod excurrit. In Lusitaniam quoque mittitur ibique magni fit. In Persia ut dictum est invenitur, item in Vaccarum insula, ad sinus Cambajæ ostium, tractui continentis vicina, quam Lusitanica classis subindè adit, aquandi gratia, interfectis, multis tùm hircis, in quibus hunc lapidem inveniunt. Mittit eundem lapidem terra *Pan* Malaccæ vicina. Ibidem in porci felle lapis invenitur, qui majore quàm *Bezar* virtute adversus venena laudatur: Lusitanis vernaculo sermone *Pedra do Porco*, id est, Porci lapis dicitur. In Malacca valdè amatur, colore autem rubro conspicitur, lucido, amaro gustu, ac tactu Galliæ smigmati similis. Etenim usu ita exigente lapidem in aquæ pelvim injiciunt, quo post aliquod tempus exempto, aqua amaritudinem contrahit, omnemque veneni vim tollit, ut experimentis cognitum est. Lapis *Besar* duricie lapideâ nequaquàm ponderosus habetur. Ex herbis quibus hirci ac porci victitant (ut de Rhinocerote antè dictum est) lapidum horum incrementa salutifera colliguntur: Nam in aliis locis eadem animalia hoc pretio lapidis medici carent, nullúmque omnino habent. In urbe *Vltabado* terræ Ballagattæ post Goam lapis invenitur *Hageramini* apud Arabes dictus, inter Lusitanos *Pedra Armenia* (quod multos ejus generis Armenia habeat, cæruleo colore prono in virorem. Mauri eo corpus purgant aliósque morbos tollunt. Præter hos lapides & alii sunt ad medecinam idonei, sed quod non perindè clari sint, ac commerciis expetiti, eos hic describere nequaquàm curavi.

Lapis Bezar ubi inveniatur.

Quomodo & quâ figura.

Basarnci nomen unde.

Virtus ejus.

Quomodo explorctur.

Lapis in porci felle invêtus cõtra venena.

Vnde Besar lapis nascatur in hircis.

Armeniæ lapis corpus purgat.

CAPVT LXXXIIX.

Compendiosa narratio & instructio circa Adamantes, Pyropos, Smaragdos, Margaritas, aliásque nobiles gemmas. Quomodo rite dignosci possint, ac in justa pretia distribui. Primò de Adamante.

SCire cùmprimis oportet Adamanti supra cunctas illustres gemmas regnũ esse, quòd juxta ponderis rationem vendatur, justámque crassitudinem habeat, secundùm quam laboratur, ea si major sit, proba non est, minor statim agnoscitur. Eadem ex crassitudine, lapide etiamnum annulo incluso, pondus considerari potest exactè satis, quod demùm exempto Adamante certius exanimatur, ut ita valor computari queat. Reperiuntur autem antiqui ac vetusti libri, in quibus lapidum valores scripti exstant nimirum *Quilatus* unus tanti, *Quilati* duo, tres, &c. eo pretio subsequenter, ad æstimationes omnium ponderum. Quoniam eo tempore venditiones emptionesq. non perinde frequentabantur ideo hujus libri ad manum copia necessaria habebatur. Cetertim pretia certa hæc intelligas, circa pulchras purasque gemmas. Etenim quas macula notat, sordesque affligunt, certæ æstimationis nequaquàm feruntur. Enimvero quibusdam Dynastis ac Principibus curæ fuit hujus tam immensi lapidum pretii ratio. At ea nulla est, quàm in mentium

Adamas lapidum Rex.

Ratio pretii lapidũ temere exquisita.

Digitized by Google

vendentiúmque ritu aut arbitrio. Omnium enim rerum ea pretia sunt, quæ communis tementium consensus imponit. At supereſt etiamnùm ratio hęc. Adamas enim Quilati unius purus, si quinquaginta Ducatis æstimetur, eadem proportione major & perfectior, si major bonitas astruat triginta aut quadraginta millibus æstimandus venit. Porro gemmæ hactenus distractę nunquàm ita à pretio suo declinarunt, ut infra illud vænales extiterint: ac ad scientiam valoris Adamantis majoris, fas est cognoscere quo pretio Adamas unius Quilati tantùm vendatur, & Pyropus Adamantis ferè socius, itèm Smaragdus, quo intellecto circa maculas nebulásque adamantis altera consideratio habetur: juxta quas pretium imminuitur, ut æquitas exigit in dijudicandis Adamante, Pyropo, Smaragdo, cæterísque Orientalibus lapidibus. Primùm de Adamante agemus. Is velut præsultor est, juxta quem cæteri æstimantur. Virtutes ejus aut probitates hujusmodi sunt. Adamas omni ex parte perfectus, ita exstet oportet, ut superior mensula duas collaterales mensulas magnitudine sua contineat, reflexusque ex Adamantis fundo triplex, unam superiorem reddat, proportionatâ altitudine, dependentibus mensulis collateralibus à superiore, instar tentoriorum à verticali nodo demissorum, altitudinis integræ: Oblongiór paululum esse debet, vitatá formę quadraturâ, eo modo ut discrimen duntaxat oblongæ quadratæque portionis appareat. Anguli itèm sine vitio sint, acutuli, puri, splendoris integri, crystallinâ & illustri claritate nè quæ alterius coloris æmulatio aut nebulosus nitor appareat. Atqui hoc modo perfectus Adamas unius Quilati, facilè quinquaginta Ducatis venditur. Ceterum quòd is rarissimè inveniri possit, paucíque sint hujus perfectionis intellectu pleno imbuti, circa Adamantem elegantiæ ejus, quæ vulgari judicio approbatur, uniusque Quilati ac 40. Ducatorum pretii est, disseremus. Ergo Adamantem si habeas minorem aut majorem cujus libet ponderis, bonitatis, aut vitii, considerabis primùm pondus ipsum, quod si te aliorum ea in re authoritas fallat, ipse intuens opinaberis minus semper quam alioquin species fert ut intra lucri fines manere queas; quo pondere constituto sic computa. Vnius Quilati Adamas ejusdem cum hoc nitoris, ponderis & bonitatis, animadverte quo pretio posset commodè distrahi (illud tamen minus semper constituendum est, nam utilius est quid minoris certóque æstimare, quàm majoris in dubio) ac dein illud ut prædictum est memoria teneto; Tum ad pondus revertere, minus aut majus, idque duplicato ut alterum tantum accedat; si enim duo pendet, alia duo adjicies factâ multiplicatione: 2. & 2. reddunt 4. si tria pendet multiplica aliis tribus ut 9. reddas, ac ita deinceps, quo modo cunctos Adamantes in pondere quovis multiplicabis, si alterum tantum semper adjeceris. Quod autem ex ea multiplicatione procedit, cum pretio Adamantis illius unius Quilati antè constituto multiplicabis, eòque modo quod ex postrema multiplicatione reperitur Adamantis tui pretium est. At si in pondere dimidium aliquod incidat, nempè si Quilati unius & dimidii sit, computationem in dimidios Quilatos omnem rediges, ita ut tum quinque dimidii Quilati constituantur: diceſque quinquies quinque faciunt 25. eáque 25. multiplicabis cum precio quo dimidius Quilatus æstimatur; quodque inde procedit illius Adamantis pretium est. Si verò Adamas ita minutus sit, ut grani unius pondus accedat aut discedat, omnia pondera in grana deduces; multiplicabis supradicta ratione, quodque ex pondere oritur pretium est Adamantis cujus æstimationem indagare conaris. Exemplum. Adamas quidam duos pendet Quilatos, ejus qualitatis, ut unius Quilati existens 40. Ducatorum precium haberet, dimidii Quilati 10. unius grani Ducatorum duorum & dimidii: Vt nunc scias quo pretio sit æstimandus duorum Qulatorum Adamas, sic collige. 2. & 2. sunt 4. Ista 4. multiplicabis cum 40. Ducatis, ad quos unius Quilati adamas redigitur, ac inde eveniunt 160. Ducati; pretium Adamantis duorum Quilatorum. Si verò Adamantem habes Quilati unius & dimidii, in quinque dimidios Quilatos distribuendo sic computabis, quinquiès quinque sunt 25. hæc 25. multiplicabis in decem, indéque Ducati 250. eveniunt, quòd dimidius Quilatus 10. Ducatos valeat, in valorem unius Quilati ad 40. Ducatos, eóque modo Adamas unius Quilati & dimidii 250. Ducatis æstimabitur. Enimverò si Adamas 7. granorum sit, sic dices, septies septem sunt 49. ea 49. multiplicabis cum pretio unius grani, nempè duorum Ducatorum & dimidii, proindeque Adamas 7. granorum 127. Ducatos valebit. Ita semper Adamantis pretium facile detexeris unius Quilati habitâ determinatione, secundum Adamantis pondus, quem æstimare vis, ut exemplis suprà declaratum est. Ceterùm quidam Adamantes macula contaminati quâdam, haud ita grati sunt ut 40. Ducatis vendi possint, verùm juxta vitii magnitudinem à pretio deficiunt, ut tantum 36. 35. 34. ant 30. Ducatis Quilatus æstimetur; pro ratione improbitatis. Tum dimidii Quilati, aut grani difficillima circa pretium inquisitio est: Verum sic ages. Determinato unius Quilati pretio, juxta præsumptum Adamantis pretium, si tum in pondere Quilati dimidium, aut grana aliquot interveniant,

Æstimationis ratio circa Adamantes & pyropos.

Adamas quâ figurâ perfectus sit.

Adamantis æstimatio cõmunior.

Adamas si in pondere dimidiũ habeat quomodo æstimandus.

Item si granum.

Exemplum.

Adamantes vicioſi quomodo æstimandi.

Digitized by Google

niant primùm, scire oportet, valorem ejus, si unius duntaxat Quilati esset, ac tum computa quartam ejus pretii partem dimidii Quilati æstimationem habere. Hoc modo si Quilatus unus 40. Ducatos valeat, pretium dimidii Quilati decem Ducatorũ erit, ac grani duorum ducatorum & dimidii: quatuor grana etenim Quilatum statuunt, si proinde Quilatus 36. Ducatis æstimetur, dimidius novem, granũ duos & Testonem valebit, quâ ratione deinceps in omni Adamantum genere facillima pretii collectio erit. Eadem computatio in tenuiore Adamante, Pyropo & Smaragdo observatur, qui majoris pretii sunt ut postea dicemus. Etenĩ si ejus qualitatis Pyropus inveniatur, ut Adamantem unius Quilati sequi posset, eiq. sociari, 70. Ducatis æstimabitur, aut qui in pondere sociantur dimidii Quilati vel granorũ quorundam Adamanti, tum computatio per dimidios Quilatos, sive grana facienda est, necessariâ semper valoris unius Quilati cognitione: Hoc enim tene quartam partem 70. Ducatorũ dimidii Quilati, pretium esse, ac quartâ pretii dimidii Quilati, unius grani esse æstimationem, quæ pretii indagatio etiam in Smaragdis observanda est, pro ponderis ratione.

Porro quidam Adamantes tenuiores existant, splendoris summi, ii supra pondus ipsum valent, ac infrà splendorẽ quem habẽt: Adamas etenim tenui mensulâ admodùm ac humili aliquantulùm; si in summitate eandem perfectionem habeat, quam suprà retulimus, ac in Adamante crasso laudavimus, cui mensula perfecta est, ac latera in offensa, splendorem duorũ reddit, unumq. tantum pendet, ideoque hunc splendorem habens cujusvis magnitudinis, in summitate ad perfectionem laboratus, infra autem tenuis valde, semper justâ æstimatione dimidio minor est in pondere, quàm apparet, quod si infra non ita tenuis sit, majoris ponderis erit, cùm tamen ex pondere nullum commodum cernat. Proinde si mensula superior minor sit, latera autem majora plus quoque pendet, verum nulla utilitate circa pondus ita certò computabis dimidio minus hunc ubique pendere, quam apparet, priusquam enim præparetur, plurimum ex eo ponderis additaméto amittet. Enimvero Adamas qui extrinsecus majorem mensulam habet ejus formæ, angulos autem minutos, hic vix dimidium ponderis quod ostendit intuenti implebit, neque ideo deterior est, nisi minutissimus esset. Adamas infrà planè tenuis, in summitate autem pro ratione extremæ elegãtiæ perfectus, si unius tantum Quilati sit 70. Ducatos valet, maculis verò, aut vitiis quibusdam afflictus, juxta sordium rationem decrescet pretium-que manabit, modo quo crassiores Adamantes æstimantur, initâ semper computatione à dimido ponderis quod habere videatur. Nempe si duorum Quilatorum appareat, unum Quilatum puta, si trium sex grana collige, quæ dimidium reddunt. At si dimidii Quilati interveniant, tum precium unius Quilati considerabis, ac indè dimidii, eâdem ratione quæ in crassiore Adamantis exanimatione relata est. Idem granorum respectu observabis. Nulla enim nisi pretii differẽtia supereset. Perfectus quippe ac tenuis Adamas unius Quilati, 70. Ducatos valet, ac sic deinceps pro ratione ponderis.

Adamantes minores põdere quam apparet.

CAPVT LXXXIX.

Pyropi sive Rubini.

PYropum æstimandum si habeas, qui mensulæ forma sit ductus, ac serviat sociandus Adamanti ejusdẽm ponderis aut Quilatorum, si 24. Quilatos in colore & perfectione teneat, quemadmodum aurum 24. Quilatorum is tum probus erit & purus. Pyropus ad pondus nequaquàm venditur quòd certam, determinatamve crassitiem non habeat. Multi enim eum in tenuitatem elegantiæ gratiâ deducunt, ut facilius fundum sive florem substernant, quæ tenuitas grata quidèm est, si modò intra fines elegantiæ hæreat. Enimverò summę perfectionis Pyropus, quà coloris, quà puritatis, crassitudinis & formæ 100. Ducatis æstimabitur. Rarò tamen integræ ejus perfectionis existant, præcipuè qui grandiores sint, latente semper aliquâ maculâ, aut vitio. Pauci adhæc intelligunt virtutes ejus summas, ideóque computationis gratia statuemus Rubinum vulgari judicio probum 70. Ducatos valere. Itaque cùm gemmarius alterum ejusdem artis rogat super Pyropo, quem non habet, veruntamen demonstrat dicendo: Rubinus est qui Adamanti tot Quilatorum sociari potest, habetque tot Quilatos in colore, indeque satis intelligit alter quæ sit magnitudo, quisvè lapidis color. Si vero Pyropum habeas etiamnùm rudem ejúsque pretium considerare velis, sic colliges. Rubinus ejus tantùm magnitudinis, quâ Adamantem Quilati unius sequi posset, eodem colore, puritate ac qualitate, iisdemque vitiis pro ratione lapidis, defalcatâ vitii ac turpitudinis indignitate, ejus erit pretii. Hoc pretium memoriâ teneto ac Rubini tui magnitudinem considera, ponduſque Adamantis cum altitudine integra, cui sociari posset, tùm quòd etiamnum rudis sit, quantum discedere debeat ponderis, ubi laboratus fuerit. Post quam determinationem Adamantísque ponderis intuitum, cui jungatur alterũ tantum ex pondere sumes, multiplicabísque eum pondere quod inveniſti determinato pretio in sequela unius Quilati Adamantis, quòdque inde proceditpretiũ ejus Rubini erit. In summa ubi deniveris cujus põderis adamanti socíari possit, tùm eum Adamantis instar in rationem

Pyropus põdere non vẽditur.

Pyropum æstimationis optima ratio.

Digitized by Google

rediges, quodque ex pondere venit cum pretio multiplicabis quo Adamas Quilati unius taxatur. Rubinos nondum politos ac non potentes in mensularum formam redigi, nimirùm cùm ita rudes meliores sunt, quam politi, juxta pretium Adamantis cui addi potest æstimabis, ac lapidis altitudinem, bonitatem & vitia considerabis, inita tum cõputatione, quomodo ea in Rubinis in mensulas formatis, ac in Adamante intelligitur. Ceterùm & alios Adamantes reperire est, quibus mensularum ea forma non contigit, veruntamen ad monilia apti sunt, triangulari figura, vel in cordis alteriusve rei imaginem redacti, quod eo modo vitia tollantur, ac ipsum pondus servetur. Hi suo in genere perfecti, cedunt tamen mensulis in pretio, ob crassitiem quam infra nimiam habent, quæ pondus facit nulla tamen utilitate, imo majore incommodo: Prorsus ii tenues atque extrinsecus alias perfecti, pretium mensulæ crassioris cum sua altitudine habent quod 46. Ducatorum est, si unius Quilati sint, inque horum facienda æstimacione eodem modo ages qui supra dictus est, constituto primum pretio unius Quilati, ac sic deinceps.

Rubini nondum politi quomodo æstimandi.

CAPVT XC.

Vetusti & Orientales Smaragdi: Qui nimirum in Hispaniarum India insulis reperiuntur, dubia adhuc probitatis opinione feruntur.

Smaragdi perfectissimi pretium.

GEmmarii antiquiores Smaragdũ omni ex parte perfectum, colore, synceritate, formâ & crassitie, tres Adamantes valere opinantur, quorum pretium nostrâ ratione centum ac 20. Ducatorum est. Et mihi illa persuasio vera fit. Attamèn hactenus nullus inventus fuit qui sive minor, sive major, omni ex parte absolutus esset. Sanè colore & forma perfectos invenias, claritate non item, semper enim pinguedo quædam latet introrsum, instar viridis herbæ, & similium. Ideóque Smaragdum computationis gratia statuemus, vulgaritèr perfectum qui 80. Ducatos valeat, ejus magnitudinis, ut comitari posset Adamantem unius Quilati duntaxat, nam etsi intùs quædam herba viridis lateat, modò aliâs sit perfectus, néque supra modum eo vitio laboret probus judicatur. Smaragdum ergo si habeas aut in formem, aut in mensulæ formã redactum, ejusque pretium velis animadvertere, primùm considerabis magnitudinem, cujus ponderis aut magnitudinis Adamantem sequi posset, tùm vitia & virtutes ejusdem, ac perpendes quo pretio Smaragdus hujusmodi vendi posset, non major Adamante unius Quilati. Quibus rebus terminatis computationem inibis, eo modo quem super Rubinis retulimus, sumpto scilicet pondere Adamantis cum quo comparari potest, cui alterum tantum addas, ac mox cum pretio unius Quilati multiplicabis, quo invento valor Smaragdi apparebit. Atque hic modus in omnium Smaragdorum æstimatione ritè observabitur, seu isti minores seu majores sint, probi aut improbi, semper tamen probè inspecta bonitatis aut pravitatis qualitate, secundum quam pretium fit. Quod si grana aut dimidius Quilatus adamantis cui adhibetur interveniat, tum per dimidios quilatos, granáque computabis, ut de Adamante & Rubino relatum est. Æstimaturus quemvis lapidem, si is è genere Adamantum sit, utique animadvertes cujus sit liquoris aut formæ, num altitudines suas undique impleat, aut superet, purusve sit in angulis, eorundémque labore, quãtum auferat a dignitate vitium, ne in pretii ordine error te errare faciat, sumpta æstimatione ab unius Quilati pondere: si Rubinus sit reputa magnitudinem ejus, cujusve ponderis Adamantem sequi possit, ac cautè minus semper pretium elige, ne te fortasse immoderata ejus dignatio fallat. Tum & coloris examen adde, num carchedonius aliquis lateat, impurusve sit aut tenuior, aliudvè vitium subsit, quod minuere pretium possit, in pondere & Adamantis magnitudine cui additur. Ea caute reputanda sunt, etenim si fallas planè de omni ratione pretii actum erit. Item observandum in constituendo pretio cùm ejus sit magnitudinis ut unius Quilati Adamantem sequi possit, nam pro eo ponderis argumẽto, si minus aut majus habeat pondus Rubinus tuus, pretiũ declinare aut augere poteris. Quod de Pyropis dictũ est idem de Smaragdis Orientalibus constitutum puta. Ceterùm restant rubei etiamnum lapides quos *Espinellos* vocant, horum in suo genere tanta quandoque perfectio est, ut Rubino comparentur. Sunt & alii quos nominant *Spinellos petræ novæ*, quibusdam *Robassorum* color est, alii *Jacintos* reddunt, neque constat de genere sub quo judicari queant. Etenim gemmarii *Spinellorum* illis qualitatem proprietatemve negant, verùm in Robassos & Iacintos referunt, eã bonitate ut Spinellis pares sint, persuadent tamen Spinellos esse, ut formæ majus pretium nanciscantur, eosque Spinellorum polituraexpoliunt. Sanè Spinelli sunt politione, colore autem Robassi & Iacinti. Multos quoque Pyropos necessariò majoris elegantiæ gratiã, polituraã Spinellorum expolire debent. Spinellus antiquæ petræ suo in genere probus & perfectus, in formam mensulæ redactus, qui Quilati unius Adamantem adsequi posset 40. Ducatos valebit. Ejus vitia, si habeat, deduces, ac à pretio subtrahes, prout de Pyropis relatum est Carbunculi candidi quos *Ballayſos* vocant pondere item venduntur, non tamen ea computatione quæ in Adamante & Pyropo observatur,

Smaragdi æstimatio.

Minus pretiũ eligendum.

Espinelli.

Carbunculi candidi eorumque æstimatio.

Digitized by Google

observatur, nam semel tantum simpliciterque ea æstimatio juxta pondus fit: Nempe optimus Carbunculus Quilati unius 10. Ducatis æstimatur, si vitiis coloris, aliáve macula contaminatus sit eò minoris pretii erit: Verum is quem probum judicamus unius Quilati, 10. Ducatos valet, ut dictum est, duorum Quilatorum 20. trium 30. & sic deinceps juxta pondus aucto simpliciter pretio, ac pro vitiorum qualitate eodem imminuto, quod de unius Quilati Carbunculo determinatur.

CAPVT XCI.

Margaritæ, sive Baccæ Orientales.

Margaritæ Orientales pretio Occidentales superant.

ORiens Margaritarum præstantia excellit, supra Indiæ Hispanicæ loca, in quibus item Baccæ inveniuntur, at splendore ac claritate inferiores. Orientales lumine syncero illustres sunt; Occidentalibus tristis quædam & nebulosa synceritas est. Ideo superioribus pretium majus redditur. Habet Occidentalis ora quasdam, quæ nec Orientalibus cederent, verùm paucas admodum. Ceterùm computationis nostræ gratia, bonas tantùm probatissimásq. Margaritas æstimabimus. Vnio ergo perfectus ex omni parte, qua splendoris, qua luminis sine puteolis, Sphæricâ formâ, aut in Piri speciem probè tornata, sine rugis, Quilati unius, Ducatum unum ferè valet. Atque hinc computatio deducetur, ut in Adamãte, Carbunculo & Smaragdo, ablatâ semper pretii parte, pro vitiorum aut puteolorum, aliarumvé improbitatum nota. Constitutâ ergo ritè æstimatione pondus ipsum reputa, ac tum procedes in pretio, eodem planè modo qui in Rubinis ac Adamante observatur. Etenim Margaritarum vincula ac catenas ita obsérvabis, si majores ac elegantiores plures sint, rectè arbitraberis catenam hujusmodi; nam ob multitudinem pares esse non possunt, ac bonitate majorum facilè minorum pravitas vincitur; sin e contrà apparent, tum quod ajunt. Ex inanibus paleis trituram frumenti feceris. Hæc voluptatis causa curiosis scripta sufficiant. cum gemmariis, qui exactiùs scire volet, agat. Hic tantum velut per indicem quædam collegimus, ut aliqua hujus rei notitia superesset, iis qui cum gemmariis agere velint, ne in universum hominibus in quæstum suum (ut vulgo fit) callidis fidere cogantur.

Margaritarũ catenæ quæ bonæ.

Authoris cõclusio.

CAPVT XCII.

Diversarum rerum in India gestarum me ibi sedente historia.

1583. Japonię principũ filii Goam veniũt ac inde in Lusitaniam.

ANno 1583. mense Decembri Goam venerunt ex Japoniæ insula sociati Iesuitis satrapæ tres regúmque filii, induti ritu Iesuitarum vestimenta, ac infra 15. annorum ætatem etiamnùm constituti. Lusitaniam ex decreto petebant, ac inde Romam Pontificis visendi causâ. Goæ ad annum usque 84. manserunt, inde profecti in Lusitaniam, ac dein in Hispaniam, a rege Hispaniæque nobilitate summa cultura ac cura excepti, maximísque honorati donis fuere. Romam postmodùm delati, Pontificique opera Iesuitarum præsentati, ab eodem summo in honore habiti, Italiæ pleráque nobiliora loca peragrarunt, ubique donis ac muneribus locupletati, Madridam repetiverunt, ibi summa cum veneratione à rege discedentes literis muniti commendaticiis, ad proregem, cunctósque Indiæ rectores & capitaneos Anno 86. Lisbonâ solverunt, vecti navigio S. Philippi, quod in reditu in Lusitaniam capitaneus Draco postea intercepit. Multas post navigationis molestias Mossambicquam venerunt, ibiq. navis onus suum suscepit, beneficio cujusdam navigii, quod S. Laurentii titulo ferebatur, in eumque portum se malo tempestate privatum intulerat, dùm ex India Lusitaniam repetit. Quòd autem tempus navigationis in Indiam consumptum esset S. Philippi navis, merces turbatæ istius navis S. Laurentii recepit, ac Lusitaniam repetiit. Verùm infœliciter intercepta quippe ab Anglis ut dictum est. Primum id navigium Indiæ quod adverso prædatoriarum classium concursu ablatum fuerat, tristi Lusitanorum omine, ob nomen quod ad Philippum regem respiciebat. Ceterum Iaponiæ principes sequenti anno Goam reversi magnis lætitiæ notis excipiebantur, quòd sinistra eos fama jam naufragos tulisset. Tum vestiti attalico panno, sive ut vocant *Brocado* Italo more fulgebant, post tam fœlicem navigationem, donis Italiæ principum conspicui. Goæ tempestatem *Monsonum* commodam expectarunt, quâ adeptâ in Chinam navigantes, in Iaponiam demum delati fuere, magna indigenarum congratulatione, ac summo perfectæ navigationis miraculo: Quod liber editus de hac historia Hispanorum linguâ largiter admodùm testatur.

Postmodum Romam.

Reverturibus ex Europa.

Navigium ab Anglis quando primum captum.

Principes in Iaponiam redeunt.

Anno 1584. Iunio mense, frequenti legatione Persarum, Cambajæ, Samorini, Malabarensium ac Cochini regis, Goæ inter alia pax inter Samorinum, Malavares ac Lusitanos constituta fuit. Eâ interim conditione, ut Lusitanis facultas esset ædificandi arcem, in portu *Panane* tractus Malabar, qui decem milliaribus a Calecuto distat. Mox inchoata ædificatio irrito conatu intercidit, ob fabulosi fundi infirmitatem, cui nihil superstrui poterat, quin confestim deficeret. Ideò post trium aut quatuor aurì *tonnarum* temerarias impensas, ea ipsa desolata remansit. Potuisset opinione Lusitanorum arx hæc comprimere Samorini genuinam perfidiam, ademptâ omni portus commo-

1584. Pax inter Lusitanos & Samorinum.

Digitized by Google

commoditatę, quam ad excursiones prædationésque usurpabant. Sed enim nihilominus alii secessus supererant, quibus assueti Malavares, eadem in navigantes latrocinia exercent, necquicquam indignantibus Lusitanis, ac Samorinum incusantibus, cui ad manum ignorantiæ prætextus erat, & impotentiæ circa coërcitionem talium. Hæ difficultates arcis perfectionem omnino sustulerunt. Sane in hoc tractu perfidi Malavares, ac omnium nationum crudelissimi, quotannis classem Goa cient infestis prædationibus, ad defensionem maris. Occultis etenim ex locis erumpunt, habitantes in casis, ac inviis montibus, quos expugnare nemo potis sit. Imprimis in portu *Sanguiseo* dissito 12. mill. a Goa ad Austrum, initio tractus Malabar, ingés piratarum numerus versabatur, quotidianis mercatorum periculis ac damnis, Prorex ideo *Don Francisco Mascharenhas* Comes *Villæ Dorta*, querelis multorum excitatus Samorino scripsit; Vti in hosce piratas jure suo animadverteret. At is rescripsit. Non esse sibi eas vires, quibus hoc hominũ genus compesceret, quòd si Prorex aliquid meditaretur in eos, ipsum id nequaquam ægrè laturum. Per Proregem ergò instituta 15. Liburnicarũ classis, Duce *Juliano Mascharenhas* fratris filio, portum *Sanguiseum* ex decreto petebat, ut eo destructo Libertas navigationis pateret. *Sanguiseu* insula est interiori tractus situ. hanc flumen circundat, multis vadis ac scopulis impeditum, ideóque non nisi alto maris fluctu navibus pervium. Deliberatione ergò habitâ bonum illis visum factum, si classem dividerent, unam ut partem Admiralius peteret, alterâ Viceadmiralius *Joannes Barriga*. Verùm cùm strenuo conatu liburnica admiralii remis incitata prænavigaret, contentio exoritur inter nobiles adolescentes, super loco aut ordine sequendi, quæ diutiore cunctatione, undâ maris abscedente, conatum ducis elusit, ipsasque liburnicas, huc illucque syrtibus ac vadis illisit, deserto projectóque hostibus admiralio. Vicarius admiralii cum alteram portus partem occupare niteretur, in eandem contentionem incidit, quòd cæteri duces legato tanquàm ignobili homini parêre nollent. Ita piratis auctus animus, qui jam omnes terrore ad montes ac deserta dilapsi erant. Speculabantur etenim navigia impedita, insulam ob siccitates inaccessibilem maris abscessu ipsumque admiralium littoribus inhærentem, nullâ auxilii spe. Ergò descendentes obtruncant milites cunctos, queîs natandi ars vitam non servaret. Admiralius cùm à famulo natandi peritissimo auxilium certum oblatum rejecisset, fortitèr pugnando interiit. Caput hostes adfixum hastæ, in ludibrium nominis Lusitanici circumferebant ovantes. Auctâ undâ cæteri abivêre. Duces primùm Goæ comprehensi, mox liberati, ab omnibus tamen contumeliosè excipiebantur, ob desertum admiralium, quem universa civitas fortem ac strenuum virum beneuolúmq. admodum indignantèr deflebat, ipséque antè omnes Prorex, ob consanguinitatis vinculum. Denuò sub admiralio *Hyeronymo Mascharenhas* interfecti cognato aliâ classe idem portus petitus fuit. Ceterùm insulani certiores facti fugatíque domos casasque deseruerãt, quas incendium hostile mox consumpsit.

Malavares prædones.

perfidi ac crudeles.

Portus Sanguiseo locus Piratarum.

Ejus descriptio.

Expeditio Lusitanorum contra piratas Malauares.

Infœlix ob æmulationes.

Cæditur Admiralius.

Alia expeditio.

Hoc eodem tempore Cochini Rectores jussu Regis, ac Proregis telonium erigere conati, incursu multitudinis arma comminantis impediti fuérunt, in adventum usq. *Duarti Menesii*. Is adjutus a prædecessore tantum effecit ut civitas ipsa in speciem consensu prestito telonii extructionem permitteret. Id Regi Lusitaniæ ob frequens commercium magnam utilitatem ingensque lucrum reddit.

Teloniũ Cochini instructum.

Eodem anno mense Septembri navis ex Lusitania Goam venit dicta *Bom Jesus de Caranja*, quæ afferebat adventare quatuor alia navigia, quibus & novus Prorex *Duartius Menesius* vehebatur, maximâ urbis lætitiâ, ut & omnes campanæ resolutæ, promiscuo sono, & sueto, cùm prior ex Lusitania navis advenit, eandem testarentur. Eadem navi aliquot tormentarii ex Belgio ferebantur, illi me allatis literis de statu amicorum magno meo gaudio certiorem fecêre. Aliquantò post alia navis adpulit ejusdem classis *Boa Viagen* nominata, quæ multos nobiles ferebat & Crucigeros, ad regis in India servitium, inter quos & frater archiepiscopi domini mei *Roque da Fóseca*. Cæteri præstantiores erant *Georgius Tubal Menesius* supremus signifer Lusitaniæ regis, futurúsque dux Soffalæ & Mossambicquæ, ob officia regi in India præstita, *Joannes Gomesius Silvanus* futurus Ormutii capitaneus, Franciscus Mascharenhas defuncti admiralii Iuliani Mascharenhæ, eo in prælio quod apud Sanguiseum insulam commissum narravimus, frater. Idem Ormutii præfecturæ destinatus fuerat, quo mortuo fratri Francisco eadem conlata fuit, regis beneficio in triennium, spe successionis post alios quibus idem munus antè datum fuerat præsumptâ.

Duartius Menesius Prorex

Mense Novembri Cochinum venerunt reliquæ tres naues. Illę S. Laurentii insulam prætervectæ Mossambicquam non petiverant. Nomina harum erant *S. Maria*, *Arreliquias* & *As Chagas* quòd quinque vulnerum interpretatione prætoriæ nomen erat, qua prorex *Duartius Menesius* vehebatur, Præfectus antèa *Tanga* in Africa. Et numerabantur hac duntaxat in navi 900. milites sive soldati, cum nobilibus qui plurimi numero proregem comitabantur, supra navales socios, quos ultra centum computabant; septẽ mensium spacio ea navigatio

continuata

Digitized by Google

Proregis adventus.

continuata fuerat Cochinum usque. Cochinenses Proregem summo honore exceperunt. Is mox Proregi veteri significavit: Permitteret se interim etiamnùm absente regnum archiepiscopo. Erat huic *Menesio* haud parva cùm archiepiscopo amicitiæ ratio, quod paritèr in illa Africana infœlici pugna sub rege Sebastiano capti a Barbaris extitissent. Explevit vetus Prorex successoris mandatum, ac Cochinum profectus eadem naves petiit, quibus in Lusitaniam rediret. Etenim defuncto Proregi fas non est in India remanere.

Amicus archiepiscopo.

Discedit defunctus prorex.

X. Novembris anno 84. navis *Caranja* Goa Cochinum proficiscebatur, ut ibi Piper susciperet. Factores tum cuncti unà Cochinum abeunt, navésque mercibus onerant; post quarum deinde discessum Goam repetunt. Hac eadem navi Prorex defunctus cum multis nobilibus Cochino discessit, institutá in Lusitaniam navigatione.

V. Feb. anni 85. Prorex novus *Duartius Mensius* Cochino Goam venit ibiq. summo honore ac triumphis exceptus fuit.

Mense Aprili eodem anno sodalis meus ex archiepiscopi familia *Bernardus Burcherts* Hamburgensis Goa Ormutium abiit, Ormutio Bassoram, atque inde terrestri itinere Babyloniam, Hyrosolymã, Damascum & Aleppum, qua ex urbe binas mihi literas misit, quas Goæ accepi per Armeniæ hominem. His totius itineris sui relatio continebatur, quod parvo sumptu exiguísque periculis perfecerat, custoditus semper Caffylarum præsidio. Aleppo idem Tripolim Syriæ profectus naves ibi Anglorum invenit, quibuscum Londinũ ac postea Hamburgũ, prout ex literis ejus intellexi salvus venit.

Augusto mense Venetorum literis quas per terram mittunt certiores reddebamur de obitu Principis Auraici, Ducisque Alenconii, ac de matrimonio Ducis Sabaudiæ cum Regis Hispaniæ gnata.

Mense Octobri XX. die Goam appulit ex Lusitania S. Francisci navis, cum Belgicis quibusdam tormentariis inter quos & aliqui literas mihi ex patria attulerunt de obitu Patris mei Hugonis Iudoci Harlemii. I. Novembris Cochinum venit S. Alberti navis. I. Decemb. Cananorum in tractu Malabar S. Laurentii navis tenuit, atque inde Goam. Multi in ea infirmi erant, absumptis morte 90. hominibus, quos longa continuaque navigatio nullo portuum solatio variis miseriis confecerat. Et restabant etiamnum eadem ex classe duæ naves sancti Salvatoris nimirùm, ac S. Iacobi quæ prætoria erat.

Obitus Hugonis Iudoci Harlemensis authoris patris.

Eodem hoc tempore Itali quidam terrestri itinere advenientes, mortem Gregorii XIII. Pontificis, ac Sixti V. creationem nunciabant. Naves Cochinum abivere legentes oram Malabar, Piperque suscipientes. Mense Ianuario anni 86. instructæ Lusitaniam cogitabant.

Sixti V. creatio nũtiatur.

1586

Mense Majo anni 86. literæ capitanei Soffalæ ac Mossambicquæ Goam delatæ fuerunt ad proregem & archiepiscopum, super naufragio prætoriæ S. Iacobi. Ejus historia hujusmodi est. Post superatum Bonæ spei caput, ac ut Gubernator pessimè & incautè existimabat, evitatis cunctis periculis, inter S. Laurentii insulam & terræ continentis tractum prospero admodum vento navis ferebatur. Ibi syrtes quædam jacent, quas *Baixos de Judia*, Latinè Syrtes Iudajcas vocant, dissitæ ab insula S. Laurentii 50. mill. ac a continentis ora 70. è regione tractus Soffalæ computatæ 22. & dimidio gradu, ad Australem Æquinoctialis lineæ plagã, cum & 90. mill. etiamnum a Mossambicqua distent. Syrtes hæ constant potissimum Coralino lapide, puro, acuto, atro, candido & viridi, terribiles ideo haud immeritò, quas quisque gubernator sedulo caveat. Etenim navis salus universa in Gubernatoris perita prudentia sita est, nullo jure contradicendi reliquis concesso, ut & regio edicto cavetur. Enimvero cùm circa has syrtes S. Iacobi navis cursum teneret, Gubernator computatione initâ putavit periculum jàm se omnium scopulorum evasisse, nautísque imperat, Vela cuncta panderent, ac Thoracia explicarent cursu recta Mossambicquam versus instituto, positâ omni majoris periculi reverentiâ. Ceterum repugnabant socii quidam, ac periti talium officiales navigii, quibus cura eadem est discendiq. studium, circa cartas marinas, ac Gubernandi artem, dictitantes nondum effluxisse periculorum omnium metus. Verùm & superesse scopulos, ac nocturnum tempus, quod procellis opportunum, quo minùs vela prorsus essent explicanda impediret. At urgente faro ac impotentiâ dominandi, præcipitatâ gubernatoris mente, omnium insciti & imperitos animos damnavit, potestatéque sua usus: Vt imperata nautæ facerent inclamavit. Itaque obedientibus cunctis ac postmodùm tacentibus, navis obscuro Lunæ lumine circa mediam noctem in syrtes illas defertur, planè ut impetu venti malè secundi scopulorumq. terribili acie in duas partes velut limâ dissecto ligno carina cum duobus foris scopulo adhæreret, reliquáque superior pars eadem vi impulsa aliquantulùm, mox iisdem petris illideretur. Tùm malis detruncatis clamor virorum ac mulierum varius exoritur, qui vel ipsas nubes penetraverit. Sanè multis mortalibus onerata nauis, quòd prætoria esset, supra quingentos homines habebat, triginta mulieres, multósque Iesuitas ac Monachos. Instabat haud dubium exitium, ac certa ante oculos mors, compulsis cunctis ad ultimas preces, mutuamque veniæ delictorum imploratiónem, horrenda prorsus imagine, quantam quisque animo reputet. Admiralius *Fernandus Mendosa*, Nauta, Gubernator

Naufragium S. Iacobi navis prætoriæ.

Advertãt Gubernatores naviumque Rectores: Ne temere fidant computationibus suis, ac propriæ scientiæ moniti hoc exemplo, cum ea inflatio præcipua causa fuerit hujus naufragii.

Digitized by Google

Gubernator aliique 10. aut 12. confestim in minorem scapham desilientes, eam gladiis evaginatis strictisque defendebant. Velle se locum aliquem idoneum dictitantes explorare, in quo ex reliquiis fractæ navis lembum colligere possent, capiendis hominibus commodum, quo dein terram firmam repeterent. Ea spes aliquantulum socios tenuit. Verùm frustrà tentatis omnibus ii qui in scapha erant ad navem redire non ausi, timore expugnationis continentem ex decreto petiverunt ac distributis quibusdam *Mermelladis*, biscocto & vino in scapham ab initio temerè conjectis, post 17. dierum fluctuationem, magnásque difficultates, famem & sitim in Africam pervenerunt. Non revertente scapha auctóque interim dolore sociorum navalium, superior pars navis inter duos foros quo in loco major scapha servabatur a lateribus disrupta, eandem mutilam tamen, ac undique laceratam manifestavit. Ceterùm cùm ejus reparandæ maxima apud omnes desperatio esset, Italus quidam *Cyprianus Grimaldus* cæteros cohortatus in scapham se primus cum ense dimisit, eámque restaurare occæpit, subsequentibus operámque mox navantibus aliis. Hi 90. numero erant, at undique injectis scaphæ brachiis, utriusque sexus homines adhærebant, tristi ejulatione auxilium flagitantes. Sed gravabat ea multitudo naviculam ac facile ima oceani petivisset, nisi amputatis dependentium brachiis manibúsque, ejectis quibusdam inermibus, sævo sed utili remedio pondus levatum fuisset. Quis autem ululatum istum recensere posset, qui discedente lembo ab iis quos diræ tempestati ac naufragio mancipatos navis Prætoriæ fragmenta tenebant ferebatur? reddente flebiles voces undæ fremitu, ab manentium abeuntiumque parte, quos quidem spes tenuis solabatur. Egestas enim certa parvúsque navigationi successus, ne hoc quidem effugium commendabat. Etenim multitudo navigantium nimia erat ipsáque navicula male consuta perfluebat multis in locis. Ideò ne omnes perirent paritèr communi consensu Dux creatur, Nobilis Mixtus Indiæ, cui sese cuncti subjiciunt facturi quod imperaret. Hic usurus ea potestate quosdam subitò ejiciendos digito denotabat, invalidos primum. Inter hos & faber erat, qui naviculæ commissuras juverat, Is post Mermelladi viníque gustum, quem unicè flagitabat deindè in mare conjici se facilè passus est. Sed & alius ex iis quos in Lusitania novos Christianos nominant ad similem exitum vitæ corripiebatur. At frater huic junior eadem in scapha erat, qui surgens prece humili flagitavit; Vt illum germanum suum jam neci destinatum dimitterent, ac se velut succidaneam hostiam, si ita videretur, marinis fluctibus immolarent. Esse fratrem ætate prudentiorem, ac arte magis idoneum, qui sorores communes, familiámque certiore auxilio sublevaret. Hac exaudità supplicatione, junior tristi, calamitosóque spectaculo in pelagum conjicitur celebratissimà pietate laudandus, quæ Castoris Pollucísque antiquatam gloriam in se meritò transferat. At divinum propitium numen tam inclito facinori non defuit. Etenim sex horarum spatio continuo natatu scapham insecutus, petitúsque subindè gladiis nè naviculam occuparet, tandem strictum ensem manu arripuit, quem, licet jam vulnere adacto manus scinderetur, nequaquàm dimisit, donec permoti invicti hominis fortitudine cæteri eum reciperét. Quos ego duos fratres Goæ & vidi & cognovi. Ceterùm hi post 20. dierum miserias, mirabiles exantlatas, Admiralium in terra firma invenerũt, ac cum eo lembi prioris socios. Qui in navi remanserant contextis ac colligatis tabulis, quas Lusitani *Jangadas* vocant salutem sibi adserere conati, omnes periere, duobus tantùm ad continentem usque provectis. Ibi tum ab unda liberatos cunctos aliæ exceperunt molestiæ, spoliati enim a *Nigritis* sive *Caffris*, exutíque vestibus inter diram famem summàmque pauperiem ad locum pervenerunt, quem factor Ducis Soffalæ & Mossambicquæ habitabat. Is aliquantulùm refectos ac instructos in Mossambicquam dimisit, ut inde Indiam peterent. Ex quibus postmodùm in India multos familiares habui, veracitérque rem gestam accepi. Sexaginta omnino homines salvi iratum Neptunum, ac inopiam reliquam itineris evitarant, quibusdam etiam post naufragium fame confectis. Reliquos unda hausit, nullo postea signo navis aut hominum. Ita unius ob noxam & furias navis ea tota cum tanto mortalium numero interiit; salubri exémplo adversus audacis Gubernatoris impotentiã. Ceterũ idé tantę cladis author in Lusitaniam cùm venisset apprehensus primo, ac deinde dimissus, aliud navigium ex optimis cum gubernãdi cura anno 88. suscepit, magnâ viduarum ac pupillorum detestatione. Idemq. S. Thomæ nomine circa easdem syrtes perdidisset, nisi lucis advenientis beneficio monitus, clavum avertisset. At reversus ex India circa Bonæ spei caput, destinatum naufragium denuò evitare non potuit. Ibi enim rupta navis, absorptis cum Rectore cunctis hominibus, vindictam ut multi existimabant divinam explevit. Hanc historiam stylo uberiore retuli: Vt quorundam Gubernatorum ignorantiam ac superbiam castigarem, quibus cùm navis commissa sit sociique cuncti haud dubiè summoperè curare debent: Ne indignè ad tale munus accedant. Hæc res mense Augusto anno 1585. accidit.

Fratris mira pietas.

Anno 1586. mense Majo duæ naves mercibus 1586

tibus diverſis oneratæ Chaulo (portus eſt Indiæ) fretum Meccæ Rubri maris petebant, inſtructæ a Luſitanis habitatoribus Chauli, qui ipſi in navibus cum eſſent a Turcarum liburnicis capti fuere; ac intercepti. Hæ fabricatæ in portu *Sues* interiore ſitu propè urbem Cayrum ad Maris rubri littus, tùm Orientis navigationi infeſtæ univerſam Indiam timore compleverant.

Turcæ naves Luſitanorum mercatorum capiunt.

Indè eodem menſe adornata per Prorege claſſis, magnitudine eâ qualem vix viderãt adverſus Turcas Rubri maris bello deſtinabatur, quo confecto eadem, volente ità Prorege, Ormutii hybernaret; ac Regi Perſarum *Xatamæ* auxilio eſſet; ſubitura ſinum Perſicum, contra cõmunem hoſtem. Præfectus maximæ huic claſſi erat *Ruy Gonſalves da Camara* Ormutii quondam Capitaneus vir gravi obeſóque corpore, ac ideo ad belli munera inutili. Multi hunc nobiles ac præcipui Indiæ Luſitani ſequebantur, auidi honoris adipiſcendæque gloriæ. Ceterùm claſſem Mare rubrum verſus navigantem, infœlices tranquillitates excepêre, ac præter opinionem diuturna navigatio, conſumptis ideò cibis, faméq. acerbâ ſubortâ, quæ multos homines neci dedit, miſeriiſque magnis adfecit. Id primum malum erat majoris præſagum. Nam in Maris rubri oſtio commiſſo cum Turcis prælio, in Luſitanos adverſa pugnæ fortuna gravitèr incubuit, ut in varia infami fuga dilaberentur, cùm & Turcæ victoriâ fœlicitèr uſi, tractum *Abex* ac *Melindæ* invaderent, civitatéſque Luſitanorum fœderatas *Patan* & *Bravam* caperent, ut inde ſi quæ commoditas præſto eſſet, Luſitanis majore vi nocerent. Ceterùm ipſa claſſis vaſtata ac diſperſa Ormutium diſceſſerat, ibique hybernaturi novo conatu naves reſtaurabãt, ac infirmos plurimos curabãt, decretâ ſuo tempore expeditione in Perſiam. At (ut relatum eſt) craſſo abdomine gravis Præfectus, alium ſubſtituit *Petrum Homen Pereiram* nobilitate haut perinde inluſtrem, militari tamen gloria clarum, eíque injunxit ut in ora Arabiæ loco *Nicolu* infeſtos quoſdam piratas navibus ultrò citróque Baſſorâ Ormutium commeantibus caſtigaret. Hujus ergo expeditionis gratia cùm Luſitani liburnicas terræ *Nicolu* admoviſſent, ipſarúmque è mari multas ſubduxiſſent in littus, accincti impetu tantùm, nullo ordine hoſtem petiverunt, fruſtra reclamante Duce, cui ob ignobilitatem parére noluerant. Tantam confuſæ multitudinis imperitiam, ſine Duce diſperſæ, ſubductis navibus, ereptiſque ſubterfugiis ſpeculati Arabes equites, qui ad campos diſceſſerant, reparatis animis Luſitanos, Lunari flexu invadunt, ac palantes crudelitèr interficiunt, necquicquàm tentatâ fugâ cùm nullum in ſubductis lembis præſidium reliquum eſſet. Octingenti ea clade Luſitani ceciderunt, paucis elapſis, qui in tempore liburnicas ad mare deduxerant. Memorabilis vero pugnæ eventus, quòd interfecti fere primates nobileſque eſſent, in India famoſiſſimi veterani, ac multis antea periculis ſuperſtites, cùm vix unquam uno prælio tantum Luſitanorum periiſſet. Eodem prælio Belgæ Tibicinis fortitudo inſignis emicuit. Is à Luſitano ſignifero abjectum vexillum Luſitaniæ, & ab hoſtibus ſuſceptum, ardore accenſus militari, rejectâ in dorſum tubâ pugnãdo penetrans uſque ad eum qui abſtulerat, eodem confoſſo ac interfecto, recuperavit, & ad ſuos retulit poſtea id defendens fortitèr, horæ pene ſpacio donec accumulatis cæde quam patrabat, multorum hoſtium cadaveribus, cum ipſo ſigno procumberet, glorioſus, confeſſione ex ea pugna reliquorum Luſitanorum, ſupra cunctos commilitones. Dux ab initio impotentiam ſuorum animadvertens diſceſſerat, ac è liburnica facinora ſuorum contemplabatur. Magno Indiæ dolore clades hæc accepta fuit, & privato Archiepiſcopi, cujus fratrem eadem hauſerat, cum multis nobilibus junioribus ac veteranis.

Expeditio in Turcas Rubri maris.

Adverſa Luſitanis.

Altera expeditio in Nicolu locum.

Nihilo felicior.

Clade deterimâ in veteranos nobileſque.

Tibicinis Belgæ virtus.

Eodem tempore Ormutii Regina Goam venit Machometi antea avitis imbuta diſciplinis, tunc vero Chriſtiano ritu baptiſata Patre ſeu ſuſceptore Vicerege, àc indito Philippæ nomine, in memoriam Philippi regis. Formâ hæc erat pulchrior, alba ac grandioris ſtaturæ, fratrem habebat juvenem etiamnùm qui pariter baptiſatus in Luſitaniam abibat, cum *Mathia Albucquercquio* Ormutii olim Capitaneo, offerendus Regi. Ceterum Reginam ipſam in uxorem duxit Luſitanus nobilis, *Anto. Dazevedo Coutinho*, cui Rex nuptiarum cauſa Ducatum Ormutii indulſerat, annuo fructu ad ducenta millia ducatorum æſtimatum. Maritus cùm anni dimidium ſumma concordiâ cum uxore vixiſſet, navem inſtruxit, Ormutium petiturus, ut ibi aliquos Reginæ uxoris ſuę reditus ſuſciperet. Illa amore adflicta, tenerrimè ut remaneret orabat, aut ſaltèm ſecum una ferret haud grave onus adamatam mulierem. Ceterùm occaſione precibus adverſâ, cùm maritus circa terrã *Bardez* in extremitate fluminis Goæ etiamnùm hæreret, exſpectans tempeſtatem, illa confecta deſiderio (ut ajebant) ſubita morte correpta obiit, eodem die quo Luſitanus enavigaverat. Magnus ideò Goæ luctus, quòd hęc prima ejus regionis Regina Chriſtianam religionem ſuſcepiſſet, illiúſque amore regnum reliquiſſet, privatam in domũ Luſitani nobilis matrimonio translata. Funus magnificè celebratum fuit.

Regina Ormutii Goam venit.

Baptiſatur.

Maritatur.

Moritur ex amore.

Cum luctu magno hominum.

Menſe Auguſto anno 86. Goam venit Moſſambicquæ homo ex Luſitania, vectus galeone Malaccæ. Is quædam ad Proregem adferebat, àc naufragium navis *Boa Viagem* quæ anno 85. ſuperiore ex India diſceſſerat certò

Digitized by Google

Naufragium navis Boa Viagem.

certò nunciabat. Id obvenisse suspicabamur circa Bonæ spei caput, ex immenso onere, quo affecta navis fatiscebat. Affirmabant etenim supra novem dodrantes aquæ eam tenuisse cum Cochino abiret. Quamvis licèt juramento nautæ ac cæteri Officiales adacti adserere ante susceptam navigationem teneantur, navem sufficere tanto itineri, eandemvè nullo modo divulsam aut imminutam esse iidem tamé nullo religionis metu vitia retricent. Ne quæstus suos amittant ex destinatis locis quos habent ex privilegio, ipsamq. ratem ergò in quo onere supprimunt, ut tempestatibus cunctis obnoxia regi nequeat. Ideò miraculi mihi cujusdam vice est navis Iudiæ Lusitanorum avaritiâ onerata salva in portu Lusitaniæ, si vel navium tenuem apparatum, nautas ac socios rudes navalis scientiæ, vel confusionem, rerúmq. perturbationem in navali supellectile inspexero, quam ipsi homines expositi testantur, enarrantes perpessa pericula timoréque. Hoc autem naufragio nobiles multi perierunt, qui Indiæ in rebus Regi ministri fideles, jam aucti testimoniis more recepto præmia sperata sollicitarent. Cum iis item interiit legatus *Xatama* Persiæ Regis, qui confirmandæ amicitiæ causa ad Regem Hispaniarum mittebatur. Et erat hæc delecta a legato navis quòd velificandi dexteritate supra cæteras insignis esset. Ast post hujus obitum, nemo eo munere, navigationem hanc tentavit, durante nihilominus inter duos hosce Reges contrà Turcam fœdere. Minima navis quæ Cochino Lusitaniam petit *Milionem* auri æstimatione comprehendit, & hæc singularibus divitiis pollebat. Vndè tantæ jacturæ circa opes facilis æstimatio haberi potest, exceptis mortalibus, quos idem periculum involvit. Indè pauci anni sunt, quos non aliqua in abitu redituvè navis lugubres faciat.

Ex nimio onere.

Et perfidia inspicientiũ.

Vnde salva Lusitanorum navis miraculi instar est.

Perit naufragio hoc Legatus Persarum ad Regem Philippum.

Minima navis Lusitanorum Milionẽ auri habet.

Mense Septemb. anno 86. Goam quatuor naves venerunt Prætoria nempe *S. Thomæ* titulo, *S. Salvatoris*, *Arelikias* ac *Bon Iesus de Carania*. Desiderabatur *S. Philippi* navigium, quod eadem in classe Lisbona discesserat, déque eo hactenus nullus rumor increbuerat.

Fine Novembris è Goa discessère naves eædem legentes oram Malabar Piperis excipiendi causa, post Cochinum venerunt, quo in loco duæ fere semper naves onus Piperis nanciscuntur, cùm alias omnes merces iibdem cæteræ habeant. Ceterùm Goæ præparabatur navis alia Ascensionis titulo quondam, quæ Chinam & Iaponiam aliquando visitaverat, empta a conductoribus navium, vice navis *Caraniæ*, quòd eam Cochini ob vetustatem inutilem deterebant, novamque instituissent ejusdem nominis, cujus fabricatio ob dissidium inter Conductores exortum expleta non esset. Hæc *Nossa Senhora da Senaco* dicta Dominus meus Archiepiscopus in Lusitaniam navigavit, ob discordias quasdam & simultates, quæ illi cum Prorege ac Consiliariis intercesserant. Et quamvis eum obnixe nobiles ipseque Prorex cum universa plebe orarent, ut ab hac profectione desisteret, tamen tenax propositi ac immotus familiam omnem dimisit. Erat Archiepiscopus Regi carus ac metuebat Prorex aliique: Ne Regi insusurraret, quòd parum secunda fama Proceres Lusitani, Præfecturas regiosque reditus tractarent. Quosdam ex suis retinuit. Navem conscendit domúmque suam aulæ magistro commisit, ipsúmque me ut reditus suos reciperem Goæ manere voluit. Nam tum Iubilei aurei *Santa Cruzada* nomine tempus erat, destinatis pecuniis ad captivorum redemptionem, qui in prælio cum Rege Sebastiano etiamnùm in Africa detinebantur. Et creaverat me Archiepiscopus Scribam generalem *Cobranzæ* per universam Indiam, cum clavi una, ex iis quibus arca aperiebatur, ad pecuniæ custodiam deputatâ, adjunctóque probo stipendio, quo obligatus reditum Domini mei exspectarem, juxta fidem quam illi dederam. Ita Ianuario mense Cochino vela fecit Anno 87. sub eo Gubernatore, qui S. Iacobi navem syrtibus Iudiæ ut narratum est inflixerat.

Archiepiscopus in Lusitaniam abit.

Causa abitus.

Iubileum aureũ quo tempore in Indiã missum.

Cùm autem ordine suo (ut nullâ onerãdi confusione facilis tributorum collectio esset) Cochini naves onus præstolarentur cæteris instructis, sola quæ *Arelikias* dicebatur superarat. Quę cum jam onerata esset, Officiales ac Conductores muneribus excæcati saburræ aliquid eduxerunt; ejúsque loco Casiam imposuerant quæ tum in Lusitania magnis pretiis vendebatur. Naves autem anchoris fixæ, ad milliare à continenti remotæ onus ibi suscipiũt, quod æstivo tempore mare fluminis instar tranquillũ sit. Tempus navigationis tuba per urbem nunciat, quo accepto concurrunt cuncti navigaturi, deducti à familiaribus & amicis, qui cum *Tonis* & *Pallengis* ita scaphas suas indigitãt, pane ac fructibus bellariisq. instructi maximo cum tumultu navem infinito numero cingunt. Illa undiq. impleta etiam funes capitales sub aqua pressa onere occultat, forosque superiores cistis accumulatis coacervatísq. ingenti mole ostendit, inferioribus cunctis angulis impletis, ac ad miraculum usque constipatis mercibus, ità ut tempore velificationis vel intra mensem nautæ ordinis circa rectũram navigii haud potentes sint. Hoc modo (fert enim ita consuetudo circa cunctas) instructa navi hac *Viador da Fazenda*, seu Regius inspector accessit, qui protestatione suo more inita quæsivit. Num tantæ navigationi ratis sufficeret. Respondêrunt sufficere (ut fertur) subsignatione adhibita,

Historia pereuntis nauis Arelikæ.

Onus immẽsum navium Lusitaniæ.

Digitized by Google

adhibita, licèt quidam negent. Ceterùm magno clamore inspector iste jussit funes amputari, ac vela dimitti, cum bonæ viæ imprecatione. Sequebantur illi lembi qui miliaris unius sæpe spatio comitantur placido mari. Verùm velificante hoc modo navi Gallinæ quædam cophinis inclusæ ac foris inter alia impositæ evolárunt, ingenti multorum contentione, super gallinarum proprietate disceptantium, accurrentibus cæteris, ut in tali re solet. Quamobrem cum in unam partem navis turba incumberet, illa saburrâ exemptâ, cujus loco casia successerat, ab ea parte quæ multitudine premebatur, collapsa languidè ac sensim fundum petiit, exstante tantum aplustri palmo. Homines quidem omnes lembis illis qui insequebantur excepti, ac summâ fortunæ fatis erepti, salvati fuerunt, submersis duntaxàt mancipiis, qui compedibus vincti effugere non poterant. Quis autèm jacturam tantarum divitiarum facilè explicet? Cistæ duntaxat aliquæ urinatorum beneficio quæ foris impositæ erant servatæ fuerunt, corruptis tamen ferè mercibus. Cætera mare illud opulentum occultat. Inquisitione quidem qui saburram eduxerant petebantur, sed latebant noxii, suppressâque interim tempore facinoris magnitudo elanguit.

Malacca obsessa.

Eodem mense rumor afferebatur Malaccam multâ fame ac miseriis premi, ut & navis quæ ex Lusitania eo proficiscitur, victus inopia ibidem permanere cogeretur, cùm & Sumatræ fretum ab inimicis obsessum esset. Ne qua navis in Chinam aut Iaponiam abiret. Rebellione Regum Sumatræ, *Achem* & *Ior* prope eandē Malaccæ terram in firma hæc obsidio suscitata erat, quòd a Capitaneo Malaccæ contumeliis essent adfecti. Rumor hic magnum Goæ motum intulit; omnis etenim illius urbis fortuna ex navigatione Malaccæ, Chinæ ac Iaponiæ vicinarúmque insularum pendet. Collecta ergo classis indicto civibus tributo, exactáque a Mercatoribus pecuniâ, congregatísq. hominibus, quòd præteritis cladibus India tota exhausta esset.

In cujus solamen classis collecta.

1589.

Anno 87. mense Majo *Galliotta* ex Mossambicqua Goam venit, nuncians S. Philippi navem Mossambicquæ excepisse Piper navigio S. Laurentii advectum. Id eam ad insulam perfluum penitùs ac rimosum multisque in mare projectis bonis tenui salutis spe miraculoseque servatum venerat. Hac S. Philippi navi vehebantur Principes Regúmque Iaponiæ filii, ut aliàs declaravimus, eademque Galliotta quæ hosce rumores adferebat Goam adpulerunt. Hæc item certiores nos reddebat de successu classis Goæ anno 86. Decembri mense instructæ, versus oram *Melindæ* ac *Abex* in vindictam cladis quam *Ruy Gondisalvus da Camara* acceperat ut narratum est, & castigationem oppidorum, quæ præter fidem ad Turcas defciverant. Præfectus autem classi erat *Martinus Alfonsus de Mello*. Is navium operâ regiones Abex atque Melindæ inter Mossambicquam & Rubrum mare sitas invasit, remotisque jam Turcis ac per Rubri maris secessus in propria dilapsis, totam penè terram vastavit, *Patanamque* ac *Bravam* urbes nihil tale cogitantes recepit, interfecto in fuga Patanæ Rege, cujus caput hastæ infixum diu in foro publicè Goæ apparuit, in terrorem. Ea victoria conlapsos Lusitanorum animos aliquantulum restituit. Classis inde Ormutium abiit ut Regi Persiæ ex Prorege jussu opem ferret. Ceterùm milites morbus invasit, ac ex eo mors, vita functo item *Martino Alfonso Mellæo* Capitaneo; ideo nullo alio facinore clara domum rediit.

Fœlix successus ejusdem.

Eadem classis dum Abexinorum oram petit, propè insulam *Zamzybar* dictam decidens (quæ 6. grad. jacet ad Austrum. 70. milliarium distantiâ versus Mossambicquam ab urbe Patana, ac remota 18. mill. ab ora) S. Salvatoris navi Cochino Lusitaniam perenti obvia fuit. Ea in latas diducta rimas, ejectis cunctis mercibus, Pipere aliquo excepto, ad quod descendere nequibant certo naufragii periculo natabat, crebris sentinationibus tantùm hactenus salva. Verùm insperatum hoc auxilium adfuit, ac navem hominesque ab interitu vindicavit, Ormutiumque deduxit, ibi exportato pipere, cæterisque mercibus navigium minus fabricarunt, quo iidem mortales cum pipere aliisque reliquiis, post multa pericula ac molestias in Lusitaniam salvi venerunt.

Navis S. Salvatoris ex pera periculo.

Septima Decemb. anno 87. Galliotta ex Mosambicqua veniens nunciavit quatuor ad eam insulam naves adpulisse, Prætoriam nimirum S. Antonii, S. Francisci, Dominæ Nazarenæ, & S. Alberti. De S. Mariæ navi quæ eadem in classe ex Lusitania abiverat nullus rumor erat. At post intelleximus eam in Lusitaniam quædam ob impedimenta recessisse. Post 8. dies eædem naves Goam venerunt, maxima omnium lætitiâ.

Eodem tempore arx Columbo Lusitanorum in insula Seylon à Rege Seylon *Raju* obsidebatur, magna obsessorum angustia, cui levandæ dimissa classis ex Goa sub Duce *Barnaldino de Carvalho*.

Arx Colombo obsessa.

Quo item classis ex Liburnicis triremibus & Galeonibus Malaccæ obsidionis levandæ gratia è Goa navigabat. Huic Præfectus erat *Paulus de Lyma Pereyra* nobilitate ac veteris militiæ gloria illustris, Præfectus antèa Chauli ob victorias insignes conspicuus, ac earum gratiâ ad hanc expeditionem delectus.

Classis Malaccæ obsidionis levandæ causa.

Expeditio classis instructæ contra civitates Melindæ.

Fine Novembris quatuor supradictæ na-

Digitized by Google

ves Goa Cochinum profecti, ibiq. collecto onere Lusitaniam repetiverunt.

Sequenti Decembris mense, durante etiamnùm obsidione arcis Columbò, in insula Seylon Goæ homines alteram classem instruxerunt, magnis impendiis sub Architalasso *Manuele de Sousâ Coutinho* nobili ac perito belli viro, qui Dux olim eadem in arce obsidionem fortissimè pertulerat à Rege ideo majore dignitate auctus, postea ut suo loco referemus Prorege mortuo in Indiæ totius Regium gubernaculum evasit. Hic conjunctus priori classi, paritérq. dispositis ordinibus ad insulam contendit. Ceterum *Ragia* animadversâ Lusitanorum multitudine sibi metuens omnem exercitum abduxit, ac arcem obsidione magno cunctorum gaudio levavit. Ea tum à Lusitanis viris & victu repleta fuit. Vndè confectâ fœliciter re Goâ reversi magnis triumphis ab urbe excepti fuêre.

Altera classis ad subsidium obsessorum in arce Columbo.

Discedunt hostes.

Aprilis mense sequenti ejusdem ânni Goam rediit classis *Pauli de Lyma* victoriâ contra hostes Malaccam obsidentes, & adapertâ navigatione in Chinam aliásque regiones inlustris. Res autè hoc modo gesta. Cùm fretum Malaccæ classis hæc subiret, obviam ea habuit navem Regis *Acheini* in Sumatræ insula. Is hostis Lusitanorum ac præcipuus author hujus obsidionis extiterat. Eadem ergo navi filia Regis illius vehebatur, desponsata Regi *Ioor* fœderis roborandi novandique cum eo contrà Lusitanos causâ. Et accesserat muneris loco tormentum ingens bellicum, quale nunquàm antèà India viderat. Id postmodum Regi Hispaniarum miraculi velut instar missum fuit in navi Malaccæ, quæ circa Terceram insulam naufragio periit, cùm & ipsum tormentum magna mole eductum, etiamnùm hodiè in eadem insula conspiciatur, quod ponderosius non nisi summa cum difficultate in Lusitaniam possit transmitti. Vt ad propositum redeamus. Navem hanc Lusitani cœperunt eamque deprædati quæ acta essent facile intelleverunt. Communicatis itáque consiliis cum classe Ioor profecti, militéque bono ordine exponentes, urbem munitam palis, ac lignis, stramineisque casis locupletem, diffugientibus metu oppidanis cœperunt, totamque incendio vastarunt. Præda ex hac urbe uberrima, singularis autem 2500. Tormentorum æneorum, quæ omnia in Indiam vehebant. Erant sanè quædam ex iis exigua ut sclopetis nostris comparari possent, alia majora, egregiè laborata ac floscul lorum imaginibus adornata, quæ edocti a Christianis transfugis indigenæ facili ingenio præparant Horum Apostatarum passim aliquem numerum invenias, qui damnati ob facinora, metu gravioris supplicii abnegatâ fide Ethnicis sese dedunt, ac eos adfecti magnis honoribus in mala nostra instruunt, bellicásque artes edocent. Licèt vero tormenta multa habeant, peritia tamen explodendi (ut apparet) carebant. Ea etenim mox deseruerunt. Ideo Lusitani victoriâ tantâ inflati Malaccam contendebant, ibique excepti summis triumphis Regem *Acheini* intellectâ filiæ captivitate ad pacem compulerunt. Ea demùm magnis a Rege præmiis sollicitata, inter Lusitanos ac Regem concluſa fuit, patefacto ità ad sueta commercia mari, magno Goæ gaudio, qua in urbe Aprili mense victores multâ prædâ graves, solenni victorioso. hymno prosecutus populus fuit.

Victoria Pauli de Lyma contra Reges Sumatræ.

Capitur filia Regis Ioor.

Tormentum Indorum ingens.

In urbe Ioor capta 2500. tormenta.

Apostatarum opera confecta.

Pax inter Lusitanos & Regem Acheim.

Sequentis Maii mêsis XV. die obiit Goæ Prorex Duartius Menesius intra 4. dies sanitate convulsâ ad mortem, febre continuâ ac fervidâ, communi apud Indos morbo. Ægritudinis quidam hanc causam arbitrantur. Increbuerat rumor per literas Ormutio ad eum missas, ex Venetorum tabellariis, qui terrestri passu Indiam petunt, adventasse Archiepiscopum Lisbonâ, ac à Rege summis honoribus exceptũ. Ea res dividiæ erat, quòd simultas illi constaret cum Archiepiscopo percutiente metu animum. Ne quid is detulisset, quod iratum sibi Regem redderet. Hac consternatione febris orta hominem falso mœrore ad mortem adegit. Etenim ut è navibus postea intelleximus Archiepiscopus ante octiduum adpulsus navis in Lusitaniam, in ea mortem obiverat, pari fati potentia sublatis duobus æmulis, eodem penè tempore. Exequiarum Proregis summa celebritas hujusmodi est. Locus sepulturæ in monasterio est, quod tribus Regibus Magis dedicatum, ordinis S. Francisci in terra *Bardes* ad ostium fluminis sive ingressum Goæ jacet. Cadaver ideo Proregis Regiæ triremi imponebatur, quæ undique panno atro tecta erat, ac aplustris nigri coloris conspicua. Deducunt cuncti nobiles. Accedenti claustrum Regum Magorum quod 3. mill. distat a Goa secundo flumine mare versus Monachi Franciscani obvii id excipiunt, ac templo illatum nondum terræ mandatum, justis sacrificiorum festivitatibus celebrant. Tum literæ sigillatæ adferuntur, quæ numeris arithmeticis signatæ, ignoratos eò usque, ac futuros Gubernatores post mortem absentiamve Viceregis continent. Has literas quas *Viat* vocant decreto Regis Iesuitæ custodiunt, & quotannis à Rege emittuntur: Vt designatus iis Gubernator coràm nobilibus, rectoribus ac auditoribus à Iesuitis apertis sigillis legatur ac dennucietur: Quod si prioribus literis apertis Gubernator in iis notatus, aut jàm defunctus vita sit, aut absens, sequentes secluduntur donec status Vicerex occurrat, quo reperto reliquæ literæ à Iesuitis in custodiam recipiuntur;

Mors Proregis Duartii Menesii.

Causa.

Exequiarum Proregum ritus.

Quomodo Prorex successor mortuo, publicetur.

Digitized by Google

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

piuntur; ſin verò ſcriptus Prorex aliquo in loco Indiæ aut Orientis cum munere ſit, mempe Dux Moſſambicquæ, Ormutii aut Malaccæ, is mox munus iſtud relinquit, atque hanc Proregis dignitatem capit, donec a Luſitanorum Rege alius mittitur. At ſi talis in Luſitania, Chyna, Iaponia, aut ultra Bonæ ſpei caput degat, tùm aliæ literæ recluduntur. Itaque hoc quoque funeris hujus tempore conſummato ſacrificio Ieſuitæ accedentes, cum ſupradictis faſciculis literarum, nondum humato (ita mos eſt) defuncto Prorege, priores numero regio ſigillo clauſas aperuerunt, magnâ omniũ aſtantium exſpectatione. Prodiit ergo *Mathias Albuquerckius* olim Ormutii Capitaneus, verùm anno ſuperiore in Luſitaniam cum Archiepiſcopo enavigaverat, ſanandi cruris cauſa, quod ruptum ſ.ac malè reſtitutum habebat: ignarus hujus fœlicitatis, quam ſi præſciviſſet, næ ille navigationem illam opportune diſtuliſſet. Ideóque hoc abſente ſequens charta recluſa *Manuelem de Souſa Coutinho* nominabat, qui arcem in inſula Seylon obſidione levarat, ut anté ſcripſimus. Ea illi oblata dignitas magnorum miniſteriorum ergo, quibus Regi utiliſſimus fuerat, ſummâ omnes admiratione adfecit, indignantibus plurimis quòd humilioris hic nobilitatis gradu, potentioribus multis eſſet præpoſitus. Verùm diſſimulato dolore ſuetis eum gratulationibus ac fidelitatis promiſſionibus cũcti excepêre, ac deſerto cadaverè defuncti Proregis, triremi eum, demptis triſtibus apluſtris, noviſq. floridis injectis impoſitum, Goam magno tubarum, tibiarumque ſtrepitu, ſolemni hymno proſecuti ſunt. Ibi juramentum ſuper privilegiorum obſervatione præſtitit, recepto vetuſtóq. more, atque inde deductus in vaſtatum morte Proregis palatium, novâ illud ſupellectile, àc familia replevit & exornavit. Deſertum vero mortui cadaver terræ à familiaribus mandatum, ſine ulla alia memoria ad privatam conditionem quodam modò redibat.

Emanuel de Souſa Prorex publicatur.

1588. Anno 88. Iunii, Iulii & Auguſti menſibus hyems ingens totam Indiæ oram vaſtavit, pluviâ ſuprà alios ejuſdem tempeſtatis imbres denſa & continuâ uſque ad primam Septembris à decima Iunii, multâ ac fœdâ plurimarum ædium ruinâ, quòd ex lapide admodum molli, terráque pene calcis loco juncto conſtent.

Hyems triſtis.

Cædes Belgæ cujuldam. Eodem Auguſti menſe in urbe Goa memorabili cæde Belga quidam interiit. Eam longioreſtyli ſerie narrabo, quod & Belga fuerit interfectus & exemplum ſit omnibus, quantum effrœnis Indiæ mulierum luxuria ad cuncta ſcelera ac facinora valeat.

Ejus hiſtoria. Adoleſcens ergò *Franciſcus Coninck* nomine, Antverpiæ natus, ex artificio gemmarius, primo juventæ fervore, ad exoticos mores cognoſcendos proclivis, Venetias proficiſcitur, ibíque avunculum quem habebat adiit. Is cognatum ſuum ſtudioſè promovere conatus, eundem Aleppum Suriæ miſit, pecunia aliqua inſtructum ut ibi & artificium quod noverat exerceret, & lucrum aliquod faceret, ſub reliquarũ rerum experiẽtia. Ceterum Aleppum veniens protervia juventutis tantum abfuit a queſtu, ut ſortem, quam ab avunculo ſuſceperat, penè ſuſtulerit. Ideóque cùm cæteri ſodales confectis negotiis domuitionè cogitarent, ſolus ille avunculi juſtam iram extimeſcens reſiliit: Vt deinde habito cum quibuſdam Venetis conſilio, illorum ſuaſione *Caffylæ* ſive præſidio militari ſeſe adjunxerit, Ormutium petiturus, ut ibi arte ſuâ gemmarumque notitiâ ſortis jacturam repararet, ac inſuper in peculium ſibi aliquid adderet. Baſſoram itáque cum Venetis quibuſdam venit, ac Baſſora navigio vectus Ormutium. Cæteris tabernas ſuas erigentibus lucrumque aliquod meditantibus ipſe jam ereptus oculis ac jurgiis patruæ linguæ, reliquam pecuniarum partem genio dedit ac cuticulæ; nihil cogitans præter ea quæ animo adlubeſcerent, donec redeunte ſaniore mentis parte, proditum ſeſe inopiæ agnoſceret, atque adempta prorſus redeundi facultate aliud egeſtati remedium meditari debuerit. Goæ gemmarii in honore ſunt ac quæſtuoſa ibi eorum peritia habetur. Hanc urbem animo concepit adire. In quam cum veniſſet tabernam erexit ac artificium ſuum propalavit. Ceterum habitabant ibi Belgæ quidam continui Proregum Tibicines ac Tympaniſtæ, horum ita conſuetudine ſollicitabatur ut in diem victitando lucrum ſuum impenſis æquaret. Deindè cum reliqua revertendi domum ſpes abſciſſa eſſet Goæ ſibi multis de cauſis manendum ſtatuit, jàm ad matrimonium quoque converſo animo familiariſque rei inſtitutionem firmiorem. Erat tum Goæ inter advenas vetuſtos quidam *Johannes du Xena Diepæ* in Gallia natus. Is tympaniſta olim Proregis tractu temporis uxorem duxerat Æthiopici generis ex Ballagatta, Chriſtianis tamen imbutam diſciplinis, atque tympano, fabricandiſq. arculis, ac triremium palmulis honeſtè ſatis ſe ſuſtẽtabat. Huic ex ea uxore duo filii erant & unica filia. Quòd autem in peregrinis regionibus advenæ homines libentèr conveniant, præſertim in India, ubi cuncti planè licet pauci cujuſvis nationis familiariter inter ſe agunt, exceptis Luſitanis, qui rejectâ aliarum gentium conſuetudine ſoli degunt, *Franciſcus Coninck* hanc quoq. tympanotribæ domum familiaritèr frequẽtabat, exceptus liberali ſemper vultu a Patrefamilias ac Matre, intuitu connubii, quod illi inter eum filiámque votis benignis deſiderabant ob artificium quo in India inclytus erat & expetitus, ſæpè multis

Franciſcus Coninck gemmarius adoleſcens Aleppum proficiſcitur.

Rẽ profligat.

Ormutium abit.

Proterviam facit.

Pœnitet.

Goam proficiſcitur ob quæſtũ gemmationi ibi celebrem.

Digitized by Google

blanditiis tentato ejus animo, quarum iis in partibus homines summi artifices existunt, quibus demum inescatus adolescens puellam undecim annorum sibi copulari permittit maritali nexu, pollentem juventa ac corporis egregio statu, sed pessimis imbutam artibus, ac extremo lasciviæ excessu in deterrimum scelus natam. At enim is opinione sua fœlix matrimonii hujus fœlicitatem sæpe mihi prædicavit, adeptus nempè fœminam tantis naturæ dotibus insignem, cujus & amore furens, pudicitiam infami zelotypia custodiebat, neque concivibus suis aut familiaribus fidens, cùm interim alius, de quo parva ei suspicio erat, supremi infortunii cladem misero marito concilaret. Ceterùm ex matrimonii contractu certam pecuniæ summam parens dotis causa promiserat quam dum non præstat, gener interim habitatione victúq. una cum patre in domo frueretur, officinæ quoque, ab alterâ ædium parte concesso loco: Diu ita vixit: Verum senex erat pater, ac confectus morbis jamque vita excedit; ut nulla supereesset amplius Francisco spes solvendæ dotis, cùm adhæc auctâ prolibus familiâ victuque morte parentis inminuto, ipse subindè cogeretur suis opibus culinam instruere, fumúmque excitare. Cœpit hæc res Francisco displicere mihique sæpe difficultates suas ostendebat; ac jurgia quibus cum socru malè pacem domesticâ tuebatur; petens velut ab amico consilium. Testatus ego nolle me causam dissidio dare inter socrum & generum; dixi tamen: si ego ibi essem conducturum me domũ aliquam in qua familiæ meæ seorsum prospicerem, atque ipse si hoc modo maxima qua posset comitatis rationis a socru divertereetur cum nulla pecuniæ exsolvendæ spes reliqua esset, haud abs re sua faceret. Verùm ille contentioſe abductâ uxore prole & mancipiis domum matris deserit aliamque sibi conducit, proposita ibidem gemmariorum pergulâ satisque uberi quæstu in majoris lucri spem victitans. Interim pulchra illa socrus Æthiopici generis haud oblita sive lubidine sive iracundia exstimulata filiæ persuadet exotici amoris cum milite dulcedinem. Nomen huic erat *Antonio Fragoso* qui Francisco aliàs perquàm familiaris nulla suspicione domum ejus frequentabat, atque uxorem clam marito dedolabat cum præsumptione haud falsa delibatæ pudicitiæ puellæ ante ipsum connubii tempus vulgari & frequenti in India facinore. Sanè cùm etiamnùm cohabitaret matri potitus opera maternâ amoribus suis haud dubiè per quadriennii tempus mariti thorum presserat, jámque habitanti propriis in ædibus eadem familiaritate insinuatus, licèt pensili claustro cubile obseratum esset, sæpè tamen emeritum latus (ut ille ait) retulerat. Interim ex China Theodoricus Gerardus Enchusianus quidam advenerat. Is hanc Franciſci uxorem è fonte baptismatis susceperat, atque hinc gratulatorium adventus sui convivium præparans, Franciscum cum uxore méque unà invitat ad domicilium suum quod extrà urbem habebat. Verùm illa castitatis suæ memor, hominis in cœlibatu viventis, more Indicarum mulierum, refugiebat consuetudinem, ac à conviviis hujusmodi abstinuisset; cujus reverentiæ intuitu excusavit se hospes mihi utque invitamentum suum in aliud commodius tempus differrem petiit. Celebratur itáq. convivium in ædibus Theodorici, præsentibus marito, conjuge, matre, fratre, ac mancipiis, ex Indiæ ritu, Expletâ fame, incitatisque potu mentibus placuit demùm campos petere néque procul aberat prædium cum horto amplo quod Franciſci socer parvâ pecuniæ summâ ob destructas ædes convulsásque fores ac fenestras olim comparaverat. Intrant ergo convivæ, delatáque eo coquinaria supellectile, lætas ejus dici dapes instruunt. Ceterùm fortè circa hunc locum cum amico quodam deambulanti mihi, nihilque tale cogitanti *Franciscus Coninck* ante fores hujus horti occurrit; jam madidus, manúmque reluctanti injicit, penéque invitum mensæ, cæterisq. convivis adhibet. Ast ilicò me conspecto diffugiunt matronæ Indico ritu, quo virorum consuetudines vitare coguntur. Maritus cœnam licèt maturius instrui jubet. Accumbimus uxore tamen absente eriamnùm, quæ castitatis nempè tenacissima, nobis adsidere formidabat, & identidém marito roganti hanc excusationem objiciebat, quam ille conversus ad nos integram idoneámque autumabat. Inter hæc ministrantibus manciplis ac ultro citróque commeantibus supervenit Antonius Fragosius, euaginato gladio quem sub pallio occultabat munitus, ac inconspectu mancipiorum Franciſci, Theodorici & meorum, nullo mariti aut contubernii 4. passus duntaxat absentis metu, concultata omni reverentia, castam illam conjugem dextrâ prehendens deducit ad cubile, destructæ ejus domus, quod ipsum sine pavimento aut fenestris perspicuum patebat. Ibi illo rejecto, quo tegebatur, more fœminarum, amiculo ac terræ ne turparetur jacens, impositio, Veneri cum adultero operabatur, luce etiamnùm clarâ, nec veritæ famulitii, nostrorùmque si quid tale audivissemus vindictam. Ceterùm miles 10. aut 12. contubernales præparaverat, qui si ipse aliquo fuisset tentatus discrimine dato signo convenissent, nosque omnes trucidassent, ablatâ vi mulieret, exemplo in Indiæ cotidiano. Verùm ea fœlicitas nostra fuit, ut ille re perfectâ discederet, atque ipsa conjux bellè habita, mancipiis tale facinus admirantibus, rogantibúsque quâ audacia hujusmodi factum tentaret, responderet, se modò

Vxorem ducit annorum xi.

Pulchram at improbam.

Socer interim moritur.

Quo mortuo consilium petit a Ioanne Hugone.

Discedit a matre.

Quæ malè cõsiliata persuadet filiæ Adulterium.

Antonii Fragosii adventus.

Vxorẽ palam Fráciſci adulterat.

Confidentia mirabilis.

Digitized by Google

ſe modò amori ſuo indulgere poſſet, ipſam mortem haud pro malo habitura. Eſſe hunc ſibi validum amatorem, quem antè quadriennium in delitiis habuiſſet: Maritum autem hominem ebriũ, ac ſegné tali fœmina, qualem ſe arbitrabatur dignum non eſſe. Hęc iſta quindecim tum annos nata magna contentione effutire auſa, mox depoſitâ illâ jampridem ſuſceptâ pudoris perſonâ, convivio noſtro ſe infert lętabunda, ut ſaltationibus cęteríſq. voluptatis generibus cõvivas recrearet, præcipuo mariti gaudio. Veſperi reſoluto convivio diſcedentibus nobis hiſtoria omnis ex mancipiis innotuit, cum periculi manifeſti in quo illo tempore verſabamur reputatione. Atque ipſe Franciſcus vago murmure jam ab aliis de parũ pudica uxoris vita certior factus, ignotum etiamnùm timebat adulterum. Fragoſium nec ſuſpicione quidem præſumpſerat. Quinimò & huic velut intimo, ac omnium horarum homini, ſecretò narrat probrũ conjugis ac adulterium, quod hactenus diſſimulaverat, ſperans aliquandò ſe poſſe ſimul ſtupratorem cum uxore invenire, ac pari necis genere obtruncare, qua in re conſilium Fragoſii, ut hominis amiciſſimi petit; Is laudat Franciſci mentem, adulteram deteſtatur, operámq. ſuam abundè vel in obtruncando adultero pollicetur. Ita abeunt. At is aliâ longè cogitatione ad mulierem contendit, eiq. mariti deliberationẽ aperit, qua permoti rebus ſuis proſpicere cogerentur, ſublato quem timebant, in eumq. ipſa cæde digeſta. Igitur anni 88. Auguſto menſe, cùm Franciſcus cœnam paraſſet, porcellúmq. aſſatum ſuis præbere vellet, invitato etiam Fragoſio, adhibitáque ſocru, quæ ut videbatur haud ignara erat inſtituti flagitii, lętè poſtmodũ innoxiam ſe eſſe uſquequò inclamaret, extremæ ei ſtruuntur inſidiæ. Miſerat idem ad nos apud pictorem Belgam cœnantes porcelli partem, familiariſque noſter qui eam adferebat epoto ibi calice ferè impos mentis, ac velut dormitans accedebat, ut facilè ex hac Franciſci cœna convivæ noſtri mali aliquid majoris augurarentur; Eſt autem Indis herba *Dutroa*, quam ſuprà deſcripſimus, ea vino injecta, ac epota hominibus mentem ſubtrahit, eoſdem gravi ſopore adficit. Hanc marito propinaverat, ita ut aliàs potu faucius, cubile citiùs peteret, ac cum uxore diſcederet, occluſis foribus, ac ſub cervicali collocata clavi, ſolito more. Ita in ſomnum compoſitus, ſtertere mox occępit, vi potionis ac herbæ. Horâ noctis undecimâ Fragoſius armatus probè, ac ſocio ſtipatus facinoris (ut ipſe poſtmodùm prædicabat) meditati ignaro foreſ tacitè pulſat, famuloſq. qui infra dormiebant hortatur, ut ſibi aperirent. Illi Dominum jam in lecto collocatum, ac occluſas introrſum graduum fores cauſabantur. Ceterùm uxor vigilans, ac ſomni etiamnùm expers feneſtram aperit ſcálámque ut acciperet monet quâ ſeſe ædibus admota cubili inferret; hac præparata confeſtim aſcendit, blandéque à muliere excipitur deductus ab ea ad mariti lectum, in quo ille altum dormiebat, parum ſibi metuens, aut uxoris perfidiam; aut ejus quẽ amicum ſemper habuerat ſcelus. Inſit ergò fœmina. Hunc tu amice mi ebriũ ac hæreticum, continuis nobis inſidiis infeſtum, ſititoremq. ſanguinis noſtri ac amoris mutui perpetuũ impedimentum, ſi quæ tibi virtus meive caritas, ſupręmâ vindictâ corripe. At ille nihil cunctatus gladio pectus Franciſci tranſverberat, mox latus haurit, & poſt mortem alia item vulnera ingerit; ita ut miſer ille ſomnolentus ac marcidus vita caderet. Exindé gemmas cunctas abripiunt, quas maritus artificii cauſa à multis ſuſceperat, 40. millibus Pardauvorum æſtimatas, communi computatione, gladiúmque proprium digitis inſerunt, quaſi illos appetens interficere conatus eſſet, atq. defenſionis ergo occubuiſſet. Sed alia erat rei veritas, quam & famuli inferiore domus parte cubantes iutellexerãt. Fugientes itáque infantem duodennem, quem temerè adſumpſerant, aliquo in loco abjecerunt orta luce demùm inventũ, necquicquàm turbantibus cuncta, ob fugam dominæ mancipiis, ac juſtitiæ opem implorantibus. Etenim Ieſuitarum clauſtrum malefici homines petierant, rogante ibi locum occultandæ fugæ milite, quod defendendi ſe neceſſitate cõpulſus homicida extitiſſet, partẽmq. gemmarum maximam offerebat, quam illi ſuſceperunt ut Dominis reſtituerent, rejecto nihilominus Fragoſio qui latibulum orabat. Poſtero die, licèt gravibus edictis monerentur, qui eoſdem occultarẽt, tamen nequaquam inventi ſunt, poſt modicum deindè tempus uiſi in urbe *Chaul*, quæ 30. mill. à Goa Septentrionali tractu diſtat, ſecuri pœnarũ, obliteratâ ſceleris memoriâ, quod Indiæ regionibus familiare & cotidianũ eſt. Cadaver occiſi deſolatũ in ſequẽtem uſq. diem à Germanis demùm humatũ fuit, cum ne teruntium quidẽ mater ad funeris impenſam erogare vellet, tanquã aliena ab affinitate omni, velut ignoti hominis. Licèt interim ſicariũ victu & pecunia circa navigationẽ in Luſitaniam juvaret, quam eadem in claſſe nobiſcum ſuſceperat, viſus á me in S. Helenæ inſula, ſingulari confidentiâ ac audaciâ inſuperabili, quam velut nullius ſceleris conſcius præferebat. Adeò ut matri promiſerit reverſurum ſe impetratâ delicti veniâ, ducturúmque filiam in uxorem, neq. dubitaverim ego de ſucceſſu promiſſi, ob horũ in India vitiorũ promiſcuam labem, ac conſueta facinora, ſi modo de venia impetrandâ cogitaverit. Ita hãc cędẽ ampliore hiſtoria deſcripſi; Vt Indiæ mulierũ libidines peregrinis innoteſcerẽt, quibus ſingulis annis 20. aut 30. mariti fere cadunt, pari

Cęnam Franciſcus inſtituit exitiabilem ſibi.

Potat Dutroam.

Dormit ebrius.

Cæditur.

Fugit adulter.

Digitized by Google

uxorum fato quæ a maritis item suspicione adulterii aut comperti vindictâ trucidãtur. Ceterùm ipsæ hujusmodi mortem parvi æstimant, dictitantes: Nihil esse jucundius aut glorioſius morte quam amoris: ergò subeant, cùm vel diram necem suavem existiment, cui Venus causa sit. At huic mulieri genuina libido inerat, combustò etiam fratre Goæ publicâ flammâ, ob Sodomiæ crimen, socero, Franciscoque etiamnùm vivis, quod quidem facinus germani de uxore ut probri alicujus suspicionem haberet Franciscum nequaquam monuit. Est etenim fatorũ quædam series ac successuum humanæ vitæ ordo quidam, nullis cavendus cautionibus; destinato huic exitio misero Belga.

Septembris XVI. anno 88. Goam navis ex Lusitania applicuit S. Thomæ titulo, nuncia adventus 4. navium in Mossambicquam ex Lusitania, quæ posteà Goam quoque adpulerunt. Nomina autem erant *San Cristoval, Santa Maria, Sant Antonio, & Nossa Señora de Concepçao.* Illæ mortem nobis nunciabant Archiepiscopi Domini mei *Frat. Vincentii Fonsecæ.* Obierat in itinere in Lusitaniam 4. Augusti anno 87. cùm navis plagam quæ inter Flandricas insulas & Lusitaniam est teneret. Post octiduum enim ab ejus obitu in Lusitaniã venit; suspicio veneni hausti in India à quibusdam causabatur, alii apostema aliquod disruptum conjiciebant. Ceterùm subito morbo paulò antè mortem etiamnùm validus in necem abiverat, antequàm Testamentum conderet, ejectâ adhæc per vomitum magna veneni copiâ. Ibi tùm ornatus Episcopali indumento, mitrâ, annulis & pallio in mare conjectus fuit. Sanè variè ejus mors animos hominum in India adfecit. Gaudebant quibus gravior fuerat ac odioſus ob reformationes quas obtendebat, dolebant autem amici ac pacis curioſi, præsertim verò familiares & domestici, quibus ex illius reditu magna melioris fortunæ spes erat, ob præmia quæ salvus a Rege suis postulasset. Eadem fati violentia priora quoque consilia mea turbavit. Eram devinctus Archiepiscopo ac in ejus reditum intentus, induxerámque in animum diuturniorem, imò perpetuam in India mansionem, cui jam per omnia velut indigena adsueveram. At post eam domini mei mortem, alia mentem cogitatio vellicare occæpit, patriæ nempè amicorúmque memoria: Hanc indies ubi exardescere sensi, & tanquàm è cineribus adultam suscitari, ipse quóque locum feci haud insuavibus desideriis, ac planè animum conjeci ad reditum in natales oras. Illud consilium firmavit mors fratris mei *Guilielmi Tinnii*, qui mecum in India fuerat, & profectus *Setubalo* Lusitaniæ *Hamburgam* ac Scotiæ littora circumvectus, Septentrionali tractu, tempestate perierat. Parabatur tùm ex Proregis authoritate navis impetrata a Piperis conductoribus, quòd magnam piperis copiam naves Lusitanorum legittimæ suscipere nequirent. Cum autem diversa sint piperis & navium conductiones inter Regem ac conductores, hoc in casu lex hujusmodi observatur. Suprà quinque decretas naves quas singulis annis præparare debent naviũ conductores, nulla nauis oneratur: si quæ merces sint tanta abundantiâ, ut eas naves illæ quinque omnes suscipere non possint, tùm conductores iidem requisiti à Piperis conductoribus Regiisque ministris, unam navem sive plures numero decreto addere coguntur, quæ oneri sufficiant. Quod si recusent, tum Prorex cum ministris Regiis naves pro arbitrio suo instruere poterit, eásque pipere conductorum onerare, aliisque mercibus, quæ restant, in Regis lucrum, nullo conductorum navium reliquo quæstu: Vt tamen quinque eæ ordinariæ naves suum antèa onus habeant. Ideo navis S. Crucis titulo à Rege Malabarum Cochini fabricata, ac eo nomine ab oppido Cochini quod Lusitanis *Sancta Crux* dicitur, in honorem Lusitanorum quibus amicus est, (cum & à Rege Lusitaniæ armorum frater vocetur) donata, ac Lusitano posteà cuidam vendita, qui Chinam & Iaponiam eadem petierat, summâ curâ Proregis instruebatur. Erat hæc 800. *Lastorum* valida, ac Lusitanicæ navigationi sufficiens. Piperis etenim conductores a Vicerege petierant, ut eam emeret. Is ex lege supradicta conductores navium advocat, eósque super emptione hujus navis ob reliquam Piperis copiam alloquitur ut ea in re Piperis conductoribus satisfacerent, necessitate nunc ità volente: Respondent illi haud commodam fore hujusmodi emptionem conductorum collegio; Proinde si ex re putaret Regis, eam ipse emeret, ac reliquis mercibus oneraret, servatâ tamen, quinque navibus legittimis, onerandi, suscipiendíque merces prærogativâ. Pœnituit demùm hujus consilii conductores; Speraverant Piperis nihil superfore; præter eam spem navis tantum penè mercium habuit quantum cæteræ. Empta ità que fuit Regio nomine decem millibus *Ducatorum*, pecuniâ per Piperis conductores Regi præstitâ ea conditione ut iidem navales socii rem nauticam curarent, qui in Chinensi navigatione a Lusitano fuerant cõstituti. Inter eos erat Theodoricus Gerardus Enchusianus *Conestabilis* ut vocãt, sive Balistarius. Is hac opportunitate repetendæ Lusitaniæ, cùm 20. annis in India habitasset, gaudebat. Ac mihi quoque ob familiaritatem eadem navis placuit. Ceterum conductores Piperis Germani suos in India Teutonicos institores sive factores habent *Enckerorum & Velsarorum Augustopyrgensium* nomine, qui eo tempore partiario lucro

Piper

Mors Archiepiscopi Fonsecæ.

Ioannes Hugo cogitat de reditu.

Conductionis navium ac Piperis ratio.

Navis S. Crucis nomine instruitur.

Quam Iohannes Hugo appetit.

Digitized by Google

Institoris in munus adoptatus.

Piper tractabant. Hi singulis in navibus institorem habent, cui Rex locum & victum præbet. Igitur institura piperis in S. Crucis navi ab iisdem conductoribus, seu eorum legatis mihi conceditur, quòd familiaritate eos devinctos haberem; quam deindè adeptus nihil antiquius duxi, quàm ea quæ ad navigationem pertinent præparare; Diplomate a Prorege impetrato, quo absque nemo ex India abit; Testimoniis item cameræ rationum, Regis, ac Generalis Matriculæ, quâ omnes qui Indiam petunt cum stipendiis suis continentur: Ea jussu Proregis computatione habitâ subducûtur, ac quod Rex ut debitor præstare tenetur adjicitur, cum tempore habitationis ac ministeriorum in India exhibitorum, ut reditum in Indiam posteà parans certa præmia impetrare sibi queat pro illorum testimoniorum ratione. Licèt autèm revertendi animo carerem, eadem tamen studiosè omnia conquisivi. Etenim necessaria super reditus cogitatione simulatio erat, quo abitum facilius impetrarem, quem Protex libentèr concessit, adjectis omnibus iis testimoniis. Ità que valedixi notis ac familiaribus, quos ægrè relinquebam iis jam velut patriis insinuatus, terræque tanquam natali solo adsuetus. At vincebat tùm avitæ regionis amor, cujus sperata dulcedine admodùm illectus gravem istum discessum paulisper levabam.

Testimoniorum ratio discedentibus.

Novemb. mense anno 88. naves Goa profectæ Malavarem & Cochinum oneris suscipiendi gratia petebant.

Vela facit S. Crucis navis tractumque legit,

Ejusdem 23. die cum S. Crucis navi vela fecimus itineri incipiendo. 28. *Honorum* venimus. Ibi prima Lusitanorum arx est in tractu Malabar, distátque à Goa ad Austrum 18. mill. Is locus nobis primis ad suscipiendum piper designatus erat. Antè etenim nulla eum hac gratia navis frequentaverat. Verùm post modùm quotannis destinanda erat una, quòd Reginæ Baticolæ, cujus ditio vicina est, Honorùmque complectitur, singulis annis septem aut octo millia Quintallorum Piperis tradituram sese promisisset, modò precii dimidium ante sex menses præcipitatâ solutione ipsa teneret. Tum paulatim piper tradit. Id conductorum piperis factor, quem *Honori* habent colligit, ac ad pondus suscipit, in tempus usque onerandarum navium. Ità in aliis tractus Malabar locis *Mangalor* nempè, *Barselor*, *Cananor*, *Goulam*, &c. Institores degunt, qui piper eodem modo congregant. Verùm ad intelligendam piperis conducendi rationem hæc tenenda sunt. In quinquennium piperis conductio extenditur. Conductores quotannis sortem emittunt, quæ triginta millibus Quintallorum sufficiat, modò Rex naves instruat. Promittit ille quotannis quinque naves. Periculum conductores manet ex maris fortuna,

Piper suscipit apud Honorum.

Conducendi Piperis ratio.

item sumptus in onerandis pipere navibus, monetæque casus in abitu, ac piperis in reditu. Idipsum salvi Regi prębent, cui Quintallus piperis 12. ducatis cedit, quod ex pipere desideratur Conductorum damnum est, nullâ Regis obligatione reliquâ, nisi circa piper quod illi mundum & siccum in domo Indiæ præbetur, certo semper lucro, nullóque periculi metu. Ceterùm conductoribus suæ leges & privilegia sunt validissima, quibus nemo contradicere audeat. Ita nullus præter hos in India piper distrahit sub pœna capitis, arctissimâ legis custodiâ. Sortem piperis emptioni destinatam nulla causa licèt aliàs necessaria delibat, aut imminuit. Nemo aliquod impedimentum adferre potest, quando pipere naves implentur. Tum vel ipsa Regis negotia seponuntur; intentúsque Prorex cum cæteris Indiæ Ducibus, nihil præter piper procurat, favorem ac custodiam requisitus a Conductoribus omnem adhibet. Eò sine & institores suos emittunt Magistri ex omni nationum genere exclusis tantùm Hispanis, Gallis, & Anglis. Piperis *Bharus* in India ferè emitur 28. *Pagodis*; Bharus autè 3. *Quintallos* & dimidiũ habet Lusitanici ponderis; ita ut *Quintallus* unus 12. *Xeraphinos Pardauvos* valeat & 4. *Tangas*. *Quintallus* autem habet 128. pondo. *Pardavus* vero valet tres *Testones*, sive 30. stuveros æris gravis. *Tanga* ad 60. *Reysos* sive 6. stuveros æstimatur, ità ut summa 12. sit Dalerorum, 60. grossos Flandricos valente Dalero, ære gravi, juxta Lusitaniæ monetam, & 24. stuverorum ejusdem æris, exceptis etiamnum impensis omnibus ac navigationis tempestatibus. Verùm multitudo lucrum fert, modò salva navis advenit. Naves earúmque armamenta cum restaurationis ac reparationis obligatione singularibus locationibus à conductoribus habentur, in periculũ planè conductorum: Regi certam pecuniæ quantitatẽ salva navi exsoluũt, tenenturq. propriis sumptib⁹ naves exornare, ac singulis annis quinque decreto numero emittere. Adhæc milites gratis vehunt ac alunt, naviſque officiales ac socios a Rege institutos patiuntur, nullâ conductorum in talibus contradicendi licentiâ. Hoc modo in piperis negotio aut ipsarum navium instructione periculi nihil Regem attingit, fraudatus tantùm pereũte navigio conductionis circa idipsum mercede, ac pipere quod illi certo pretio tradendum erat, lucróque circa ejusdem distractionem. Atq. hinc tenui cura præsidia Lusitaniæ navibus à rerum nauticarum administratoribus emittuntur, cùm aliter id auxilium curaretur sub Regibus Lusitaniæ, quibus naves piperque ipsum privatis rationibus veniebat olim. Licèt autem Regio promisso classis præsidiaria apud Flandricas insulas navibus Indiæ adesse teneatur, deducendis iis Lisbonam rarentèr tamen post eam locationem

Quare hodie raro præsidia navibus Indiæ emittantur.

ejus rei

ejus rei gratia classis adornatur, illumque ad locum emittitur.

Piper optimum.

Decembris sexta impletum fuit navigii nostri onus 6700. Quintallis Piperis. Estque id optimum hodie Piper quod circa tractum *Malabar* colligitur, magnitudine ac plenitudine eximium. Eodem die vicinum tractui Malabar æquor velificabamus, terræ contigui, quòd manè a medio nempe noctis Orientalis ventus e terra vela impleat, in meridiem usque continuus, quo tempore Occidentalis ventus afflat e mari terram. Duobus hisce ventis navigatio perficitur. Etenim Orientalem ventum validiorem cognosces, ideò & tractus propinquitatem amant naves: Nam si longiùs aliquantulùm abeant, difficulter terræ vicinitatem repetiverint, cùm Occidentalis clemens admodum sit. Ita nobis evenit maximeque deindè laboravimus ut tractui accederemus, cum discrimine retardandæ totius in Lusitaniam navigationis, prout exempla aliquot docent. Cæterùm universus Malabar tractus amœno planè adspectu nitet, facileque è navi prospicientibus colles omnes, monticuli ipsæque arbores apparent ut numerari queant. Terra ipsa fertilis viridisque prorsus adlubescit. Decemb. 11. *Cananorum* venimus. Arx ibi altera Lusitanorum est ut in tractus descriptione explicavimus. Ibidem morati per aliquot dies malos quosdam suscepimus, aliáque ad navigandum necessaria, quorum eo in loco magna copia est. Persequentes hoc modo tractum *Calecutum*, Pananam, aliaque loca prætervecti 24. Decemb. *Cochinum* venimus, ibique 20. Ianuarii diem exspectavimus anni 1589. Interim stipata navis instruebatur omnibus rebus ad navigationem pertinentibus, in opportunum destinatumque navigationi tempus, quòd aliæ naves jure contractus supra relato priores sint. Ordo autē hic est. Naves Piper magnâ curâ eorum qui a Rege vel conductoribus statuuntur suscipiunt, ejusdem quantitate superioribus duobus foris finitâ, quæ nempè saburræ imponitur, sequentiq. tabulato. Asseres autem saburræ injiciuntur distincto eo loco in cubicula, nimirùm à majore malo usque ad navigii posteriora: Remanet tum certum aliquod spatium à malo usque ad fenestram, sequunturque mox alia cubicula. Hæc minutum supra foramen habent sive fenestellam, Piperi infundendo idoneam, sic usque ad summitatem cella quæque piper capit. Hoc subindè modo 30. cellas, quas *Payoos* vocant intra saburram duosque superiores foros enumeres: Quibus demùm completis foramina stuppa ac pice stipantur, numerisque notantur arithmeticis, ut earum quantitas constet, Piperisque pondus. Is locus inter malum & fenestram reliquus aquæ, vino, ac lignis ad navium necessitates destinatur, in quem cottidie & descenditur & ascenditur. Supra foros alios ab utróque latere collocatæ officialium cameræ, factoris nempè, capitanei, nautæ, gubernatoris, &c. stant, aliæque navalium sociorum cellæ, quas mercatoribus imponendarum mercium gratiâ deindè magnis præmiis elocant. Iisdem in foris a malo ad puppim promptuaria sunt, quibus biscoctus panis, Tormentarius pulvis aliáque nautica armamenta custodiuntur. Reliqua tabulata locáque mercatorum omnigenis mercibus implentur, quæ tamen cistis, sarcinis ac marsupiis includantur. Etenim suscepto Pipere ad navem duo custodes Regii mittuntur, tertiusque sarcinarum ordinator stipatórque. Hic vicarios sub se decem aut 12. tenet, qui soli sarcinarum locandarum facultatem habent, nullo super hoc negotio jure nautæ. Navigationis quidem moderator curam juvat, nihil tamen componit. Hinc navibus nihil quod non ante descriptum sit infertur, *registroque* regio adjectum. Dat *Veador da Fasenda*, id est, Inspector Regius chartam hoc fine in qua merces cunctæ speciatim enumerantur, quas navi quisque mandare velit. Absque ea nullas ordinatores isti susciperent. Præter Chartæ hujus beneficium evincendi sunt illi largitionibus summis ut bonum locum sarcinis donent, eásque cum curâ deponant: Facessente ea liberalitate frustra inclames, mercibus desertis ac neglectis. Hujus donativi cupidine naves supra modum onerantur ac implentur, ut ne minima quidem latebra supersit, cùm ex hujus ordinationis munere supremus ille stipator 700. aut aut 800. Ducatos quæstu suo referat, cæteríque custodes similitèr, largitionibus hujusmodi ditati; Favore autem Proregis Inspectorisvè Regii munera hæc tribuuntur, indéque omnes penè naves ità cumulatis onerantur sarcinis, ut pondere fere pressæ mergantur, ac ea necqu icquam moveri possint, quæ ad navis regimen pertinent. Nautarum etenim sociorumvè navalium nullæ hoc in negotio partes sunt. Illi onerata demùm navi gubernacula ejusdem suscipiunt. Ipsa onere suo prægravis, supremo in tabulato, serie octo aut novem cistarum cumulatâ repletis prora, puppi, eoque loco, in quo gubernator sedem suam habet ollis ingentibus, cistis, caveis, vasculis, gallinarumque receptaculis, in labyrinthi quandam confusionem formata, vix expedri potest. Formidolosum illud mare solius Divinæ clementiæ spe animati homines ità tentant, rudi cum turba sociorum navalium. Etenim in nostra navi vix 10. ex 50. sociis gubernaculum tractare norant, marinarum rerum imperiti, ac favore tantum ea ad munera delecti. Simili imperitia mesonautæ ac tormentarii degunt, quare ingruente procella nullum in hisce hominibus præsidium reperiri potest, conversis

Ventorū circa tractū Malabar conditio.

Ordo in onerandis navibus.

Socii navales Lusitani rudes.

Digitized by Google

versis cunctis ad cœlestium numinũ opem, repletáque navi passim tetro ululatu. Cochini valde frequentes lembi sunt quos *Tones* nominant. Ex integro ligno sive trunco cavantur àc subindè 20. dolia, aquæ continent, quam ad naves deferunt stantes a terra ad uniùs mill. spacium; Facili pretio aquam vendunt Indi, ipsáque navis dolia, ollis suis aquariis libenter implent magnâ commoditate navigantium. Ex flumine Cochini *Magatta* aqua hæc petitur bona valde. Cochinensis terræ urbisque descriptionem supra in tractus declarationededuximus. De India ergo hæc sufficiant; Reditum meum porrò ut promisi cum fide referam.

CAPVT XCIII.

Reditus meus ex India in Lusitaniam.

1589. ANno 89. Ianuarii primo die navis S. Mariæ titulo vela fecit; ea vetustissima erat. Etenim quæ prior Cochino abit leviores ad Bonæspei caput tempestates experitur, quæ crescente anno violentia majore ingruunt. Tum quippe Sol ab Austro in Septentrionem prolongatur. Novæ ergò ac validæ naves in ultimum tempus servantur, quòd eæ tempestates facilius superent. In S. Helenæ insula usque ad 25. Maii diem (is enim a Rege ordinatus est) reliquarum adventũ priores exspectant. Porrò classis specie Lusitaniam junctæ petunt. Inter Indiæ enim ac S. Helenæ insulæ tractum nullius præsidii auxilium requirunt, securæ a piratis, cum & tormenta cuncta inferiorem navis partem habeant, locata ibi ad faciliorem in superando Bonæ spei capite navigationem. Sextâ Ianuarii navis dicta *Nossa Señora de Consepçao* velificavit. Decima Admiralius S. Christophori titulo. XII. navis S. Antonii, XV. navis S. Thomæ hujus classis maxima ac opulentissima. Postremò, XX. nempè die Ianuarii, navis nostra S. Crucis nomine vela fecit. Eramus numero 200. & quod excurrit, cum nautis militibus ac mancipiis. Pauci etenim ex India milites abeunt, impetratâ a Prorege veniâ, ad offerenda ministeria Regi, ac prœmia sollicitanda, ob navatam jam ab aliquo tempore in India operam. Quibus verò peculium exiguius est ii Lusitaniam repetere nequeunt, quòd naulum persolvere non possint: Proindè multi Indiæ mulieres adsciscunt in connubium, ac ita sæpè summas per miserias victum quæritant. Nauli pretium ad minimum 200. aut 300. Pardauvorum est circa victum duntaxat ac potum: Eam summam gregarius aliquis miles haud facilè colligit, nullâ ope nobilis alicujus, adfinis aut potentioris amici adjutus. In reditu etenim militi nihil Rex præter vecturæ immunitates largitur, cistæque 4. palmorum altitudinis ac latitudinis, longitudinis verò 7. locandæ facultatem. Hoc prœmio nempè post triennii in Regis causa consumpta stipendia adficiuntur. Cista autem hæc neque vectigal, neque naulum solvit. Alteram insuper cistam in navis alvo habent, eadem immunitate: hujus sæpè locum in India mercatoribus vendunt, isque 40. & 50. Pardauvis emitur. Vocantur hi loci libertates, quos emptores vendentium nomine notari procurant, ut in Lusitania privilegio immunitatis gaudeant. Navales itèm socii, mesonautæ aliique officiales, qui ad Lusitanicam navigationẽ notati & adsumpti sunt, præter cameras vecturæque immunitates cistam ejusdem magnitudinis habent, similique privilegio quorum stricta ratio habetur, licèt post locata navigia ac vectigalia cistæ omnes ad domum Indiæ Lisbonæ deferantur inspiciendæ, num ex prohibitis Piperis, Anilique mercibus quid habeant. Etenim si has invenerit inspector, cætera omnia in fisci potestatem decidunt. Sed & cunctarum mercium initur æstimatio, quæ si centum *Milreysos* transeant, ex eo quod supra illam summam est vectigal solvunt. At Regum tempore hæc non ita tractabantur, quisque tum cistam suam recta domum deferebat, custodibus duntaxat monstratam. Et questus suos produnt nautæ circa imminutas libertates, verum frustrà. Hanc itèm ob causam rari milites Lusitaniam repetunt, vix 100. ex 1500. qui annis singulis in Indiam proficiscuntur. Ceterùm Prorege discedente, aut aliquo ex nobilioribus, fit ut illis longis insignes ministeriis ac devincti milites aliqui insinuati unà abeant. Id beneficium gregarii summum opinantur, ac per diutina officia magnoperè ambiunt. Quo modo quotannis 20. aut 30. milites una in navi colloeantur, mancipiis ac linteamine, quod vilioris in India pretii est pulchrè instructi, ac aliàs nitidi splendidè patriam repetunt. Ipsa navis in reditu mundior, ac numero sociorum non perinde squallidorum pauciore onerata, abundéque quà victus, quà cibi instructa, aromatico odore fertur, speciesque suas quibus undique scatet suaviolentia summâ prodit. Distributio autem navigii hæc est. Gubernator superiore puppis parte sedem suam habet ad dextram duobus tribúsve cubiculis definitã: Nunquam descendit, imperiis duntaxat intentus, quibus nautam monet, modò ut vela pandat, modò ut contrahat, suo fungitur deinceps munere. Solem considerat, ac in diarium navigationis gestã refert, velificationis etiam cursus, quibus signis, quo vento, quavé tempestate iidem peracti fuerint. Nauta eodem in loco sinistram tenet, pari cubiculorum numero. Inde argenteâ fistula navigationem moderatur, malum tantùm majorem regit, ejúsq. vela ad suum usque locum.

S. Mariæ navis abit.

Quando maximæ circa Bonæ spei caput tempestates.

Iones Hugo enavigat.

Pauci milites ex India abeunt.

Causa.

Privilegia nautarum.

Distributio navis ac officialium.

Gubernatoris munus.

Nautæ officium.

Idem

Digitized by Google

Idem navem ipsam ac armamenta cuncta curat, vela cùm necessitas postulat distribuit, quæ à sociis deinde consuuntur; Tormenta subducit ac producit statis temporibus. Necessaria autèm nempè rudentes, funes, clavos, &c. à factore & scriba postulat. Illi traditas res annotant, reddendæque rationis gratia libris inferunt. Celeustes in prora degit argenteâ item fistulâ insignis, minimum is ad proram velum regit, ac anteriora lintea, anchoráque figit. Proreta ad malum majorem extrorsùm ad sinistram moratur, nam ad dextram locus est promptuarii navis ac culinæ: Habet itèm cubiculum sibi, argenteamque fistulam, Mesonautis præest, sentinationibus, purgationique navis, ac funibus restaurandis, & scaphæ curæ intendit. Conestabilis à malo interiore loco clavum versus sub foris prioribus sedet, facie ad nautam directâ, ut ex fistulæ nauticæ sono tormentariis mandet, pedis laxationem arctationemque. Idem tormenta curat, eorúmque armamenta. Progubernator operam duntaxat Gubernatori præbet, ejúsque vices obit. Et supersunt etiamnùm ex sociis navalibus tres quatuorvé perituissimi, qui sedem quiescente Gubernatore tenent. Circa proram Sociis navalibus ferè loca tributa sunt. Tormentarii prope Conestabilem degunt, sub foris. Mesonautæ ad omnia ministeria tenentur à clavo tamen repelluntur. Eum socii duntaxat navales gubernant, navemq. necessitate volente dirigunt, excepto sentinandi ac acatii sublevandi officio, quod milites cum mancipiis obeunt. Faber fabricæ intendit. Victor stipationi. Ita licet in manifesto naufragii periculo nemo tamen extra ordinatum sibi munus quicquam aget. Capitaneus porticum ac cubile posterius habet, militibus eorùmq. vigiliis solùm intentus. Gubernator, Nauclerus, Celeustes magnificè habiti, pelves, calices, ac pateras ex argento tractant; mancipiis quisque à suis servitia trahit, omni rerum abundantiâ. Reliqui non perindè lauti plures calamitates obeunt; cuivis sui cura incumbit, ut diximus. Ceterùm in hisce navibus Rhodiæ legis nullus usus est, quæ enim res tempestatis ergò levandæ navi ejiciuntur, eorum detrimento amittuntur ad quos pertinent; quæ jactura communiter in miseros Mesonautas plurimùm cadit, quòd horum cistæ ac sarcinæ ad manum sint, iisque nihil sit quo stipatoribus sarcinarum boni loci habendi gratia gratificari possint.

Celeustes quid agat.

Proreta.

Conestabilis.

Progubernator.

Socii.

Faber.

Victor.

Capitaneus.

Nullus legis Rhodiæ usus.

Hoc modo velificantes ad Phœnicem lineam Æquinoctialé petebamus per 150. mil. perseverante eodé cursu ad 7. usq. grad. Tum Libonotus succedebat cursu instituto versus Bonæ spei caput navigatione anté hoc tempus inusitata. Cochino enim navigare solebant ad Mesolibonotum & Vpolibonotum per Maldivæ insulas, aliásque infinitas syrtes, in S. Laurentii insulam, ex qua demum Bonæ spei promontorium petebãt. Ceterùm Gubernator iste cujus olim apud Iudaicas syrtes impotentiâ S. Iacobi navis fracta fuerat, ac modò hac in classe opulentissimum S. Thomæ navigium regebat, cursus hujus novus author inventórque extiterat, syrtium nempe, periculosarumque cautium vitandarum gratiâ, quibus multæ naves illisæ interibant. Ea res gratiam illi apud Regem, Præfectósque nauticarum rerum conciliaverat, eodemq. tractu Archiepiscopum dominum meum deduxerat. Sané eundem ferè naves ex Malacca in Lusitaniam proficiscentes tenent, vasto in mari, extra omnem insularum syrtiúmque occursum: Hanc ergo navigationem cùm opportunè Gubernator iste aperuisset, è carcere dimissus fuit, conjectus antea ob præcipitatam navis fracturam in vincula, succesitque decretum Præfectorum maris, quo deinde cunctæ naves hunc cursum observarent, quem securum esse à scopulis ac cautibus comperissent, existimantes hoc modo naufragiis posse occurri. At nequaquàm ab hac parte erratur prorsus. Præcipuum malum ego oriri censeo ex nimio onere, quo naves supra modum gravantur. Secundò ex imperitia sociorum navalium, praváque inspectione aut visitatione circa navigii, ac armamentorum aptitudinem. Hinc infinitæ naves (ut retulimus) pereunt, quin & idem hic Gubernator cum S. Thomæ navi circa Bonæ spei caput submersus fuit, fatiscente ob nimium onus navigio, dissipatisque violentia fluctuum iis in partibus tabulis omnibus, extra omnem aliàs syrtium aut scopulorum metum. Neque ideo navigationis hunc tractum improbaverim: Tutissimus est licèt aliquanto remotior, pulchro ac syncero fluctu, eum vetus ille syrtibus ac insulis innumeris scatens periculosus sit.

Ob securitatẽ delectus.

Causæ naufragiorum.

Nouus cursus

Ianuarii XXX. Æquinoctialem transimisimus, posteróque die navem conspeximus, quam S. Thomæ existimabamus. Eodem die è navi adolescens nobis decidit, quem omni conatu scaphæ beneficio reperire studebam⁹, verùm frustrà impeditâ eâ naucleri sarcinis, ut interim adolescẽs 2. milliarium spacio a nobis segregatus, fluctibus abriperetur, antequàm scapha parata esset.

Æquinoctialem transmittunt.

Tertiâ Februarii ad navem accessimus, quam S. Thomæ cognovimus. Cum ea colloqui desiderium nobis erat. Verùm ubi nos illa agnovit ex funibus albis, ex Indię *Cayro* confectis, decepta opinione, quòd ex prioribus aliquam existimasset clavum avertit. Erat enim fama S. Thomæ navigium velificationis laude cæteris præstare: quâ contumaciâ moti officiales nostri, suam item ratem averterunt, ac ibi tum ingens in nautis & gubernatoribus studium, circa honorem artémque superandi maris, ante-

vertendique

vertendique cæteros. Ea æmulatione pleræque naves miserè pereunt, quod nullo periculorum intuitu quisque Bonæ spei caput ante alios superare nitatur, cujus facinoris gloriam pòst in Helenæ insula jactare non desinunt. Verùm S. Thomæ navis ad Bonæ spei caput accedens adverso vento repressa, deductis velis, objecit sese tumido mari, cùm nostra infirmior recedere cogeretur, percussa insanis fluctibus. Eam velitationem Lusitani patrio vocabulo *Payrar* nuncupant. Ceterùm in rupe aut scopulo vix tanta duricies, ut pelagi furoribus hoc in tractu resistere possit, tantum abest ut lignea navis, agitata continuo, illisis in tabulata undis, sempiterno fragore durare queat, nequicquam juvante validitate navis, cui Lusitani temerè nimis fidebant. Enimverò post aliquam hujusmodi jactationem tristi naufragio S. Thomæ ratis in partes divulsa succubuit, pontumque omnem reliquiis tabularum cistarum ac cadaveribus implevit ut passim tragico spectaculo circa Bonæ spei promontorium conspiciebamus, ac post in Helenę insula ex aliis audivimus. Erat hæc res plena mæroris nobis cumprimis, ejusdem in periculi metu etiamnùm hærentibus, cùm & timorem augeret in navigio debiliore validioris interitus. Erat quippè S. Thomæ navis opulentissima inter cunctas Indiæ, optimâ velificationis famâ, egregiè compacta; jam altera tantum navigatione vix fatigata; à multis ideo in pleniorem securitatem delecta, quam & *Paulus Lyma Pereira* conscenderat, obsidione Malaccæ levatâ clarus, & 30. annorum stipendio in India inlustris. Sed is concepta majoris gloriæ spe, ac ingentium cum opum cumulo, uxore, liberis, multisque præclaris Indiæ hominibus comitatus, pari fato cum cæteris submersus, fortunæ undarumq. ludibriũ dirum extitit. Multi ex nostris sociis cùm aliqua periculi vis ingrueret cõquerebãtur, quòd S. Thomæ navem, quæ extra aleam calamitatis suâ firmitate esset, non intrassent. Verùm ità fors pertinax insolẽtem ludum ludere humana iudicia decipit. Ad propositum ut redeam. Durante etiamnùm pręternavigandi studio in sextam usq. Februarii, tandem S. Thomæ navem antevertimus 7. gradu ad Austrum. Post illà nunquam visa nobis; ad caput Bonæ spei fractas tantum tabulas nostris oculis obtulit, dispersasque sarcinas undarum impetu. Cujus naufragii historiam in S. Helenæ insula plenius intelleximus.

S. Thomæ navis perit.

Eodem die ingenti pluvia ventique procella, actium nobis disruptum erat, ac à malo avulsum. Aquilo jam à linea ipsa continuo flatu persistebat accedente subindè Circio adsiduis cum tempestatibus procellisque, usque ad 20. grad. altitudinem quam XXV. Februarii nanciscebamur. Ibi tùm clarior aura sub Notapeliote vento, quem Lusitani communem sive generalem appellant, qui 12. gradu fere exspectatur nobisque 20. aderat adfulsit. Causam opinabamur ex remotiore à terra cursu, quem in altum provecti extra tritum ductum maris tenebamus. Ventus hic usque ad 27. & 28. grad. durat fermè. Tùm varii discordesque flatus navigantes excipiunt, donec Bonæ spei caput superaverint, omne pene tempestatum genus eò in tractu experti.

Fucorei maris circa Bonæ spei caput atrocissimi.

Flatus varii circa Bonæ spei caput.

V. Martii 25. grad. Apeliote vento tempestas maxima cum imbribus densis gubernaculum nostrum destruxit, bisque reparatum penitùs dissipavit, ut sine clavi ministerio deductis velis omnibus objecti turbulentissimis irati Neptuni fluctibus, qui navem ita undique invaserant, ut nullus in ea siccus constaret locus; per duos dies, noctesque duas nataremus, continuâ procellâ, ac terribili pluviâ vexati. Eadem in nocte supra galeam actium, aliisque in locis, spectabamus signum quod Lusitani *Corpus Sanctũ Petri Gundizalvi* vocãt, Hispani *San Elmo*, Græci Ovidio teste *Hellen & Phryxũ*. Id velut melioris aurę præsagũ notant, hominesque fistulâ nauticâ convocant; ad fælicioris astri salutationem. Vt Astronomi referunt signum hoc è magnis humiditatibus & vaporibus generatur, candelæ formâ; caliginoso splendore huc illúcque saltuatim agitatum, nullâ quiete: Apparebant autèm quinque quatuorvè hujusmodi faculæ magnâ meâ admiratione. Quamvis autem tempestas talium curiositatum delectamenta facilè prohiberet multi tamen spectandæ hujus rei causa ascendebant: Quatuor ista lumina *Coronam nostræ Domine* Lusitani uocant, læta aliàs & melioris aurę signa, ac jani inde in navi nostra alia boni ominis facies erat. VII. serenitas illuxit tumque ingens cura oritur circa clavi restauratione, convulso etenim ferro aliud non supererat; quare quibusdam in Mossambicquam navigatio placebat, ut tantisper fune clavus regeretur. Sed vicit ea sententia quæ ad conficiendam navigationem promptior erat. Capitatos porro quatuor clavos ex navis subligaculo eduximus, qui minores erant, atque inde nullius usus. Ex Bassæ ergò camerâ (Tormenti genus est) incudem fecimus, adjectis struendo foco carbonibus ligneis; ac ex duobus boum tergoribus fabrilibus follibus confectis; eóq. modo ex forcipe uncinato duos tresve capitatos clavos, foraminatósque formavimus. Vnus ex iis ruptus etiamnum operi inserviebat, ferreo insuper vinculo religatâ clavi convulsâ parte. Id opus biduì erat. Tum sublatis velis solemnibus votis iter ingressi 28. gradum & dimidium consecuti, circa terræ Nativitatis altitudinem ferebamur, licèt remoti ab ora continentis, alto in mari 400. mill. & quod excurrit. Tempestas tum suavior adfulgebat sub

Tempestas summa.

Corpus Sanctum signum bonæ auræ.

Clavum reparant.

Notape-

Notapeliote vento. Hoc in Nativitatis terræ tractu usque ad 32. grad. difficillima navigatio celebratur, eaque vel ipsas capitis Bonæ spei tempestates superat, ut exempla Annalibus Lusitanorum inserta satis probant ac docent. Hic apparebant passim nobis S. Thomæ navis fragmenta & mœsta indicia. Omnes profecto cum timore maximo hunc maris tractū emetiuntur nautæ, tum rudentes complicant, tormenta in saburræ loca dimittunt, cunctáque minoris pretii utensilia in mare dejiciunt, omnibus rebus ad faciliorem navigationem compositis. Serenitas etenim nunc placidissima adlubescit, quæ mox in tetram versa procellam cuncta dissipat. Claro hic lucidóque aëre nubecula quædam exoritur pugni magnitudine. Ea à Lusitanis *Oculus Bovis* dicitur. Vbi hanc videris licèt in summa tranquillitate, ità ut rudentes velaq. malum ferant, tamen continuo omnia lintea deducenda erunt, summa cum celeritate. Mox quippe navi imminet, ac ingenti procella eandem in Tartarum dejiceret, ut accidit secundâ in Indiam navigatione, absumptis tum fœda tempestate, ac nondum cognitâ septē octovè ratibus. Ab eo tempore majore custodiâ Lusitani id signum observarunt. A Nativitatis terra donec Bonæ spei caput superaverit horum turbinum quassationibus subjicitur navis.

Terræ Nativitatis tractus terribilis.

Nubeculæ mirabilis exortus ex qua procella citatur.

XII. Martii altitud. 31. grad. ventus adversus nos excepit, inde tranquillitas, collectis ideo velis, iisque deductis fluctuabat navis, summo in periculo cùm in hac mundi plaga undiq. fluctus maris adunati, uncinatique navem veluti forcipibus comprimant, gementibus ex omni parte ad singulos impulsus commissuris. Hanc tempestatem ergò nautæ summoperè timent. Nos ità quatriduo ferebamur, velitabamúrque in adversas undas, Lusitanorum vocabulo *Payrantes*. Malum adhæc ad proram constitutum ut parùm firmum suspicabamur. Itaq. & funibus malos ac ipsam navem cingebamus, procellis illis in XVII. usque diem objecti. Tum paulo fœliciore vento vela fecimus, at sequenti die ventus denuo adversus ac fœdus ingruit, disrupto acatii ligno, quod deductis iterùm velis sedulò refecimus, sine velis interim ad 20. usque Martii, nullo successu itineris jactati, tantùm circa 13. grad. ingentibus pelagi undis. Et apparebant tum multæ aves Anatum magnitudine quas Lusitani *Antenales* vocant. XX. Martii ventus instabat melior, vix secundus tamen, sed vela fecimus. At XXII. vento planè adverso maxima tempestas incubuit ut & vela cogeremur deducere, quæ vix contineri poterant, cùm vel ipsa navis regi nequiret, fluctuationibus agitata supra modū. Ergo tantis coacti periculis orthiacem proræ alligamus, ejusque beneficio ferebamur, repulsi huc illucque pro ventorum arbitrio, ut aliquod ita levamentum nanciscemur. Tum & cistæ omnes, ollæ, vasa, ipsáque major scapha in pelagus ibant, solemni in tempestatibus dejectione. Per biduum ac binoctium hac tempestate adficiebamur.

Procellæ ingentes.

Ceterùm XXV. Martii meliore cœlo ventóque velis factis Caput repetebamus. Tum morbus universalis qui os invadit gingivásque solvit, socios cunctos vexabat.

Octava Aprilis post 15. dierum velificationem secundam, terræ propinquitatem quibusdam indiciis exploravimus. Viridior hic enim aqua apparebat nullo tamen fundo, cùm juxta nautarum conjecturas continens 40. tantum mill. distaret. Et aves videbamus quas *Mangas de Vellugo*, id est, Manicas sericas Lusitani vocant, quod circa alarum extremitates notas nigras holoserici colore habeant, cętera albæ & cinericię. Ex hisce avium apparitionibus certa capitis cōjectura innotescit, interiore parte, nempè circa sinum lacus, qui 33. gradu & dimidio jacet, ad oram quæ Mossambicquam respicit.

Aves capitis Bonæ spei propinquitatē arguunt.

Nonâ Aprilis nocte 35. gradu & dimidio nova tempestas exoritur, vento adverso, tantâ procellarū vi ut recedere cogeremur, nequaquā potentes fluctuum, jactationisq. illius, quæ multas alioquin naves perdidit, magnitudine ac violentia maris oppressas. Quamvis enim secundo vento redeuntes laberemur, fluctus attamen navem prorsus abscondebant, vinctam alias funibus, ac undique cinctam nè ingentium undarum mole aliquando fatisceret, cùm & continuis item sentinationibus juvaretur. Præterea extremitatibus singulis Dolonis funis erat alligatus, qui usque ad Gubernatorem pertingebat; talem quindecim fere homines tenebant. Gubernator sua in sede erat, ac Progubernator in puppi stans maris impetum observabat. Decem aut duodecim viri clavum tenebant, aliique socii vela regebant. Cùm autem undæ insurgerent naviquē imminerent, inclamabat Progubernator, mox Gubernator homines qui clavum tenebant appellat, funesq. in istam partem flecti imperat. Item socios cæteros ac celeustem monet: Vt eo modo maria peterent, quæ si laterali impulsu in ratem incidissent, tùm de totius navigii ac hominum salute certissimo interitu actū fuisset. Erat tùm cœlum ejus qualitatis in illa orbis parte, cujus apud nos est nondum glacie adstrictis aquis. Vnde & deformes, metúq. cuncti exanimati squallebant, dejecti spe, ac continuis laboribus, nemine excusato, circa sentinationes, custodiámque clavi, & veli, exhausti, cùm nec somno tempus sufficeret aliquod. Adhæc pinnam clavi disrupit tempestas, cum necis periculo sociorum ex ea convulsione. Verùm avertit illud malum Deus, quibusdā tantùm malè habitis,

Regimen navis in summa tempestate.

Fluctus vehemens.

In deci-

Digitized by Google

De reditu in Mossambicquam deliberant.

In decimum quartum diem hæc procella durabat. Tum nullâ emendationis ſpecie reliquâ, officiales navigii omnes cõveniunt, navis in Bonæ ſpei capitis tractu ſuperando debilitatem conſiderant, Moſſambicquæ hybernandum eſſe ſtatuunt, ibíq. reſtituẽda ratis damna. Id conſilium proteſtatione primùm factâ ſignatũ erat cùm ſocios plebemq. ingens mæror invadit. Haud quippè minore periculo Moſſambicquam navigarent, cùm terra Nativitatis denuò ſuperãda eſſet, quę vel ipſum Caput terrore fluctuum vinceret. Eáq. interìm in Moſſambicquam navigatio omnem itineris ſucceſſum rumperet. quòd alter annus exſpectandus eſſet; in rerum omnium ſummâ caritate (cùm cuncta neceſſaria ex India Moſſambicquam deferantur, magnis ibi diſtrahẽda pretiis) quam meſonautæ pauperculi non ferrent, conſumptis rebus ac facultatibus extremæ miſeriæ teſtimonio, poſt 500. mill. navigationem, quæ etiamnùm antequàm navis Moſſambicquam veniret ſupererãt. Has ob cauſas ingenti murmure adverſarum mentium navis ſtrepebat ſummâ Ducis culpâ; cùm nihil in tota navi tanta in rerũ inopia ſupereſſet, undè funiculus aliquis cõmodè poſſet confici. Ceterùm nauclerum Dux incuſabat, quòd neceſſaria nequaquàm poſtulaſſet. At is poſtulaſſe ſe ferebat traditámq. fuiſſe Cayri materiam, ex qua rudentes fiũt Capitaneo, qui deindè lucri gratia dimidium vendiſſet, ſuúmque ex eo theſaurum impleviſſet. Hiſce defectibus pleræq. naves laborant. Nos ergo Moſſambicquam verſus ferebamur, magnâ omnium ſociorum cõtumaciâ, qui officialibus parêre nolebant. Etenìm miſerrimo ſpectaculo undíq. mortuorum corpora apparebant, ciſtæ ac ſarcinæ, conſolatiõne tamen noſtra, quod (ut Proverbium habet) communia mala minus lædant. Sed erant hæ reliquiæ naufragii S. Thomæ, quod tum ignorabamus, ſuſpicati duntaxat dejectiones quaſdam.

Dei tamen favore præter ſpẽ perſeverant navigantes in Luſitaniam.

XV. ejuſdem meſis tranquillitate magna ad XVII. ferebamur diem. Altitudine tum Solis inſpectâ 37. grad. inveniebamus magna omnium admiratione. Moſſambicquam enìm navigantes diminuunt, noſque cùm eundẽ curſum teneremus, ac quinque diebus a 35. grad. navigaſſemus, loco 30. grad. 37. habebamus. Verùm fluctuum magnitudine repreſſi, ſolius Dei nutu in navigatione verſus Bonæ ſpei caput etiamnùm fueramus, cùm omnes Moſſambicquam cogitarent. Et ipſe Gubernator licèt aliâs fluctuũ non rudis, hunc tamen motum ut illegitimum mirabatur, ac Deum qui curſui noſtro faveret ſolùm nuncupabat. Eodem die aquam viridẽ reſpeximus, & aves eas quas *Mangas de Vellugo* vocant, certa capitis indicia. Tum excitati omnes profectionem in Luſitaniã ſuadent, ac generali conſilio concludunt, cum maxima omnium ſociorum lętitia, quibus cũcta experiri antiquius erat, quam in Moſſambicquam navigare.

XIIX. Aprilis haud minore quàm antea tempeſtate jactabamur, in ſummam deſperationem conſternatis omnium mentibus, ac ad mortem ſolemni delictorũm expiatione diſpoſitis. Cedebant autem levandi oneris cauſa ciſtæ; ac ſarcinæ mari, etiam caſſa, aliáque quæ ad manum veniebant. Ceterum XIX. veſpertino tempore fœlicior aura illuxit meliórque ſpes. XX. ex Solis altitudine 36. gradus intelleximus aquamq. viridem, aves *Alcatraſes* & plurimas Phocas, certiſſima oræ Africanæ ſigna. Ventus eo die laxior erat, omnium bona ſuperandi capitis opinione propter aquæ continuum virorem uſque ad 22. Aprilis, tum ejecta bolide fundus nequaquam explorari poterat, ſigno optimo ſuperati capitis *das Aguilhas*. Id 32. grad. eſt, diſtatq. a Bonæ ſpei promontorio 20. mill. quod nempe 34. & dimidio grad. jacet. Quòd autem circa hoc caput fundus inveniri poſſit ad 30. aut 40. mill. à firma, nos ejus amiſſione hoc ipſum emenſos eſſe facile conjiciebamus. Et certiore ſigno mitiores fluctus excepêre navigium, plano mari, ac in æquoris lenitudinem redacto, ut ex Tartaro in Paradiſi quaſdam delicias videremur delati.

Superant caput das Aguilhas.

XXIII. Aprilis Bonæ ſpei caput prætervecti magnam omnes lætitiam teſtabamur, cùm tres menſes tréſque dies elapſi fuiſſent à prima noſtra Cochinenſi navigatione, nullo terræ adſpectu exceptis quibuſdam capitis propinqui ſignis. Rarò id contingit; nautæ enim omnimodo ſtudent terram aliquam conſpicere, ut certiore deinde curſu S. Helenæ inſulam petant. Nam ſi ab eo deviaverint inſulam nullo modo recuperare poterunt, propter ventum, qui eo in tractu ſemper ad Notapelioten vergit. Capite ſuperato mox vento ſecundo utebamur.

ac mox Bonæ ſpei.

XXIV. Aprilis Gubernator ut, ſolverent honorariũ capitis Bonæ ſpei hominibus imperavit, in *bona via* gratulationem generali gaudio omnium. Tùm enìm reditus in Indiam non timetur. Antequàm enim caput emenſi fuerint ſucceſſus itineris in Luſitaniam incertus eſt. Et erant tum poſt nos 50. milliaria ad caput illud famoſum Orientem verſus. Superati promõtorii certiſſima ſigna ſunt trunci craſſioris arundinis, qui in eo tractu 15. aut 20. milliaria à firma fluctuant, avéſque quædam Luſitanis *Feyſoins* dictæ, Alcyonum ſpecie, albæ, nigriſque maculis diſtinctæ, certo a reliquis avibus diſcrimine. Hæc manifeſta ſigna ſunt, ac Gubernatoribus notiſſima. A promontorio curſus in S. Helenæ inſulã in Caurum & Meſocirciũ tendit. XXVII. Ap. vento adverſo uſq. in ſequentẽ diem trãquillitatem adepti 30. grad. ad Luſitaniæ latus navigabam⁹. XXIX. ſecũdo véto ferebamur ad lineã uſq. generali ac ſempiterno. Vulturnus

Signa promontorii ſpei ſuperati.

Digitized by Google

is est sive Euronotus: Vt indè securitate optimâ navigantibus summa quies sit, cùm maximus ventus galeæ velum ad mediam usque partem tantùm deducat.

S. Helenæ insula apparet.

Duodecimâ Maii matutino tempore obtulit sese conspectui nostro *S. Helenæ* insula, tanto cum gaudio, ut crederes cœli compotes fuisse socios. Ipsa 2. mill. distabat ad Africum, rectóque cursu petebatur, ut tormenti ictu eam contingeremus. Accedentes superata quadam extremitate ad Caurum, terram legebamus ad Corum tantæ altitudinis, ut muro ad cœlum usq. erecto similis esset. Ita cursus noster ad sesquimilliare perseverabat, in aliam usque extremitatem quę ad Zephyrum inclinabat. Eâ superatâ mox naves apparebant, quæ ante nos ex India discesserant. Ad milliaris medii spatium ab extremitate ista stabant, ad lapidis jactum à terra, ut ipsa in Euronotum vergat. Ob altitudinem autem insulæ naves veluti in portu degunt. Etenim ventorum murmur supra aplustrum exauditur, qui tamen navigiũ nullo modo lædant. Maris hic altitudo est 25. aut 30. ulnarum. Qui autem terram non contingunt ad lapidis jactum, ii aliquandò ventorum impetu abripiuntur, ut insulâ postmodùm repetere nequeant. Ideò nobis propiùs accedẽtibus ob altitudinem terræ ventus cessavit, quo fine, cùm navis regi non posset, in terram dilapsi eramus, magno nostro metu, ac terrore interitus, circa navem ejusque merces. Ceterùm mare ibi syncerum est ac altitudinis etiamnum 10. ulnarũ & accurrebant aliarum navium socii, qui navigium reduxerunt à terra ad stationẽ, quam reliqua classis tenebat. Ea è regione vallis est, inter duos montes altissimos, in qua S. Helenæ dedicatum sacellum visitur. Naves quinque hic stabant Malaccæ nempè, S. Mariæ, quæ eo in loco per 15. dies fuerant, conjunctæ circa Bonæ spei caput, S. Antonii, & S. Christophori prætoria; ante 10. dies eæ advenerãt, & Cõceptionis navis, quæ pridie quàm nos accesserat. Solùm ea quæ S. Thomæ nomine insignis erat desiderabatur. Ea, ut & nos ex signis collegeramus, aliæque naves exploraverant, penitùs perierat. Ingens etiam Prætoria nostra periculum evaserat, perforatis tabulis vermium morsu, quæ tamen novæ erant, ac prima tantùm navigatione imbutæ, ut 20. palmos aquæ haberet, continuisque sentinationibus navem tueri deberent, ejectâ mercium penè medietate circa Bonę spei caput. Quin & submersa fundum petivisset circa S. Helenæ insulam absque aliarũ navium operâ. Reliquæ suos timores habuerant, suáque pericula, quorum narratio tum erat in ore omnium. Ante tres menses ex hac insula navis ea vela fecerat, quæ superiore anno Ormutio discesserat, cum reliquis mercibus ac hominibus S. Salvatoris navis, quę à Lusitanorum classe servata circa oram *Abex*, Ormutium (ut narravimus) deducta erat: Mossambicquæ hæc in hybernis fuerat, Capútque maturius prætervecta in Lusitaniam sola abiverat, relictis quibusdam in insula ægris (ut fieri solet) quos sequentes postmodùm naves adsumũt: Hi nunciabãt fuisse Britannicum ad S. Helenæ insulam navigium, quod per fretum Magellanicum navigarat, mare Australe, juxta Philippinas, per Sundæ fretum, quod è regione Malaccæ jacet inter Iavam & Sumatram, quo in tractu Chinæ navem ex iis quas *Junckos* vocant, auro ac argento oneratam in prædam convertisset: Ex eadem Lusitanum Gubernatorem adsumpserat, ac cursum postea caput Bonæ spei versus direxerat, delatum inde hanc ad insulam, in qua socii templum vastaverant, imagines ac altare confregerant, relicto gladio cum lebete, post aquationem factã discedentes. In Malaccæ navi Factor Piperis erat Gerardus Af husius quidam Antverpiæ natus ac Lisbonæ habitans, qui eadem in navi Lisbona ante biennium solverat. Malaccæ enim propter antè narratam obsidionẽ diutius hæserat, emortuis intemperie aëris ejus plagæ multis hominibus, ut ex 200. tantum 20. aut 18. superessent. Cum hoc, amico meo jàm antè discessum meum ex Lusitania in Indiam, libens sermones junxi, gratias agens fortunæ jam parenti, quæ post tam diras insidias, in loco eo ex improviso nos sociasset. Ab eodem Malaccæ pleráque intellexi, & aliarum insularum vicinarum memoranda, circa mores, & consuetudines negotiationis. Ex sequentibus hisce figuris S. Helenæ insulæ situs apparet. Itèm insulæ Ascensionis, ad veram (ut opinor) effigiem.

Ad eam accedunt.

Ejus altitudo ac fida statio.

Statio navii in S. Helenæ insula.

S. Thomę navis interitus.

Ioãnes Hugo Gerardũ Afhusium in S. Helenę insula compellat ac inter se pericula commemorant.

CAPVT XCIV.

Brevis insulæ S. Helenæ descriptio.

INsula S. Helenæ, ita dicta, quòd à Lusitanis Helenæ sacro die 21. Maii inventa sit. 6. milliaria ferè complectitur, 16. & dimidio grad. jacet ad Æquinoctialis Australem plagam, distantiâ à Bonæ spei capite quingentorum & quinquaginta Hispaniæ mill. ac ab Angolæ sive Æthiopię tractu milliarium 350. & a Brasiliæ tractu 510. mill. Hæ duæ terræ viciniores sunt ac proximæ. Ipsa alta admodum ac montuosa est, nubibus ferè continuò contecta. Soli cinerea quædam siccáque qualitas est, arborúmque (quæ ibi multæ sunt) naturalium ac sylvestrium lignum non nisi ad ignem extruendum ferè valet, materiâ adustâ, in argumentum venarum ignium flammæque quibus insulæ pene omnes vexantur. Etenim hæc quibusdam in locis sulphuris substantiam habet. Antè Lusitanorum adventum nulla ibi animalia vixerant, nullúmque fructus genus creverat, aquæ tantũ dulcis abundãtiâ inlustri loco. Ea è montibus cadit inque vallem

Situs S. Helenæ insulæ.

Altitudo.

Aquarum jucundissima copia.

Digitized by Google



oliſcere
Helenæ
ula.

ſantarum in
Helenam
venientiũ
ctus.

ſomina no-
ata in arbo-
ibus.

Diſcedit claſ-
is e S. Hele-
næ.

Aſcenſionis
inſulam aſpi-
ciunt.

bus enim abeuntibus animalia quæ ob metum ſcopulos montéſque petierant redeunt in vallem, ac facilè tum comprehenduntur. Ægri hic in ſequentem uſque annum remanét, quos tum naves accedentes adſumunt. Mox ferè ſanitatem recuperant ob aëris temperié, quæ eodem ſemper cœli ventorúmque ſtatu durat: Ceterùm Regis

compexuimus circa quã tota [illegible]
obliquãtes curſum, ne eandé amitteremus. XXIIX. explorabamus fundum anchoris idoneũ. Prætoria enim navis rimoſa aquam multam tradebat, ita ut vix ſervari poſſet, ſuadéte hominũ turba merciũ omnium in eam inſulã expoſitionem, ut vacuata navis tutius in Luſitaniã proficiſceretur, cùm &

Digitized by Google


is est l
optim
maxim
usque
Duo
S. Helenæ insula apparet. lit sese
tanto c
tes fui
Africu
méti ic
supera
Ad eam accedunt. terram
dinis, u
esset. It
severab
ad Zepl
naves
discesse
extrem
Ejus altitudo ac fida statio. à terra,
titudin
portu d
supra a
giũ nul
est 25. a
non co
quandè
insulã p
nobis p
terræ v
regi no
magno
circa na
ibi syn
10. ulnı
socii,
Statio navium in S. Helenæ insula. station
regione
mos, in
visitur.
nempè,
fuerant
S. Anto
10. dies
quæ pri
S. Thomę navis interitus. quæ S.
rabatur.
mus, ali
perierat
culum

morsu, quæ tamen novæ erant, ac prima tantùm navigatione imbutæ, ut 20. palmos aquæ haberet, continuísque sentinationibus navem tueri deberent, ejectâ mercium penè medietate circa Bonę spei caput. Quìn & submersa fundum petivisset circa S. Helenæ insulam absque aliarũ navium operâ. Reliquæ suos timores habuerant, suáque pericula, quorum narratio tum erat in ore omnium. Ante tres menses ex hac insula navis ea vela fecerat, quæ superiore anno Ormutio discesserat, cum reliquis mercibus ac hominibus S. Salvatoris navis, quę à Lusitanorum classe servata circa oram *Abex*,

terræ viciniores sunt ac proximæ. Ipsa alta admodum ac montuosa est, nubibus ferè continùò contecta. Soli cinerea quædam siccáque qualitas est, arborúmque (quæ ibi multæ sunt) naturalium ac sylvestrium lignum non nisi ad ignem extruendum ferè valet, materiâ adustâ, in argumentum venarum ignium flammæque quibus insulæ pene omnes vexantur. Etenìm hæc quibusdam in locis sulphuris substantiam habet. Antè Lusitanorum adventum nulla ibi animalia vixerant, nullúmque fructus genus creverat, aquæ tantũ dulcis abundãtiâ inlustri loco. Ea è montibus cadit inque vallem

Altitudo.

Aquarum jucundissima copia.



olitcaret
Helena
ula.

Sanctarum in
. Helenam
Veneriennâ
ictus.

Nomina no-
ata in arbo-
ibus.

Discedit claſ-
ſis e S. Hele-
næ.

Aſcenſionis
inſulam aſpi-
ciunt.

bus enim abeuntibus animalia quæ ob metum ſcopulos montéſque petierant redeunt in vallem, ac facilè tum comprehenduntur. Ægri hic in ſequentem uſque annum remanét, quos tum naves accedentes adſumunt. Mox ferè ſanitatem recuperant ob aëris temperié, quæ eodem ſemper cœli ventorúmque ſtatu durat: Ceterùm Regis

compexuimus circa quartam [illegible]
obliquãtes curſum, ne eandé amitteremus. XXIIX. explorabamus fundum anchoris idoneũ. Prætoria enim navis rimoſa aquam multam tradebat, ita ut vix ſervari poſſet, ſuadéte hominũ turba merciũ omnium in eam inſulã expoſitionem, ut vacuata navis tutius in Luſitaniã proficiſceretur, cùm &

Digitized by Google

S. Helenæ ĩ: ſula appare

Ad eam acce dunt.

Ejus altitu ac ſida ſtatĩ

Statio navi in S. Helen inſula.

S. Thomę na vis interitus

Reliquæ ſuos timores habuerant, ſuaque pericula, quorum narratio tum erat in ore omnium. Ante tres menſes ex hac inſula navis ea vela fecerat, quæ ſuperiore anno Ormutio diſceſſerat, cum reliquis mercibus ac hominibus S. Salvatoris navis, quę à Luſitanorum claſſe ſervata circa oram *Abex*,

venarum ignium flammæque quibus inſulæ pene omnes vexantur. Etenim hæc quibuſdam in locis ſulphuris ſubſtantiam habet. Antè Luſitanorum adventum nulla ibi animalia vixerant, nullúmque fructus genus creverat, aquæ tantũ dulcis abundãtiâ inluſtri loco. Ea è montibus cadit inque vallem

Aquarum ſuavidiſſima copia.

Digitized by Google

vallem infinita descendit, circa sacelli locum, fluitque porrò in mare per torrentes aliquot derivata. Hic vasa sua Lusitani implent, ac linteamina abluunt, jucundissimo spectaculo: Miraculi quippe instar sit aquæ suavissimæ perpetuus nitor, copiosis è fontibus inter montes in vallem descendentis, cùm tota insula aridæ sit glebæ, ac rupibus petrisq. undique squalleat. Lusitani paulatim animalia multa invexerunt fructúsque; in vallibus plantarunt, quorum nunc tanta ubique abundantia est, ut fidem ea penè excedat. Damarum ibi, caprearum, aprorum, perdicum, columbarumq. innumerabilis multitudo est. Inde cuivis venatio libera, quæ nunquam exhauriri posset. Lapide aut baculo ob summam copiam ad necem licèt adigere. Fructus verò fici Lusitaniæ, poma granatensia, aurea, limones, tantâ passim copia adsunt ut Paradisi cujusdam delicias impleant, fœcundo & florente semper proventu, quòd pluvia singulis diebus sexies septiesve cadens fructus riget, quos mox sol clarus illustrat, divisisq. virtutibus pluvii sereniq. cœli, adaucta fertilitate. Sponte itaque propagantur fructus omnes, Lusitanorúmq. negligentia fit, quominus in eam reliqui Lusitaniæ Indiæque fructus delati sint, cùm haud dubiis incrementis, ob loci temperatam qualitatem provenirent. Neq. piscium deest fortunata captura. Nam ii multitudine ingenti ac mirabili insulæ subjectum mare possident, ut vel clavi adunci hamatiq. beneficio fœlicitèr attrahas, quod in longum tempus sufficiat. Siccât hos pisces nautæ multi generis, sapore optimo, supráque omnium piscium gustatas carnes, ut homines cuncti testâtur, qui hoc in tractu aliquandò morati sunt. Majore vero cõmoditate saxa ad maris littus sal habẽt, qui ad præparandos condiendosq. cibos sufficiat. Vt insulâ hanc paradisi quædam fortuna illustret, cum summa ac necessaria Lusitaniæ naviũ refectione. Providentiâ sanè divinâ erecta altitudine eximiâ, remotáque a cæteris insulis ac firma velut cymba destituta in mediis ponti fluctibus apparet, certissimo ad recreandos nautas asylo, à qua cum aberrassent quandoq. miserias maximas subiverunt, admoti Guineæ tractui, ut ibidem imbres aquæ suscipiendæ gratia exspectarent, in Lusitaniam postea semimortui delati. More recepto ægri exponuntur in hanc insulam, cum orizæ, biscocti, olei, aromatisque aliqua quantitate: Piscium carniumque copia supereſt. Navibus enim abeuntibus animalia quæ ob metum scopulos montésque petierant redeunt in vallem, ac facilè tum comprehenduntur. Ægri hic in sequentem usque annum remanẽt, quos tum naves accedentes adsumunt. Mox ferè sanitatem recuperant ob aëris temperiẽ, quæ eodem semper cœli ventorúmque statu durat: Ceterùm Regis edicto incolis caret, ne ii lapsu temporis insulam in privatos agros redigant, ac communioni huic ineptam reddant. Anachoreta ante aliquot annos hic vixerat sacelli curandi gratia religionisque ergò. Verùm is capreas hędulósq. mactabat, atq. ex pellibus lucrum aucupabatur. Cognitâ re in Lusitaniam postea abductus fuit. Itèm ex navibus aliquando elapsi duo Nigritæ *Caffres* ex Mossambicqua, Iavę unus homo, cum duabus ancillis montibus sese rupibúsq. inviis occultaverant. Hi fœcunda mox generatione 20. numero facti classe discedente insulam vastabant, plurimumq. fructibus nocebant, clausi præsentibus navibus casulis suis, quas in rupe habebant, lociſq. ad quæ nunquam Lusitanus venerat. Vbi eos turba nautarum vidit omni conatu captivitatem eorum procuravit, at frustrà ob inaccessibiles aliis secessus, quibus continebantur. Demum expresso regis jussu capti ac in Lusitaniam devecti fuere. Hinc usque in hodiernum tempus nullos incolas habet, præter relictos ægros. Navibus eo delatis sub arbore quisque diversorium sibi instruit velúmque tentorii vice extendit. Arborum multitudo maxima est, faciésque tum velut oppidi alicujus apparet. Quisque sibi ex venatu cibum parat, fructus itèm, pisces ac ligna, linteamina abluit, corpus curat, generali itèm institutâ supplicatione, multorum hymnorum concentu, factisque sacris in gratiarum actionem, ob superatũ Bonæ spei promontorium, devictámq. tempestatum maximarum molem. Ibidem nomina hominum insculpta corticibus ficuũ arborum videas ęternâ in memoriâ. Ea crescente arbore excrescunt itèm in palmi aliquandò magnitudinem. Et restabant jam ab anno 1510. & 1515. antiquis ac grandioribus signata literis. Atque hæc de S. Helenæ insula sufficiant.

Animalium abundantia.

Fructuum.

Cœli fœcũda qualitas.

Piscatio copiosa.

Sal.

Paradisi quædam delicię.

Incolis caret S. Helena insula.

Nautarum in S. Helenam advenientiũ victus.

Nomina notata in arboribus.

XXI. Maii ipso S. Helenæ die, festóque Pentecostes, post omnium rerum necessariarum prępparationem vela iterum fecimus relictis 15. ægris, ac mancipiis aliquot, quæ clàm aufugerant è navibus.

Discedit classis e S. Helenæ.

XXVI. Maii vespertino tempore, cum S. Mariæ navigio colloquebamur posteróque die manè cum galeone Malaccæ, pomeridiano verò tempore cum Admiralio, qui ut eum in Ascensionis insulam sequeremur mandabat. Eodem die servus nobis è navi in mare decidit, quem conati recipere nequivimus, secundo vento avecti. Eodem die vespertino tempore, Ascensionis insulam conspeximus circa quã tota nocte hæsimus obliquãtes cursum, ne eandé amitteremus. XXIIX. explorabamus fundum anchoris idoneũ. Prætoria enim navis rimosa aquam multam tradebat, ita ut vix servari posset, suadẽte hominũ turba merciũ omnium in eam insulã expositionem, ut vacuata navis tutius in Lusitaniã proficisceretur, cùm &

Ascensionis insulam aspiciunt.

Digitized by Google

Prætoriæ periculum.

merces in ea insula satis essent tutæ, quod vel nec intra 20. annos aliqua eo navis veniret, ob scopulorum horrorem, præter quos insula nihil habeat. Nos propè accedebamus juxta pulchrum candidúmq. littus. Ejecta bolide 50. & 40. ulnarum altitudo apparebat, licèt verò propiùs naves terræ admoveri possent, officialium tamen consilium, qui scopulos ac petras causabantur, deterrebat: Ne turba iis invitis aliquid de mercibus statueret; cùm interìm sentinas duas sese è cæteris navibus mutuo accepturos pollicerentur, quarum beneficio navis salva evaderet. Etenìm nobiles omnes ipsumque Admiralium sentinatio exercebat, nullâ exceptione, ut cæteri eo exemplo confirmarentur. Ex S. Mariæ navi ergo sentinam duxit, ac item è nostra, licèt ea quoque non omnino firma esset, multíque traditionem sentinæ dissuaderent, inspectâ longitudine navigationis ac circa eandem variorum successuum fortuna: At vicit eam sententiâ supplicatio humilior, necessitatísque quam patiebantur intuitus. Deliberaverat Præfectus aliquot merces exponere oneris levandi causa, aliísque in navibus collocare, si serenitas adfulsisset. Verùm ea occasio postea non extitit. Quocirca infinitas per miserias laboresque transigere navigationem compellebantur, donec destinatus portus adesset.

CAPVT XCV.

Insulæ Ascensionis descriptio.

Insulæ nomè unde.

INsula hæc Ascensionis nomè habet à die Ascensioni Christi sacra. Intuenti quam S. Helenæ major apparet, àt sublimi non æquè situ. Montibus tamen & collibus abundat. Octavo & dimidio gradu jacet Australis Æquinoctialis tractus ad Caurũ; à S. Helenæ distat 190. Hispaniæ mill,. & a Linea 140. Aqua dulci ac virore frondium planè caret. Montes habet rubri coloris, ex ea terra (ut a longe spectantibus apparet) quam Hispani *Almagro* nominant. Rupibus porro aspera est, adustíque soli. Multi a S. Helenæ aberrantes in hanc inciderunt, commodam ibi aquationé opinati, Verùm ea (ut dictum est) nulla reperitur. Ceterùm littora quædam candidissima ac pulcherrima apparent, innumerabili piscium multitudine, quorũ gratiâ plurimæ quoque aves illectæ degunt. Anserum pullorum magnitudine existunt, àc libero volatu navem nostram invadebant securrissimé, humeris àc capitibus hominum infidentes, atque ideò capi faciles. Caro earũ piscoso sapore haud æquè delectat. Illam vero audaciam ac confidentiam, nullo hominum terrore, ex insolentia iis in locis eorundem oriri credo. Circa hanc itèm insulam, àc inter S. Helenæ & Æquinoctialem, alati multi ac volucres pisces reperiuntur, halecum magnitudine.

Ejus situs.

Aqua caret.

Avium multitudo & audacia.

Alati pisces.

Acervatìm volant ab aquis ad 3. aut duas ulnas elevati, sustentantque se alis madefactis, siccatæ enìm jam, ulterius volatum negant. Tum unda mersi volatum repetũt, metu piscium insequentium, quibus in prædam cedunt fugientes. Hoc modo in naves nostras subinde decidebant, destituti humore quo alas movẽt. Ab insula Ascensionis cursus fere in Vpocorum tendit, ad primum usq. gradũ Septẽtrionalis tractus, qua in plaga scopulus jacet, qui subindè adspectui sese offert *Penedo de san Pedro* dictus, & ad hunc usque locum hoc cursu ab insula Ascensionis 300. mill. computantur. Scopulus.

V. Iunii lineam Æquinoctialem iterùm superavimus, ad conspectum Borealis astri relati, quod à linea amiseramus, 10. grad. a Cochino. Et discedebat tum Australe sydus, Sole meridiano tempore in Austrum porrecto, qui ab alio lineæ latere Septentrionalis nobis fuerat. VIII. Iunii 4. grad. ad Boream cessabat Notapeliotes ventus generalis, qui nos secundo flatu à capite Bonæ spei hucusque deduxerat, succedente pluviarum ac malaciæ intemperie. Guineæ etenim accedebamus, cujus tractus ad 9. usque grad. durat. Pluviæ ac tranquillitates in XX. Iunii, undecimo gradu perseverabant, dispersis indè navibus, quas Rector tãta in malacia gubernare pro arbitrio suo nequiverat. At undecimo gradu conjungebamur, spirante ibi Boreapeliote vento, quẽ generalem nominant, perpetuis in hoc tractu flatibus, usq. ad trigesimum, àc 32. grad. facto initio à sexto aut septimo. Ventus hic arctior est, sempérque ei accedendum, quòd cursus noster penè omnis ad Caurum ac Boream tendat. Æquinoctialem lineam superant.

Generalis ventus.

XXIII. Capitis Viridis altitudinẽ superabamus, decimo quinto grad. XXVI. insulas ejusdem decem numero. Incipiunt decimo quinto grad. porrectæ in decimum nonum. A Capitis Viridis firma à 70. mill. usque ad 160. distãt, mare versus porrectæ. Ibi pontus sequitur *Sargassi* dictus. Aqua etenì omnis herbâ contegitur, camporum instar, vixque humor apparet, magno penetrantium navium molimine, cum omnino vis magna ventorũ requiratur. Cretæ marinæ speciem herba habet, uvasque similes iis quæ crispæ vocantur, vacuas tamen. Lusitanis *Sargasso* dicitur à similitudine herbarũ in puteis crescentium, quas *Sargasso* vocant. Originem harũ in hoc tractu herbarũ nescimus, cùm nulla vicinitas insularũ appareat, atq. Africę ora quadringenta milliaria distet, & quod excurrit. Suspicantur quidam ex fundo eam enasci, quem tamen nemo ibi explorare potuit. Cùm Indiam naves petunt has in herbas non incidunt, propius enìm oram legũt, atquì hæ herbæ hoc in tractu tantum inveniuntur, à viginti gradibus nempè usque in 34. tantâ densitate àc mole, ut insulæ cujusdam speciem præferant. Frigidius hac plaga Capitis Viridis insulis accedunt.

Mare Sargassi herbidum.

Digitized by Google

Digitized by Google


Aldus verthoont hem t'Eylant van
Asçençion alsmen van Santa Helena
daer Noort west op aen comt seylen
Vera effigies et delineatio
Insulæ, Ascenscio nuncupatæ,
sitæ in altitudine 8 graduum,
ad austrum lineæ
æquinoctialis.
Waerachtighe affbeeldinghe
en verthooninghe vant Eylant
Asçençion ofte Hemelvaert ge-
legen op 8. graden aen ewrt zy-
de vande linea Equinoctial.
Den eersten hoeck
alsmense om is.
Aldus is het Eylant van d'onder zyde alsmender
wt op een roerschoet langs by heen loopt.
Witte sant
Baptista à Doetechum sculp.



Nullius mihi terra fergx atque indiga potus
Piscatu dives littus et aucupio:
Tota rubore satur mediis atollor in Vndis,
Qua videt austrinum torrida zona polum.
Plooger:

Digitized by Google

Digitized by Google

Frigidum cœlum hic.

hac plaga cœlum est, quo modo in nostris regionibus nullâ etiamnum glacie. Hanc tempestatem Lusitani summoperè horrent, ac malignæ hyemis loco habent. Vltimâ Iunii altitudinem graduum viginti trium nacti, Soli ex diametro verticali opponebamur, quòd Sol eadem altitudine esset. Sub Tropico Cancri navigabamus, finali cursu Solis ad Septentrionale latus, unde ad Lineam revertitur, ac porrò ad Austrum. Bis item Capricorni tropicum superaveramus, nempè ad Australe latus, primùm apud insulæ S. Laurentii finé, ac secundò vigesimo tertio gradu, postquàm Bonæ spei caput præternavigassemus. Secundâ Iulii circa altitudinem Canariarum insularum provecti viginti octo ac 29. gradus numerabamus.

Tropicus Cancri.

Canariae vident.

Distant Canariæ ab Africæ ac Barbariæ ora a 30. ad 80. milliaria, atque ad dextram remanent nobis. Easdem insulas hoc in volumine haud omiserim describere, quòd non vulgaria quædam habeant notatúque haud indigna.

CAPVT XCVI.

Compendiosa Canariarum insularum descriptio.

Canariarum nomen.

INsulæ Canariæ numero 7. à multitudine canum ibidem primùm repertorum nominatæ, apud antiquos Fortunatæ dicebantur. Nomina autem earũ hæc sunt; *Magna Canaria, Teneriffa, La Palma, La Gomera, El Hierro, Lanzarotte, Fuerte Ventura.* In *Teneriffa* insula mons est *Pico de Terraira* dictus. Is multorũ judicio altissimus montium perhibetur, in 60. milliaria adspectui navigantium patens. Augusti & Iulii duntaxat mẽsibus ascẽditur, reliquis enim anni temporibus nive squallet contectus, cùm in ipso insulæ vicinarumque solo nulla unquam nix appareat. Trium dierum ascensu superatur, in vertice planiciem habet, ex qua cœlo sereno ac lucido circumjacentes insulæ conspici possunt, licèt quædam 50. mill. distent, ac totidem in circuitu comprehendant. Tempore hoc cum ascenditur plurimi sulphuris lapides è cacumine ducũtur, ac in Hispaniã mittuntur, quales mihi in insula *Tercera* nauta ex *Teneriffa* adveniens demonstravit, lapidémq; hujusmodi in rei testimonium dono dedit. In Ferri insula res admiratione digna supra omnia orbis miranda notatur. Maxima hæc inter illas septem insulas in adusto ac arido solo nullas aquæ venas habet, præterquàm circa littus maris, ubi aquæ aliquid reperitur, quod tamen remotum ac exiguum, parvo beneficio, ac penè nullo insulam adficit. Ceterùm Dei singulari munere erga mortales ac pecora arborem habet, cujus species ignota est, nullâ similitudine cum aliis cognitis arboribus. Foliis longis est, arctis, ac perpetuò virentibus uulla immutatione. Hanc semper nubecula circundat & tegit, eadem specie ac forma immutabili. Ex hac in folia adsiduus humor cadit, qui limpidissimo deinceps liquore, in cupas distillat, ab incolis circa arborem constitutas, tantâ copiâ ut non tantùm hominibus, verum & armentis pecoríque abundè sufficiat. Nemo miraculi hujus aut fontem, aut causam recensere potest. Ad dextram harum insularum prodigium aliud intra 100. milliarium distantiam notatur. Ibi namque sæpenumerò insula cõspicitur, quam vulgò *San Borondon* vocant; ex improviso in eam multi inciderunt, qui amœnitatem, fertilitatémque terræ summoperè prædicant, hominésq. eam inhabitantes Christianos esse volunt. Hispani ex Canariarum insulis profecti hanc summo studio multi quæsiverunt, verùm frustrà. Vnde & variis narrationibus, vel magiæ suspicione aut exiguitatis insulæ quam continuò nubes tegant, aut matis fluxu, qui naves avertat, apud Hispanos tractatur, cùm tamẽ compertum sit pro vero, insulam extare; ac in rerum natura esse. Canariæ fertiles admodum sunt, ac fœcundæ omnium rerum ad victum pertinentium, frumento, ac excellentissimo vino inclytæ, quod indè in alias orbis partes defertur: Sacharo item celebres sunt, à mercatoribus Hispanis, Lusitanis, aliorúmq. locorum ideò frequentatæ, *Stapelam* sive conventum Indiæ navium habent, quibus ibidem vina, cæteráque necessaria præparantur. Pecore, ac camelis abundant. Ab Hispanis hodiè habitantur, mixtíq. iis indigenæ sunt *Guanchæ* vocati, ac longâ consuetudine in Hispanorum mores jàm transcripti. Caput *Canaria major* est. Ibi Episcopus degit, cum inquisitione, & Regii tribunalis audientia, manante ex eadem imperio in reliquas Canariarum insulas.

Montium altissimus in Teneriffa.

Ferri insula ejusque miraculum.

Prodigium insulæ Borondon.

Vinum Canariarum inclytum.

VI. Iulii altitudine triginta duorum graduũ generalem ventũ Boreapelioten amisimus, adepti malaciam ac apparebat etiamnùm herba illa *Sargasso* quæ mare totum ibi tegit. X. ejusdem secundum ventum recuperavimus, trigesimo quarto gradu, mare item syncerum, relictâ herbarum istâ colluvie. XIIX. altitudine 30. grad. eramus, qua insulæ *Corvo, Tercera*, ac Lisbonæ fluminis situs notatur. Omnibus hisce diebus multæ nos tranquillitates vexaverãt, posteróq. die Occidentalem ventũ nacti fuimus prosperum, multíq. tum volueres pisces apparebant, Asellorum minorũ magnitudine. XXII. eodem vento insulam *Floræ* dictam conspeximus, & eam quæ *Corvo* dicitur, vicinam superiori. Indè ad Eurum, usque ad Tercerae insulam 70. mill. cõputantur. Hoc tempore homines in navi nostra debilitati lõgis diuturnísq. miseriis, ac fame exhausti, quòd omnia penè corrupta essent, quæ ad victũ pertinebãt, variis morborũ generibus, circa oculos, pectus, ac gingivas putredine

Insulã Floren aspiciunt.

Navalium societorum miseria.

Digitized by Google

adfectas deterrimè vexabantur. Nàm & multi dulcioris aquæ inopia orizam cum marina decoquebant. Reperiebantur ergò aliqui emortui sub foris, jam triduani aut quatriduani, rigente cadavere, lugubri sanè spectaculo. Quatuordecim ità nobis homines perierant pervulgato inter mancipia ac liberos malo. Eodem die circa vesperã cum insulis *Corvo* & *Flores* accederemus vela tria aspeximus, quæ consternationem haud parvam nobis intulerunt. Petebant enim Prætoriam classis nostræ, cúmq. ea; item altera ex classe, tormentis agebant diu, quo argumento Britannorum myoparones esse facilè collegimus fluente cum Anglicis signis aplustro. Triginta vasorũ myoparonem hujusmodi arbitrabamur. Nocturno tempore nos insequebãtur, quo Lunæ clarâ luce propter insulam *Fayal* navigabamus, posteróque die inter *S. Georgii* insulam quæ ad dextram erat, àc insulam Gracioſam, quę ad sinistram manebat, insequẽte nihilominus Anglorum manu. Deliberabant ii; Myoparoq. unus recessit altum petens, arbitratus navem aliquam defectã etiamnùm à tergo hærere. Verùm mox rediit, communicatisq. consiliis navem nostram ex occasione cui *Sancti Georgii* insula inferior erat invadunt, ut terræ nos impellerent, navique damnum memorabile inferrent. Parumque id maliaberat. Etenim animosè Britanni tormentis ac balistis nos petebant, quibus ea periculi manifesta ratio timorem ingentem ineſſe rat, consternatis omnium animis; rudentes ac vela tormentorum illi ictus vastaverant, navem ipsam non item. Nemo ex nostris sese audebat ostendere, tantúsque in navi strepitus erat, ut confusionem quandam rerum hominúmque dixisses, tormentóque emisso uno, eidem denuò implendo vel horam tribuere cogebamur. Reliquæ naves nulla nostri cura sublatis velis quanta poterant cum vi portum petebant. Appropinquabamus interim *Terceræ* discessitq. ergo classis Anglorum, infinito nostro gaudio. Ceterùm fodicabat animos nostros alia solicitudo, nempe super ipsius Terceræ statu, quomodò enim ea insula teneretur ignorabamus, quòd nec classis ulla Lusitanorum consuera appareret, Anglíque (ut dictum) liberrimè adeò vagabantur. Non minor insulam Terceram anxietas tenebat. Suspicabantur etenim incolæ hostes nos esse, àc ex classe Anglorum Terceræ occupandę causa missos, quod Britanni deducto aplustro nostris sese junxissent, àc velut ejusdem classis adventarent. Ergo insulani dromades duas eo a Rege missas ut navibus Indiæ voluntatem suam indicarent emittunt, quæ nos specularentur, eæq. postquã amicas cognovissent, propius nullo metu accedebant. Anglorum navibus ea præda visa est. Itáque antevertunt nos àc dromades petunt, quibus amicitiæ imago imposuisset nisi tormentis è nostra classe significati fuissent animi partiũ, dato signo quo moniti terra sese occultarent. Angli ubi id animadvertunt in mare provecti nos relinquunt, dromadesque accedentes nunciant insulanos omnes in armis esse ob Draecki Angli metum, qui (ut ex Portugallia allati rumores ferebant) insulam meditaretur invadere. Nunciabant itèm infaustum classis Hispanicæ Britannico bello destinatæ successum, Angloſque Lisbonæ sese portis ostendisse. Velle ergò Regem ut Tercerę stationé subiremus, ibíque alia ejus consilia exspectaremus, quòd in Lisbonã navigatio haud tuta esset. Mœrore hęc res affecit classem omnem. Periculosa enim circa Terceram classium statio est, patulo mari, quam naves Indiæ nunquàm experiuntur, emittentes tantùm scaphas recreationis, àc refectionis causa, ipsæ interim cursum obliquantes. Sed premebat regis mandatum, àc à Comerlandio Anglo manifestum periculum, qui subindè quibusdã bellicis navibus comitatus, mare hoc infestum reddebat. Ergo 24. Iulii S. Iacobi die naves nostræ sex numero, quinque nempe ex Orientali India, àc una Malaccæ Anchoras emittunt, stationé subeuntes sub arcis præsidio, antè urbem Tercerę Angram: Indè mox dromades tres aut quatuor emisimus, quæ Regem de adventu nostro certiorem facerent, àc consilium peterent. Magno hanc stationem metu tenebamus. Augusti etenim mensis initio summus ibi procellarũ impetus sævit, nulla defensione aut tegumento, cùm ventus ab Austro & Orientaliore Australi plaga fluit. Tum navibus sæva vis incumbit, præcipue Orientalis Indiæ grandioribus, & ob oneris nimietatem regimini ac moderationi ineptis.

Quarta Augusti nocturno tempore ingruẽte Australi vẽto altano naves procellis concussæ magno in periculo versabantur, ne ad terram dilaberentur, àc ita dissipatæ confractæque interirent. Tormentis auxilii necessarii testimonia reddebãt; cum omnes navium officiales penè in terram, more Lusitanorum haud probo, vulgari tamen, egressi essent, relictis tantùm in navibus mãcipiis quibusdã ac mesonautis. Strepebant per urbem campaniæ omnes, oppletáque ea fremitu dissono, clangoribus maximis turbabatur, cùm maris commota sævitia, neque insulanos ad navium, neque nautas ad insulæ accessum permitteret. Navis nostra S. Crucis in terram sæpenumero vergebat cui illisa haud dubiè disrupta àc penitùs vastata exstitisset. Avertit id malum Deus. Navis Malaccitana rudentibus ruptis cùm non sufficerent homines qui in navi remanserant reparationi, ac alterius anchoræ emissioni, detruncatis multâ vi malis in rupes descivit, aqua usque ad superiores foros protinus mersa. Tùm velut pacatâ maris iracundiâ ventus in

Caurum

Mors.

Britannorum naves classem invadunt.

Eamque qua Ioãnes Hugo navigabat petunt.

Periculosa circa Terceram statio.

Quam tamen necessitate volente classis Indiæ subit.

Tempestas ingens naves adficit.

Digitized by Google

absque Regiæ ſententiæ arbitrio. Magno in timore vela dant. Ego amicus factori Malaccitanæ navis, precibus ejus motus, cui

velut muris, nativo opere, quo deficiēte validum continuò propugnaculum ſuccedit. Portum ſinumve defendendis navibus aptum non habet. Ante *Angram* tamē urbem

Digitized by Google

Mo

Britan
naves
invad

Eam
loin
navi
tum

Anglorum navibus ea præda vita eri. Itaque
antevertunt nos ac dromades petunt, qui-
bus amicitiæ imago imposuisset nisi tor-
tâ vi malis in rupes descivit, aqua usque
ad superiores foros protinus mersa. Tùm
velut pacatâ maris iracundiâ ventus in
Caurum

Digitized by Google

Malaccitana navis petit.

Canrum fluxit, sævitiáque ipsa undarum conticuit. Quæ aëris immutatio ni accidisset, eandem fortunam cæteræ quoque naves perpetiebantur, jam decreta malorum funiumque dissectione, salvandorum hominũ gratia. Hac Malaccitanæ navis submersione multæ merces opulentissimæ peribãt, quod ea ditissima sit, polleátque Moluccarum, Chinæ, àc aliarum insularum opibus. Ita terrimo tristíq. spectaculo fluebãt passim Damascæni panni, vestes sericæ, Porcelanæ, aliæq. similes merces, pretiosá rerum facie contecto littore undisque hujusmodi sarcinis. Quasdã sanè res servarũt ex iis quæ ad manum erant, ac tempore per urinatores aliquìd Piperis, Caryophyllorum, ac Macis eduxerunt. Verum maxima pars bonorum interierat, quæque restabant corruptione infecta erant. Includebantur reliquiæ mox *Alfandegæ* sive Telonio regio per Regis curatores, ut vectigal regi ex jure suo salvum esset, miserabili conditione eorum, qui post trium annorum inenarrabiles fatigationes, àc extremam miseriam, in Malacca (ut alias narravimus) perpessàm, nunc naufragi, à curatoribus Regiis summum jus obtendentibus, ex corruptis iis facultatibus, ne obolum quidem impetrare poterant, licèt cautionem vectigalis nomine abundè offerrent, ut eo modo vitam, quam vix aliter tueri poterant, sustentarent. Quinimò dromades se pollicebantur instructuros, ac debitâ fidejussione præstita, bona in Telonium Regis delaturos, suo periculo, àt frustrà, cùm Regii Curatores classem è Lusitania præfidiariam affore identidem recensérent. Demùm Piperis conductorum importuna efflagitatione, licentia conceditur cuique imponendi facultates suas, quibusvis navigiis, ac Lisbonam in domum Indiæ deferendi, postquàm ibi per annos duos ac dimidium hæsissent miseri homines in summa inopia, ac suprema rerum desperatione. Largitione autèm maxima opus est, circa hujus telonii præfectos, ut mercium quam citissimè vectigal describatur, ac numeretur, alitèr trium ferè quatuorve mensium cunctationem subeas. Elegantiæ si quid naves habeant, id magistris vectigalium ferè cedit, cum quibus licèt ipsi pretium sese daturos polliceantur, nulla tamen hujus rei nomine legis actio est.

Octavâ Augusti deliberationem inierunt navium moderatores cum insulæ gubernatore, disceptantes quid porrò faciendum esset inclinante anno in tempestates metu similis naufragii, quod modò accidisset. Navis ergo cujusdã validæ præsidio, quam *Galeonem* vocant, quæ eo tempestate delata erat, cum Brasiliam peteret, Gubernatorem ejus terræ vehens, abitum concludunt, licèt absque Regiæ sententiæ arbitrio. Magno in timore vela dant. Ego amicus factori Malaccitanæ navis, precibus ejus motus, cui adjumento esse volebã, & quod Piper omne ad eosdem magistros pertinet, rebus meis ordinatis per eos qui discedebant, privatis commendationibus in insula remansi, exspectaturus, dùm bona servo, iisq. intendo, quorũ bonam partẽ per urinatores eduxeramus, Regis promissàm præsidiariã classem. At hæsit ea, nosque triginta mensium fastidiosissima mora confecit, ingenti sociorum calamitate, ac pravæ circa marinas res Lusitanorũ curæ argumento. Trigesimâ Augusti eædem naves paritèr insulæ accesserunt, sine anchoræ tamẽ emissione, hactenus usæ fuerant adverso vento, aquæque premebantur inopia. Ea erat reditus ratio. Pridie Anglus Commerlandius sex aut septem navium classe Terceræ littora præternavigaverat, jamque oculis erepto eo naves Indiæ commode se proripiunt, adsumptis adhæc quadringentis Hispanis ex insulæ Terceræ præsidiariis. Vsæ prospera navigatione intra XI. dies flumen Lisbonæ subeunt, magna omnium cõgratulatione. Quod si diem unum etiamnùm hæsissent extra flumẽ, Capitaneo Draeckio classe quadraginta naviũ Yuecincto, ac Cascayo admoto cùm ipsæ anchoras tollerent, triremium vi abductæ, in prædam cessissent. Quâ rerum serie facilé hujus navigationis summa difficultas considerari potest, inter belli, maris, cœliq. mala, cum earum rerum quæ ad nauticam facultatem pertinent tenuissima cura: Vt prodigiosus quodammodò adventus naviũ Indiæ haùd immeritò haberi possit.

Joãnes Hugo ceteris discedentibus in Tercera manet mercium Malactæ navis causa.

CAPVT XCVII.

Asorum, sive Flandricarum, insularum descriptio.

Insulæ Flandricæ septem, Nomina.

INsulæ *Asores* seu Flandricæ septem numero jacent *Tercera* nempe, *S. Michaelis*, *S. Mariæ*, *S. Georgii*, *Gratiosa*, *Pico* & *Fayal*. Reliquæ duæ *Flores* & *Corvo* Asorum nomine non cõprehenduntur, licèt hodie sub eadem gubernatione paritèr novem insulas statuant. *Asores* autem ab Accipitrum multitudine dicuntur. Primum earum copiam inventæ habebant, nunc nulla hujusmodi avis apparet. Flandricas verò à Flandris vocant. Primi quippé habitatores insulæ *Fayal* Flandri extiterunt, hodieque ibi etiamnùm familias habent, hominum gestu ac capillo Flandris similium, manetque torrenti nomen in loco quem colunt. *Ribera* enim *dos Framengos*, id est, Flandrorum torrens dicitur. Caput insularum *Tercera* est, dicta vulgò *Insula de Jesus Christus de Tercera*. Milliaria quindecim aut sedecim complectitur, altissimo æditoque rupibus solo, ut invicta habeatur, cincta undique velut muris, nativo opere, quo deficiẽte validum continuò propugnaculum succedit. Portum sinumve defendendis navibus aptum non habet. Ante *Angram* tamẽ urbem

Caput insularum Terceræ.

Digitized by Google

Angræ sinus. mare lunari flexu patens, velut oris hiantis forma; sese in aliquem portus speciē sinuat. Inde civitati nomen, ab ore aperto vel bicorni Luna, cujus formam Lusitani *Angra* vocabulo appellant. Ab una parte ubi se velut cubitus extendit montes duos habet Bresijl Mons. *Bresijl* dictos, qui in mare excurrunt ea figura ut procul tanquam ab insula sejuncti appareant. Altissimi autem sunt, ità ut visus sereno cœlo ad 15. usque mill. liberè excurrat. Duæ ibi lapideæ columnæ stant, ex quibus custos, adventus navium, insulæ demonstrat. Quæ enim ex Occidentali parte, Australivè, India utraque nempè, Brasilia, Guinea, Capite Viridi, aliisve locis veniunt, ex Occidentali columna sublatis vexillis notantur, quæ si plures quinque numero sint majore vexillo classicóque signantur. Ex Orientali columna sublatis ad eandem notam signis naves ex Portugallia, aliisque Orientalibus locis, sive Septentrionalibus venientes cognoscuntur, cùm columnæ hæ ob altitudinem urbi universæ conspicuæ sint. Ità nihil ex mari novum, quod non continuo omnem insulam pervadat. Nam & per omnes montes mare spectantes, tales vigiliæ dispositæ Gubernatori, Ducibúsque insulæ significant; Ne quid detrimenti capiant. Ad pedem prætacti montis *Bresijl* arx jacet, quæ alteri castello ex diametro respondet, in sinus suprādicti defensionem: Ne, qua navis absque arbitrio castellorum aut exeat aut intret. Metropolitana insulæ civitas *Angra* reliquarum quoque insularum *Asorum* caput Cathedrali honore, Gubernatoris, Tribunalisque juridici authoritate pollet. Ab hac urbe ad Borapelioten distat tria mill. altera urbs *Villa de Praya* dicta, id est, Littoris civitas. *Praya* enim littus sonat, ipsiusque oppidi situs littoralis est, frequentiâ negotiationis tenui, quòd portu planè careat, nisi tempestate eo delatis navigiis, quæ ibi bona sua *Angram* porrò deferenda exponunt. Est ea muris cincta, satis probâ fabricâ, populosa minus, agricolas tives habet. Ager vicinus frumēti feracissimus est. Cæterùm universa insula admodùm jucunda frumenti multum habet ac vini. Exportari tamē vina nequeunt, quòd tenuiora sint, ac firma parum, plebi ideo in potum cedunt, cum ditiores vinis ex *Madera* ac *Canaria* utantur. Piscium, carnium, animalium, aliarúmque rerum necessariarum in necessitate quæ insulæ sufficeret copia est. Oleo duntaxat ex Lusitania adventitio utitur; item sale, ollis, patinis, figulina supellectile, aliisque hujusmodi utensilibus caret. Fructus fert; Persica varii generis ac numerosâ in miraculum usque copia; Cerasa, prūni, nuces, castaneæ parvo numero sunt. Verum poma, pira, mala aurea, limones, &c. sufficiunt. Herbas omnes, plantásque, brassicam, raphanum, &c. certo statóque anni tempore præbet. Præcipuus hic fructus ac singularis sub terra, raphani aliarumque radicum instar crescit. Plantæ arbores sunt vinearum formâ, foliis tamen diversis; terræ incumbunt. Fructus *Batatas* vocant, libræ magnitudine, parvi ibidem pretii; plebi in optimum ac præstantissimum alimentum serviunt. Major iis in Lusitania dignatio est, quam copia in Tercera imminuit. Alius hîc fructus videtur frumenti modo seminatus, ex radice graminis sive foliorum crescit, sphærica forma penè, pisi instar. Gustum suavem habet bulbocastanis similem, duriore tamen cortice. In aliis regionibus magni fit, hic ob multitudinem vel porcis projicitur. Eadem in Insula passim planta invenitur, altitudinis virilis staturæ, nullo fructu, cum duntaxat radix mollis ac flava in aureæ comæ, sericive teneritudinem deducta, ab incolis ad lectorum tomentorumq. implementa serviat, plumarum, lanæque loco. Curiosus aliquis (ita opinor) ex eadē materia textile aliquod opus facilè concinnaret. Ceterum præcipua negotiatione hinc Angli, Scoti ac Galli glastum quo in coloribus utuntur petunt, cum pannorum aliarúmque mercium permutatione. At Anglis commercia postmodùm interdicta sunt. Aves sylvestres insula multas non habet. Eę quas *Canarias* vocant ubique magno numero volitant. Inde multi aucupes circa earundem distractionem hic occupantur. Coturnices etiam plures habet, aves domesticas, Gallinas Africanas, &c. Venandi hic nullum studium, quòd terra duntaxat Cuniculos quosdam alat. Piscium æstivo tempore magna copia est, nam hyberno mare piscationi haud commodum; Ianuario etenim, Februario, Aprili, Martio, àc etiam Septembri mensibus, id variis procellis commotum fremit. Terra ipsa montuosa, multis locis deserta, arboribus àc sylvis inculta, itineribus haud æquè patet. Rupes undique asperrimæ eminent, velut in Adamantum aculeos porrectæ, ut plantam permeantis secare valeant. Eæ etiamnùm vineis consitæ, æstivo tempore, densis foliis conspectum omnem impediunt, mirabili naturâ inter saxa & scopulos fixis radicibus, velut inaccessibili summitate. In campis, locisque planis vinea non crescit, gaudetque petris, quibus ex eo proventu magnum pretium est. Terra plana, quæ in quibusdam locis multa est, præcipuè apud *Villam da Praya*, frumento ac glasto fœlix habetur. Ideò incolæ exotico opus non habent, nisi summâ anni sterilitate, licèt præter habitatores vexilla XIIII. Hispanica tutandis finibus. eodem frumento alantur. Miraculo tamen sit frumentum aliósque insulæ fructus non durare supra annum integritate probâ: Quæ anni spacium superant ea corrupta minimi valoris sunt. Vt tamèn frumentum custodiant incolæ, idipsum

Columnæ ex quibus insulanis signum datur adventantiū navium

Arces.

Villa de Praya in Tercera insula.

Ager insulæ frumenti ferax.

Piscium copia & carnium.

Fructus.

Batatæ.

Insulæ descriptio.

Qua radice tomenta impleant.

Præcipua ex glasto negotiatio.

Canaricæ aves.

Hyems.

Rupes Tercerę.

Quæ vineas habent.

Hispanicum præsidium.

Digitized by Google

Frumēti servandi mitratio.

idipsum sub terra condunt, ad quatuor vel quinque mensium spacium. Estque singulis civibus in platea certa eum ad usum effossus puteus rotundus, terrā levi duntaxat operā educta, orificio viri descendentis capaci, formatóque operculo cui nota domini insculpta stat. Hujusmodi fossæ frumentum suum quisque quod habet post messem Iulii imponit, terra ac operculo tegit in Nativitatis usque domini tempus. Tùm educunt idem integrum & incorruptum omne incolæ, licèt quidam tantùm educant particularim quo uti velint, reliquumque eodem in puteo relinquant. Post supradictum hoc defossionis consumatū tempus, durat per reliqua anni tempora, in cistis aut arundineis cupis, nullā movendi necessitate. Ceterùm insulanis

Boves Tercerę cum quæstu habentur.

præstantissimum ex bubus lucrum est. Illi cornibus grandioribus cunctos Europæ boves pulchritudine ac specie longè superant. Nomen omnes proprium habent, eoque à domino evocati inter armenta degentes accedunt. Solum altum ac collibus

Solum concavum.

frequens hujus insulæ concavum quis diceret, ita sonus aliquis incedenti, velut è cavea, occultisque subterraneis speluncis respondet. Sanè terræmotu crebrò concu-

Terræmotu crebro concussum.

titur. Ignes quoque ac flammarum spiracula habet. Nam & hodiè in *Tercera* ac S. Michaelis insula loci inveniuntur, ex quibus vapores fumosi assiduè oriuntur, adusto undique solo. Item fontes in quibus ovum

Fontes calidi.

velut ignis beneficio coquas. In *Tercera* insula tribus mill. ab *Angra* fons occultā

Fōs qui lignū in lapidem mutet.

quādam proprietate lignū omne injectum lapidescere facit, temporis lapsu, ut ipse experimento cognovi, ex arbore cujus radix ab ea parte, qua aquam fontis tangebat in petram durata erat, altera verò ità constituta, qualitèr cæterarum arborum radices apparent. Ligna diversa ac præstantissima præbet Tercera, inprimis Cedrum,

Cēdrus.

tanto numero, ut vilitèr in naves, carros, ac struendo foco consumatur. Aliud genus ligni ibidem est *Sanguinho* dictum, pulchro, sanguineóque colore. Sunt & ligna alba ac flava genuinis optimisq. coloribus. Vndè multi hic artifices elegantiora ex variis lignis fabricant, cistas, promptuaria, scriptorias thecas, &c. quæ in Lusitaniam mittuntur, expetita præsertim a classe Indiæ Hispanicæ,

Ligna varia.

quæ hic semper sese reficit. Nam in Lusitania ac Hispania opus hoc elegantissimum est, ac amatum summoperè, quod tamen capsulis artificiosisque Nurenbergensium operibus cedit: Sanè ligni varietate genuinoq. colore pollet. Præter relata enim ligni genera ex classe Hispanicæ Indiæ alia insuper advehuntur, versicoloria, in jucunditatem adspectus admirabilem, quem nec pictura elegantius posset adficere. Ceterùm insula *Pico* 12. mill. à *Tercera* dissita ligni

Ligni Teixo.

quoddam genus fert *Teixo* dictum, quod amplissimum ac regium lignum est. Nam & regio edicto cavetur: Ne quis illud violet, cùm ministri regii duntaxat ejus secandi curam habeant. Est autem duritie summā, colore introrsum rubro, coccineo, undulato, pulchritudine eximiā; quæ temporis longitudine etiamnùm augetur. Has insulas omnes Lusitani habitant. Post Lusi-

Præsidiarii Hispani Tercerā.

taniæ tamen nuperos motus Iberum militem Tercera suscepit, cum ejusdem nationis Gubernatore. Illud præsidium propugnaculis ac castellis insidet, Lusitanorumque neminē injuriā aliquā adficit. Miles quippe nullus absque venia extra urbem in agros abit. Indè viarum omnium continua securitas per universam insulam. Advena insulam circuire aut obequitare non potest. Lusitanorum ita edicta habent, sed vel peregrino mercatori vicus olim in urbe assignabatur, in quo merces suas venderet, atque ex eo non discederet. Hodiè liberiore ambulatione urbs tota agrique patent, interdicta etiamnum oræ collustratione. No-

Insulam Iohannes Hugo inspicit.

bis ea singulari Gubernatoris benevolentia concessa fuit. Itáque bis equis à Gubernatore oblatis insulam circulari conspectu hausimus. Cùm enim sub Regis ministerio haberemur, tanquàm Lusitani indigenæ reputati, nulla majore difficultate incedebamus. Gubernator tùm à me obnixè petebat totam ut insulam delinearem, cujus ille imaginem ad Hispaniarum Regem emisisset; At eam molestiam laborémque excusationibus removebam. Civitatem tamen

Civitatis Angræ delineatio per Ioannem Hugonē

Angram, cujus hic exemplar vides, figurā ipsā ad Regem missā, delineabam cum castellorum ac propugnaculorū situ; eo modo benevolentiæ Gubernatoris insinuatus. Degebant nobiscum eodem in diversorio Gallus & Scotus mercatores, qui pari circumspiciendæ insulæ studio ardebant, verùm Lusitanis denegantibus, atque timentibus, Ne aliquis explorator temerè accedat. Vt ad insularū descriptionem revertamur. Aër hic ubiq. bonus est. Morbi patrii pauci

Morbi Tercerē.

tamen sunt. Sideratio Lusitanis *O Ar* quæ hominem debilem ac claudum reddit ex omni parte corporis, aut aliquo ex mēbro. Sanguinis suffusio Lusitanis *O Sangue* cùm subitò in vultu circa oculos, aut alia corporis parte sanguinei tumores exoriuntur. Duo hi morbi præcipui sunt, ex tempestatibus, procellis, humiditate locorum, ac ve-

Ventorū vehementia.

hementi ventorum flatu procedentes. Nàm tanta hic vis ventorum est, ut ferrum ac saxa ædium penitus consumat. Ipse vidi in Telonio Regio quod ante sex annos ædificatum fuerat, ferreos clathros, crassitudinis brachii ad straminis tenuitatem redactos, ipsósque lapides adesos, ac ad nihilum deductos. Ideò fere in frontispiciis ædium lapides collocant, quos circa littus insulę sub aquis latentes eruunt. Ii validius cōtra ventos durāt. Insula præter supratactas civitates

vicos

Digitized by Google

Vici Tercerę. vicos complures habet, nempè *S. Sebastiani*, *S. Barbarę*, *Altares*, *Gualvam*, *Villam novam*, aliásque mansiones, ita ut ubique culta sit exceptis sylvestribus locis quæ tantum absunt a cultura ut transiri nequeant. Præcipuo quæstu glastum incolæ tractant, nempe qui agricolæ sunt, atq. præparationi glasti sese dedunt. Cæteri ex classibus Indicis, Brasiliæ, Capitis Viridis, Guineæ aliarumq. regionum lucrum captant. Tercera opportuno situ feré cuncta navigia lucrosissimis navigationibus celebrata excipit. Ibi tùm incolæ victum, merces quas habent, fabricataſque reculas distrahunt, advenientibusque divendunt; eo tempore in Terceram cunctis insulanis vicinis commerciorum gratia commeantibus. Angli hinc prædatoriis lembis continuo mare exercent, spoliandis navigiis, quæ ad hanc insulam divertunt. Adeò nunc plures classes insidiarum metu hasce insulas evitant, magnis incolarum dispendiis, gravíq. navium incommodo. A Tercera ad Notapelioten 27. aut 28. mill. distat *S. Michaelis* insula, in longitudine penè 20. mill. habès, vicis, mansionibusque frequens. Lusitani eam colunt; eodemque aëre, similibusque rebus ut Tercera fruitur. Præcipua urbs *Punta Delgada* dicitur in qua Britannorum, Scotorum àc Gallorum majore frequentia, quàm in Tercera, glastum, ob ejusdem ibidem eximiam copiam, supra bis centena Quintallorum millia singulis annis, distrahitur. Frumenti quoque feracissima est, ut sæpe aliarum insularum inopiam sublevet. Nullos eadem portus habet. Altum undique mare fremit, minusq. tutum quàm circa Terceram: At nullum ibi porrò propugnaculum prohibet, quo minus ingruente tempestate plenum oceanum petàt periculi vitandi gratia, quòd circa Terceram non conceditur. Ideo advenarum classes S. Michaelem libenter petunt. Vexillum itèm Hispanorum ad custodiam urbis *Delgadæ* arcem servat. Ab insula *S. Michaelis* ad Austrũ 12. mill. dissidet insula *S. Mariæ*, 10. aut 12. milliarium circuitu, nullo commercio præterquàm figulinæ terræ celebris. Glasto enim seu *Pastello* caret. Ea tamen quæ ad victum necessaria sunt affluunt. A Lusitanis habitatur. Hispanis præsidiariis non tenetur, quod scopulis immanibus circundata, ab incolis satis superq. servari queat. Eo tempore quo in Tercera morabar *Commerlandius* Anglus aquationis ac victus gratia hanc insulam petebat; Sed idem magna suorum clade, acceptóque vulnere ab incolis, discessit. A Tercera ad Circium 7. aut 8. mill. distat insula *Gracioſa* dicta; 5. aut 6. milliaria duntaxat complectens. Amæna admodum àc jucunda, fructus fert varios, quibus & Terceram ipsam instruit. Lusitanos habet incolas, nullos vero custodes milites, quòd ob exiguitatem, præsidii sumptus ferre nequiret. A Tercera ad Corum, post 8. vel 9. mill. *S. Georgii* insula conspicitur, longitudine supra 12. mill. arcta tamen duorum aut trium milliarium latitudine. Montibus frequens est & sylvis. Pastelli aliquid habet. Incolæ agros colunt, & fructus, quos subindè in Terceram devehunt. Cedrum arborem abundè fert. Ejus ligna à Terceræ artificibus, qui situs causa ibi degunt, valde expetuntur. A S. Georgii terra ad Africum insula *Fayal* jacet, quæ 17. aut 18. mill. continet, post Terceram & S. Michaelis, tertio loco celeberrima. Nàm omnium rerum ad victum necessariarum adundantiâ præstat. Armentis & piscibus adfluit, ipsamq. vel Terceram instruit. Glastum itèm habet, ac ab Anglis ideo frequentatur. Statio præcipua circa hanc insulam apud *Villam Dorta* est, ibi item naves vastò mari objectæ jacent. Civitati arx parùm firma adjacet. Quòd autem incolæ conquerebantur de magnitudine sumptuum, ac præsidii molestia, offerentes ipsi custodiam insulæ ex suis, Rex Hispanos milites abduxit. Ceterùm Commerlandius post tenuem defensionem, ortamque inter incolas dissensionem insulam cœpit, castrum destruxit, tormentáque salo mersit, abductis quibusdam dromadibus, seu ut vocant *Caravellis*. Ideò correptis principibus castigatíque à Rege, novum admisere militum ex Tercera præsidium. Plurimi hic Belgæ habitant, verùm jam longà consuetudine Lusitanica linguâ utẽtes, quòd naturales Belgæ emortui sint. Valdè nostrates amant eosdemque lubentèr conspiciunt. A *Fayalo* 3. mill. ad Notapelioten, & à S. Georgii insula 4. mill. ad Austrũ, àc à Tercera ad Mesolibonotum 2. mill. insula *Pico* jacet 15. mill. longitud. Nomen habet à monte *Pico*, qui altitudine Montem *Pico* Canariæ superare dicitur. In insula Tercera sereno cœlo conspici facillimè potest, ut vix milliare distare videatur, cùm 25. mill. fere distantia cõputetur. Nam in extremitate insulæ *Fayalum* versus jacet. Vertex ultra nubes tendit, cùm mons nubibus cœli, & horrisonte tectus sit. Fama huic insulæ inde magna. Fructifera est & lignum fert copiose, Cedrum nempè, àc pretiosum illud quod *Teixo* vocant. Hic & naves quædã fabricantur ob ligni cõpiam. Pecora habet, àc vini multum, fructusque præstantissimos, inter quos & mala aurea sapore excellenti, Terceræ, àc Lusitaniæ hominibus summoperè expetita. Caput harũ insularum civitatem *Angram* à me delineatam adjicio. Ibi statio navium, Mons Bresijl & Arces apparent.

Incolarum commercia.

S. Michaelis insula.

Glasti ferax.

S. Mariæ inſ.

Gracioſa inſ.

S. Georgii inſ.

Cedrus.

Fayal insula.

Capitur ab Anglis.

Belgæ insulam Fayal colunt.

Pico insula.

Mons altissimus.

Mala aurea præstantissima.

CAPVT XCIIX.

Insulæ Corvo & Flores.

A *Tercera* ad Occidentem, usq. ad insulam *Flores* 70. mill. enumerantur.

Insula Flores.

Septem

Digitized by Google

Septem mill. complectitur, nihil commercio dignum fert præter glastum. Pecudes nutrit copiosè, patet omnibus advenientibus, etiàm Anglis, quòd incolæ eos arcere nequeant. Ab hac ad milliaris differentiam exigua insula jacet circuitu tria aut duo mill. continens *de Corvo* dicta; à Lusitanis item habitata. Inter has duas insulas aut circa eas Anglorum naves fere continuò versantur, exspectantes classes Indiæ Occidentalis. Nam illis hæ ex Flandricis insulæ primùm apparent. Incolæ parum inde fœliciter vivũt, objecti prædationibus, ac bonis sæpe exuti. Tercera jacet 39. grad. eadem altitud. qua Lisbona, distatque à Lisbona ad Occidentem ac Orientem 250. Hisp. mill. Atq. hęc de Flandricis insulis sufficiant, quę aliàs nostratibus satis innotescunt.

Insula de Corvo.

CAPVT XCIX.

Gesta quædam memoria digna, eo quo in Tercera morabar tempore.

Fulmine tacti duo homines

ANno 1589. secunda Octobris in insulæ Terceræ civitate *de Praya* duo homines extra urbẽ in campis prope muros fulmine in mortem adacti interierunt.

XIX. ejusdem in Terceram venêre XIV. naves ex Occidentali India, onerate *cochenillia*, tergoribus boum, auro, argento, margaritis aliisq. mercibus. Quinquaginta numero fuerant cum ex *Havana* insula discederent, verùm canalis exitu, ex iisdem XI. sæva tempestas oborta confregit, cæteræ etiamnuùm dissipatæ, huc illúcque vagabantur. Postridie ex eadem classe navis ut stationem subiret insulæ propinquabat, ac in obviam Anglorum navem, quę tria duntaxat tormenta habebat, cùm incideret, ipsa duodecim ejusdem generis balistis, quas *Gotelingas* dicunt instructa, obortum fuit certamẽ tormentis emissis. Eteulm à longè ex insula concursum hunc speculabamur, mittebátq. Gubernator lembos duos cum sclopetariis in auxiliũ: verùm ji antequàm accederent nobiscum viderunt navem ab Anglis quassatã, ac fundũ petentem, erectis velis, nulla eminente reliqua parte: Ab Anglis ferè triginta homines cum Capitaneo scapha excepti, ac in terram expositi fuerũt, pereuntibus etiamnũ pene 50. hominibus, ac divitiis, bis centenorum millium Ducatorum, circa aurum, argentũ, & margaritas fœdè submersis. XXVII. quatuordecim supradictæ Sevillam profectę propè Hispaniæ oram à Britannis interceptæ in Angliam abductæ fuerunt.

Capitur navis Hispanorum ab Anglis.

Capiuntur XIV. naves ab Anglis.

Hisce iisdem diebus Commerlandius Anglus circa has insulas navigabat, crebróque ad *Muscetti* (torméti genus est) ictum stationi *Angræ* accedebat. Tum & *Graciosam* ac *Fayalum* adivit, ut narravimus, dromadesque multas abduxit, consternatione universali insularum. Post tres quatuorvé ab ejus discessu dies, in *Fayalum* venerunt sex Indiæ naves, sub duce *Johanne Dorques*, quibus 14. milliones auri argentique vehebantur. Ibi exposito onere, refectisq. propere navibus, ac mox eodem resumpto, nullo postea discrimine in Hispaniã adpulerunt. Reversus Commerlandius ereptam tanti lucri fælicitatem doluit.

Commerlandius.

Mense Novembri duæ ingentes naves in Terceram venerunt: Prætoria nempè & Vicepræturia classis argenti. Disperserat eadem hyems procellosa magno naufragii periculo ut sentinatione salutem tueri cogerentur, & sæpenumero Britannorũ adventum exoptarent; quibus vitæ servandæ gratia libentèr omne Argentum concessissent. Verùm Commerlandius licet eo in tractu velificaret, iisdẽ tamen nunquàm obvius fuit, ut inde magnas post miserias stationem *Angra* subiret. Ibi citissimè exoneratæ magnã opũ vi, supra 5. milliones argenti ostendebant, in laminis 8. aut 10. librarum; contecto promontorio, littoréque argenteis laminis, ac cistis Realorum signatorũ plenis, maximá videntium admiratione. Millio deciès centena millia Ducatorum valet; & excipio etiamnum margaritas, aurũ, gemmas, aliáque pretiosa registris nondum inscripta. Admiralius hujus classis erat *Alvarus Flores de Quiniones* æger tum ex morbo Indico, ex quo deinde Sevillæ obiit. Hic literas à Rege amplas habebat, cum imperio maris in omnes naves, ac terras, ad quas veniret. Summo ergo honore à Terceræ Gubernatore susceptus. Hic cum Gubernatore deliberans, consilium init ob infirmitatem navium Britannorũmque incursiones, mittẽdi naves duntaxat ipsas vacuas in Hispaniam cum milite præsidiario, ut Rex certior factus argentum, ac opes classis securè curaret Sevillam vehi. Eam ob rem custodiendo argento, corporísque curandi gratia in Tercera remanebat *Alvarus*. Hic sexaginta millia *Ducatorum* in margaritis, privatis opibus suis reservata habebat, quas quidem nobis venales offerebat, receptis pro iisdem aromatibus, seu nummis per epistolam collybistarum. Demùm duas hasce naves tam ex sociis, quàm militibus, trecentis aut quadringentis hominibus instructas tempestas consumpsit. Prætoria enim vi maris convulsa abibat in ima oceani, cum omnium qui ea ferebantur interitu. Vicepræturia inclinatis malis prope *Sentuvallum* terræ adjecta, in partes disrupta fuit. Ex ea homines aliquot natando salvati, rerum gestarum, diræque fortunæ nuncii erant.

Divitiæ classis Hispanicæ ex India.

Alvarus Flores.

Ejus divitiæ.

Hoc eodem mense naves duæ grandes ex Hispanorum India venientes, stationíque Terceræ ad dimidii milliaris spacium accedentes, in Anglicæ navis occursum inciderunt, quæ post tormentorũ diuturnos ictus naves eas Indicas binas cœpit in conspectu totius insulæ. Causa hujus animosæ prædationis hæc

Angli duas Hispanorum naves occupant.

Digitized by Google

tionis hæc erat: Sub Gallorum titulo Angli quidam ante 8. menses glastum in Tercera navi excipiebant. Verùm eorum fraudem detexit aliquis. Ideo navis in fiscum redigitur, bona omnia Regis in commodum venduntur, sociique cuncti comprehenduntur, libera in custodia habiti, quòd insula ferè clausi carceris vinculis velut teneantur, licèt postea Dominico die post scopulum *Bresijl* dilapsi piscatoriumque lembum nacti aufugerint, petentes navem Commerlandii, qui tum forte id mare navigabat, remanentibus duntaxàt in insula gubernatore ac mercatore, qui fidejussores dederant. Huic gubernatori in Anglia gener erat, uxorisve frater. Is ubi affinis sui captivitatem intellexit à Regina veniam impetrat instruendæ navis, reparandique damni ex Hispani alicujus captura, ut eo modo fratrem suum redimeret. Idem ergo has duas naves, ut modò narravimus occupavit, astante mihi Britannico eo rectore. Captis navibus cum opulentia, supra ter centena Ducatorum millia, socios omnes dimisit in terram, retentis tantùm duobus nobilibus missique ad Gubernatorem literas, per Rectorem ex Hispanis, quibus indicabat velle se permutare cum fratre suo hosce duos nobiles; si ea illi sententia esset dimissurum se eosdem; sin minus abducturum in Britanniam. negavit Gubernator: adjungens; petendam eam esse gratiam à Rege, quam impetrare possent ipsi iidem nobiles. Convivio hunc Hispanum Rectorem nostro admovebamus, qui pugnæ ordinem referebat, Anglorúmq. ordines laudabat. Postea idem Rector Anglus nullo persoluto lutro aufugit.

Causa.

1590. Ianuario mense anno 1590. navis una in Tercerâ venit ex Hispaniarum India, tristis nuncia interitus 100. navium, circa Floridæ tractum, ex quibus hæc sola supererat: Inde computatione inita ex 220. navibus, quas anno 89. ex Nova Hispania, S. Dominici, Havana, Capite viridi, Brasilia, Guinea, &c. constabat discessisse, 14. tantum, aut 15. naves salvas advenisse cæteris submersis ac tempestate deletis.

Damnum ingens Hispanorum.

Eodem Ianuarii mense in Terceram advenerunt ex Sevilla quindecim aut sexdecim naves, pleræque Belgicæ àc Bretannicæ aliquæ, eam ob navigationem arresto detentæ. Militibus plenæ erant ac omni bellico apparatu instructæ, suscipiendum ad argentum àc transvectionem *Alvari Floris*. Eo autèm tempore cùm plurimi ibidem venti mare exagitent, navis nulla stationem audebat subire, quæque ei se commiserant aliquæ, detruncatis malis infinitis in periculis versabantur, vastato ex eadèm classe Biscayæ navigio, rupibúsque illiso, salvatis tamen hominibus. Ideò reliquæ naves altum tenebant, sparsæ pro venti arbitrio in XV. diem usq. Martii, ut toto hoc tempore nullum anchoræ ejiciendæ momentum esset idoneum, aut subeundæ stationis. Cessante procella incidit in hanc classem subito Anglica navis 20. vasorum, quæ ob ingentem ventum vela cuncta pandere nequibat; Hanc capiunt Lusitani, vexillúmq. Anglicum trophæi instar puppi imponunt suæ. Verùm a statione haud longe occurrunt iisdem duæ Anglorum naves, quæ jacturam eam penè reparassent, nisi civitatis arcisque propinquitas Lusitanis, tormentis emissis, favori fuisset. Angli omnes compedibus vincti inter se bini tenebantur. Hos sub foris positos vindictæ acri Oestro percitus Vexillifer Hispanus, quòd fratrem in classe Hispanorum, quæ Angliam petebat amisisset, pugione nudo aggreditur, àc sex junctim sedentes jugulat. Duo, qui id facinus videbant reliqui, evitandæ cædis causa in mare desilientes ibidèm submersi sunt. Scelus hoc Hispani omnes detestabantur; Lisbonámque Signiferum miserunt, quem Regis dejnde sententia damnavit, dedendum Reginæ Britanniæ. At amicorum precibus ereptus supremum tamé capitis supplicium luere debebat; Ni Veneris sanctâ die Lisbonæ Capitanei cuncti congregati, ipsi veniam summa prece impetrassent.

Capitur Anglorum navis

Facinus.

Duæ eæ naves, quæ Admiralium classis (ut dictum est) insequebantur, altum petentes, in navem remotam â classe ac desideratam inciderunt, eamque cœperunt, expositis in terrâ hominibus. Erat hæc eadem navis quam in Tercera confiscatam narravimus: Vendita enìm fuerat Hispanis ex India venientibus, àc nunc ad S. Lucæ oppidum delata, eodem arresto ad hanc navigationem adacta. Pollebat sanè velificandi celeritate, verùm ab Hispanis directa non itèm; abducta ergo pristinis Dominis in Anglia cessit.

XIX. Martii supradictę naves 19. numero vela dederunt, argentum vehentes, àc generalem Præfectum *Alvarum Flores de Quinonæ* cum suis, instructæ omnes milite, armamentis, àc necessariis rebus, eo animo ut vel ad internecionem usque hostibus resisterent. Cursum, versus S. Lucæ portum direxerant, repugnante tamen vento, qui eas præter voluntatem ac *Alvari* decretum Lisbonæ flumini intulit bonâ fortunâ. Propè caput enìm S. Vincentii viginti Anglorum naves jacebant, quæ classi huic occurrere avebant. Verum alia Hispanorum sors extitit, sine cæde aut pugnâ, quę alias fuisset dubia, peractâ navigatione.

Hispani sub ę Alvaro felicitex enavigant.

Mense Martio anni 90. in Tercera insula Cometa conspiciebatur, sive crinitum sydus. Durabat 4. noctes, caudâ in Austrum porrectâ.

Primâ Augusti ad Gubernatorem Terceræ ex Lusitania & Hispania delatæ literæ significabãt, antè duos annos elapsos, navigasse ex Anglia 12. naves, ex quibus septem

Lusitanorum

Digitized by Google

Luſitanorum Indiã peterent, quinque vero Malaccam. Ex quinque duæ perierunt in tranſitu freti Magellanici, reliquæ ad Malaccam acceſſerunt, quid autem ibi egerint eæ literæ non continebant. Ceteræ ſeptem ſuperato Bonę ſpei capite in Indiam delatę, oram Malabar tenuerunt, ibique ſex Malabarum liburnicas cęperunt, item duas Turcarum triremes occuparunt, ex freto maris Rubri venientes, quibus dein abeundi licentiam permiſerunt. Navibus aromate oneratis porrò proficiſcebantur: Vbi autem onus ſuſceperint, quævè frequentaverint loca, haùd plane novi. Hæc ita ſcripſerat Indiæ Prorex, dimiſſis literis Venetias, àc indè Madridam.

Auguſti ſeptima 20. Anglorum naves ex quibus quinque Regiæ erant Tercerę ſeſe objecerunt, ſub Duce *Martino Forbiſchero*, expectantes claſſium ex Hiſpaniæ India adventum, aliiſque Occidentalibus locis. Inſulas hæc claſſis omnes concuſſit, Fayalum præcipuè ex qua Tibicen Anglus tormento ictus miſſus petendi cibi ac potus gratia à Gubernatore Britãnos omnes in vindictam concitavit, adeò ut Tercerę Dux lembos quoſdam cum pulvere tormentario, panéque biſcocto eò mittere cogeretur; verùm nihil mali porrò ab Anglis ejus rei gratia tentatum.

Claſſis ſub Martino Forbiſchero.

Eodem tempore naves duæ onerariæ ex Luſitania venientes Tercerámque petentes, medio mari, duas Reginæ naves invenerũt. *M. Johannes Harckles* præerat: Eæ onerarias apprehendunt, ac poſteà dimittunt: Nunciabant nobis naves ſingulas Anglorum 80. torméta habere; Capitaneumq. *Dracum* canalem Angliæ ſervare, ut claſſi *Carunhia* venienti (quæ 80. navium erat, milite, victu, ac armamentis inſtructarum, miſſa in Bretanniam ad ſubſidium ligæ Galliæ) intenderet, àc eſſe adhæc apud S. Vincentii caput 10. naves, ut elapſas Indiæ naves circa inſulas certò interciperent.

Prima Septembris in S. Michaelis inſulam myoparo venit ex Braſiliæ portu *Pernanbuco*, afferens Pernanbucum appuliſſe Admiralium claſſis Indię, quòd a S. Helenæ inſula aberraſſet, neceſſitateq. coactus hunc portum petiiſſet, licèt alitèr Rex omnino velit, ob vermes qui in hac parte naves corrodunt. Admiralius hic *Bernaldinus Rybiro* dictus anno præterito 89. ex Liſbona cum quinque navibus in Indiam profectus fuerat. Quatuor ſalvę in Luſitaniam redierunt, quintam (ut creditum eſt) quòd nuſquam ſeſe oſtenderet tempeſtas abſumpſit. Prætoriam duæ Britannicæ naves obviæ miſerè vaſtaverant, verùm & ea ſalva portũ tenuit.

mes navi. infeſti.

Quinta ejuſdem menſis dromas in Terceram venit ex inſula *Corvo* cum 50. hominibus, quos Angli eam in inſulam ſpoliatos expoſuerant. Erant hi ex navi Hiſpanicę Indiæ, nunciabántq. præter illam quatuor etiamnum naves ab Anglis captas, cum dromade in qua Regis arbitrium erat ſuper navibus Luſitanicæ Indiæ, illeque eos claſſe quadraginta navium Dominos maris, ut ne lembus quidem elabi poſſet. Ideò & Indiæ Luſitanicæ naves altitudinem 40. & quadraginta duorum graduum currebant, atq. indè Liſbonam evitantes item S. Vincentii caput, aliter vix ſalvæ, manus Anglorum evaſiſſent, quòd omne tum mare Britanni tenerent: Vt & Rex *Hauanæ* claſſi mandaret moram in alterum annum. Ne prædæ eſſet, licet ea cunctatio nautis damnoſa valdè ſit, multíque clam ſeſe abripiant, quos omnes Angli captos exponebant in terram, ut in Terceram ſemper penè aliquos exutos homines appellere videas.

XIX. in Terceram venit dromas cum officiario Regio, qui navis Malaccæ ereptas naufragio facultates quarum gratia nos ibidem morabamur curaret vehi in Luſitaniam. Profectus etenim erat e *Carunhæ* portu, cum 40. bellicis navibus *Alonſus de Baſan* ut claſſem utriuſq. Indiæ cuſtodiret; ſub eo præſidio Malaccæ quoq. bona uſque ad flumen deducerent, Verùm ob ventum adverſum ad inſulas accedere nequibant, præter duas naves quas tempeſtas à reliquis diſperſerat. Hæ claſſem nullam conſpicientes eandem quæſituræ diſceſſerint. Atque interim Rex conſilium mutans claſſem revocat, Indiæque naves jubet opperiri (ut dictum eſt) ſublatâ noſtra ſpe avehendarum mercium, àc in commodius tempus dilatâ.

XXIII. Octobris in Terceram adpulit dromas nuncia ex quinque navibus, quæ anno 90. Liſbona diſceſſerent navigaturæ in Indiam, quatuor reverſas poſtquam quatuor menſes abfuiſſent, Prætoriámq. ſolam enavigaſſe, quæ poſt infinitas miſerias ac 280. hominũ mortem in Malaccam delata fuit. Vehebatur hac navi Prorex *Albuquercquius Mathias*. Is nè illius dignitatis adminiſtrandæ facultatem amitteret, obſtinatâ mente infauſtum hoc reliquis iter emenſus erat. Viri hujus probata virtus, cùm etiamnum (ut ego eundem in India cognovi) Militem Ducémque ageret laude ſumma, apud Indos celebrata, dignáque imperio tanto habebatur. At id ille nactus, mutatis moribus, arrogantia faſtidioſus, multa indigna commiſit. Inter alia navi ſuæ appingi Fortunæ typũ curaverat, quam ille baculum manu tenens agitaret, cum hoc ſymbolo. *Quero que vencas*, id eſt, volo vincas: quod a Cardinale aliiſque nobilibus eum deducentibus notatum, ſtoliditatis haud-quaquam reprehenſione caruit.

Mathiæ Albuquercii conditio.

XX. Ianuarii ex Luſitania in Tercera intelleximus Anglos cępiſſe ratem, quam Rex in Luſitaniæ Indiam mittebat nunciam reditus navium Proregi. Ea quòd cæteræ naves reverſę eſſent plurimum argenti ferebat, quin-

Digitized by Google

Capiunt Angli naves in Indiâ missas & ex Minæ loco venientes.

bat, quinquiès centena Ducatorum millia, ex Realis 40. stuverorum, aliásq. item merces. Eodem tempore occupatam constabat navem auro oneratam ex *Mynæ* loco venientem duásque alias naves pipere ac aromatibus oneratas, quæ Italiam peterent. Earum Piper duntaxat 170. mill. Ducat. valebat. Has naves Angli in Britanniam abduxerunt.

Mense Iulio anno 91. terræmotus insulam S. Michaelis quassavit, à 26. Iulii usque in 12. Augusti continuus, ut nemo ædibus se tueri auderet, turbâ omni per campos dispersa, quos miserabili fletu repleverat.

Terræmotus terribilis.

Ruebant etenim plurimæ ædes, totáq. penè urbs *Villa Francka* dicta funditus pessundata interibat, destructis omnibus monasteriis ac domiciliis, quibusdam adhæc hominibus ruinâ oppressis. Terra aliquot in locis patula hiatus præbebat, translatæque sunt rupes, vastatis ac collapsis quibusdam montibus. Tantá sanè motus violentia, ut mare ipsum tremeret, navésq. quæ stationi adjacebant, prorsùs quasi mundi cardines vertendi essent. Fons item erupit subitò é terra, limpidissimæ aquæ scaturigine, per quatuor dies clarus, ac deinde obturatus. Audiebantur mugitus subterranei & dira tonitrua, velùt si Dæmonum catervis antra oppleta fuissent, deficientibus multis præ timore & vita & animo. Tremuit itè quatèr Tercera, ut converti videretur, nulla tamèn celebri jactura. Terræmotus hisce insulis penè assiduus est. Ante 20. annos adeò alio quodã motu mons altus, qui apud *Villam Franckam* jacet, dissipato vertice ac comminuto, totam pene urbem terra obruit, multósque mortales suffocavit.

XXV. Augusti in Terceram venit classis Regia ex *Farolo* 30. majorum navium, ex

Classis Hispanorũ in Terceram missa.

Biscaya, Lusitania, ac Hispania, & decem Belgicarum, quas *Vliebotas* vocãt, Lisbonæ aresto ad ministeriũ Regis coactæ, exceptis aliis minutis lembis, ac *Pataxis* quibus speculandi curandarumque rerum necessariarum classi studium erat. Præsidiaria esset hæc classis navibus ex Hispaniarum India venientibus; Germanicæque naves merces amissi Malacitani navigii in reditu susciperent, ac Lisbonam veherent.

XIII. Septembris prætacta classis *Corvo* insulæ accedebat, circa quam Angli stabant, succincti classe sexdecim navium, exspectantes classem Indiæ ex qua jàm aliquot occuparant. Admiralius *Thomas Hauwer* Britannus, cognoscens Regiæ classis potentiam, imperat suis; Ne aliquas naves adorirentur, aut a sua discessionem facerent. Ceterùm Viceadmiralius *Richardus Groenvelt*

Richardi Groenveldii facinus.

non obstante Præfecti jussũ, cum navi quam *Revengam* vocabant classem universam Hispanorum adit; Ordinibus se infert, tormentáque quanta potest vi explodit. Verùm suis non pari ardore subsequentibus destitutus, continuo sex septemve navium corona cingitur. Ibi pugnat validè, sese defendit, hostibus nocet, duásq. naves, unam *Vliebotam* novam adhuc sexcentorum vasorum, ac Biscayæ alteram, tormentis conficit, fundóque donat. Demum post 12. penè horarum conflictum capitur. Ceciderant ex Hispanis 400. ex Anglis centum, cum idem Groenveldius in penitioribus cerebri ex balistæ ictu vulnus suscepisset, ex quo postmodùm obiit. Læsus hic deferebatur in S. Pauli navigium, quod *Alonsus de Baßan* generalis Præfectus classis Hispanicæ tenebat. Ibi ei chirurgus Hispanus vulnus obligat. Verum colloquium ejus Alonsus recusabat, cæteris tamen nobilibus ipsum adeuntibus. Mirâ animi cõstantiâ tandem, quòd lethale vulnus esset, ad mortem sese cõposuit, testatus primùm ignavia fœdissima sociorum derelictum se, ac proditum, mori fidelem Reginæ, ac hactenus gloriæ plurimæ compotem, summa cum animi sui tranquillitate. Mortui cadaver mox in mare projectum fuit. Erat hic Richardus nobilis in Anglia summus, stimulatus ergò ad bella, Reginæ se suáque sponté obtulit, multis sane facinoribus clarus, ac insulis timendus, famosúsque Dux. At insitâ crudelitate suis perinde infestus ac metuendus ob sœvitiam imperabat. Nam cùm velo polleret velificandíque arte navis, nauta ut vidit desertum Richardum à sociis, illud explicare voluit, ac effugere manifestum periculum. Sed obstitit Richardus crucem minitatus iis, qui velo manum admoverent mortique se ac suos audaci confidentia obtulit. Vitreos idem calices pertinacia in-

Mira naturæ pertinacia in calicis vitrei manducatione.

signi naturæ epotos, solemnibus in conviviis dentibus rumpebat, ac deglutiebat, fœdus cruento ore, sanguineísque ob aciem vitri gingivis. Superstites Anglos victores per navigia distribuerunt, Capitaneũ nempé, Nautam, ac alios, quibuscum deinde in Terceram enavigant, ut rates suas eo certamine destructas repararent. Cum socio itáque meo inspiciendi causa littus peto, ac navem Biscayæ ex 12. Apostolis magnam sub Duce *Bertandono*, qui Generalis Biscayę navium in classe Hispanica olim fuerat, conscendo. Dux uisos nos advocat, invitat humanitér, prandioque quod etiamnum celebrabat admovet. Dux Anglus captus ei adsidebat, holosericam vestem nigram indutus, ex quo tamen nihil intelligere poteramus, quòd præter Angliçam & Latinam, (qua etiam *Bartondonus* aliquo utebatur modo) nullas linguas calleret. Impetrat postea Anglus veniã à Gubernatore adeũdi insulam, in qua accinctus gladio, (qui ei honoris causa concessus ac relictus fuerat,) & diversorio nostro se intulit, cúmque Anglo illo mercatore cujus socios elapsos narravimus colloquitur, ac à Gubernatore cõvivio honorificè excipitur. Nauta item ad

insulam

inſulam delatus in diverſorio noſtro erat, in decem fere locis vulneratus, ex quibus demũ plagis inter Liſbonã & inſulas obiit. Scripſit Dux Anglus literas ad Admiralium Angliæ, quibus rei geſtæ ordinem explicabat, eidem Anglo Mercatori eaſdem relinquens curandas. Poſteà Liſbonam delatum hunc humaniter habvére Luſitani ac *Setuballo* cum cæteris captis Britannis in Angliam remiſerunt.

Claſſis Hiſpanica etiamnùm circa inſulam *de Corvo* permanebat, uſq. in Septembris ultimã, collectâ tum ac adunatâ claſſe 140. navium ex Indicis Hiſpaniſq. ratibus. Tempeſtas enormis. Ceterum ea dum velificationem Terceram verſus parat immanis tempeſtas ſubitò oritur qualem inſulani memoria hominum haud fuiſſe prædicabant, tantâ maris iracundiâ, ut fluctus, altos illos horrendòſque Terceræ ſcopulos ſuperarent, vivoſq. piſces injicerent, ſeptẽ aut octo dierum continuâ procellâ, terribili fremitu undarum, ventorúmque, ut vel nos in inſula degentes ſupremus horror haberet. Concuſſis interim vaſto in mari navigiis, quæ rupibus illiſa, paſſim interibant, ut undique nil niſi confractas tabulas, hominúmque fluctuantia cadavera aſpiceres, triſtibus nunciis cladium continuarum huc illúcq. diſcurrentibus. Vaſtat naves Hiſpanorum fœdè. Supra 12. naves circa Terceram ità fractas cognovimus; ut per 20. dies poſt ejus tempeſtatis ſævitiem, nihil operis haberent antiquius homines quam cadavera impulſa littoribus educere. Ipſa itèm pridẽ captâ Anglorũ *Revenga* navis ſcopulo illiſa frangebatur, propè tractum Terceræ pereuntibus 70. viris, quos Gallæcos, Biſcaynos, ac Anglos aliquot captos habuerat, ſuperſtite tantum uno, qui per rupes ſeſe proripiens, confracto cerebro, ac corpore multis adfecto plãgis, ex adpulſu per maris violentiam in ſcopulos, Tragœdiæ ejus eventum denunciabat; Confeſſione delictorum expiationẽ implorans, quâ peractâ, mox obiit. *Revengam* navem plurima ex ære tormenta olim muniebant, quæ tunc mare cuncta preſſit, cum ſpe tamen inſulanorum eadem æſtivo tempore educendi. Inter eas itèm naves, quæ circa Terceram ſtangebantur erat & Belgica, albæ Columbæ titulo, ſub nauta Cornelio Martino Schiedammenſi Naufragium luctuoſum. Batavo. Hic impotentia Ducis, àc militum, quos centum numero vehebat, cùm tempeſtate jactatus huc illúcque impelleretur, & in Terceræ inſulæ conſpectum veniſſet, cogitur, ac compellitur, minis & verberibus, inſulæ accedere, terramque quam ſibi portum inſcitiâ damnoſiſſimâ præſumebant, ſubire. Reſtitit nauta, ſed fruſtra, reclamante Duce. Ergò jàm ætate provectus, ut vidit mortis diræ manifeſtas ſpecies, terræ appropinquans, filium quem in navi habebat arctè complexus ſupremis illum verbis compellat, utq. ſe ſalvaret quanto maximè poſſet ſtudio, nullâ ulterius ſenis habita cura monet. Iuterìm navis in ſcopulos, qui eo in tractu aſperrimi ac horridi inſulam muniunt dilabitur, àc in partes confracta abit, decidentibus utrinque patre ac filio, cæteriſque hominibus. Stabant incolę quidam ſubere extremitati funium alligato, quibus eos in terram protraherent, verùm fruſtrà ob turbulentiam maris, ut ex eo numero hominum, quindecim duntaxat ſalvarentur, quibus & crura rupta erant, comminutáq. brachia. Inter hos & nautæ iſtius filius, quatuórque Belgæ pueri videbantur. Reliquos Hiſpanos, Ducem, Nautámque mare abſorpſit. Circa alias inſulas non minor clades fremebat. Nam circa S. Georgii duæ naves perierũt, circa *Pico* totidem, circa *Gratioſæ* tres, ità ut mare prorſus tectũ eſſet tabulis, horrendo ſpectaculo. Naufragiũ varia. Propè S. Michaelis inſulã 4. naves mare hauſit, ac inter Terceram & S. Michaelis tres, penetrante naufragorum clamore, ad inſulanorum uſque aures. Ceteræ altum tenebant, malis privatæ, ac penitus diſſipatę, ita ut ex 140. navibus triginta duæ tantùm, aut tres in Hiſpaniam & Luſitaniam ſalvæ venerint, poſt varias moleſtias, àc infinitos labores. Ex centum quadraginta navibus 30. duntaxat ſalvæ. Hoc ſane navium fœdo triſtique interitu mercium Malaccæ navis reliquarũ vectura in Luſitaniam ceſſavit, nobiſq. aliud commodius tempus erat exſpectandum.

Ceterùm Piperis conductores, dominiq. mercium reliquarum, quas ex Malaccę navi ſalvatas in Tercera cuſtodiebamus, quòd nulla alia ſpes ſupereſſet, à rege ægrè veniam impetrant implendis navibus proprio periculo, quibus in Luſitaniam merces aveherent; cautionemque præſtant àc fidejuſſores, deferendi eaſdẽ in Indiæ Liſbonæ domum, ut rex tributa colligat, ipſique modò in Terceira facultates ſuſciperent ſub regiſtro, &c. Ideo Fliſſingenſem quendam Piperis Conductores emiſerunt in Tercerã, cui Caryophylla, Macis, nuces Myriſticæ, aliáque aromata pro onere cederent tantùm denegata ſuſcipiendi Piperis facultate, quam Rex nondum conceſſerat. Ea circa Novembris finem advenit, quodque tempeſtates tum periculoſæ eſſent, àc mare ab Anglorum navibus tutum, præproperè rebus cunctis curatis vela dedit Liſbonam repetens. Ea vehebar & ego nullo occurſu, præter navium decem Hollandicarum, quę fruméto àc tritico oneratæ *Lyornam* petebant Italiæ portum. Ità Deo favente anno 1592. Ianuarii ſecundâ die Liſbonę flumen ſubivi, cùm novem anni à diſceſſu meo ex eodem portu eſſent elapſi. Ibi uſque ad Iulii menſem hęrens res meas curavi, eiúſq. 17. Setuballum proficiſcebar, quo in loco naves quędam erant Hollandicæ, quas conſcendens Setuballum 22. Iulii reliqui, curſu in Hollandiam directo, claſſe 12. navium. Altum petebamus quòd ventus adverſus eſſet. XXVI. ejuſdem

Piperis cõductores merces ſuperſtites Malaccæ ſuo periculo curãt avehi.

Enavigat Iohãnes Hugo.

1592.

Hollandiam repetit.

Digitized by Google

ejusdem perpetua tempestatè cum alia navi ejus classis ad palmi distantiam duntaxat concurrebamus, magno submersionis periculo, vixque expediri poterant res nostræ concursu antennarum, tenui spe salutis ni auxilio divino segregatæ tandem rates fuissent; cùm alterius navis minimi veli malus decidisset classemque relinquere cogeretur. Perfluebat & alia disruptis compacturis; quam recipiens se Gubernator, deinde littori illisit, ut mortales eo modo salvos tueretur.

Primâ Augusti cùm altum teneremus in 90. mill. quòd adversus nos ventus impelleret, tres naves conspeximus, sed mox extra adspectum ferebantur. Quarta tres aliæ classem subibant; Nos Biscayæ existimabamus; tribus quatuorvé tormentis per nostros explosis discesserunt. XVI. etiamnùm flante adverso vento victus cibúsque, quòd quindecim essemus itinerantes, præcipuè cirea potum imminuebatur, ut ordinem mensurámque instruere cogeremur; adhuc 120. mill. distabat *Hoysant* medio ponto (ut vocant) nobis circa 46. grad. degentibus. XIIX. tempestate obortâ tres è classe nostra naves sequi nequibant, convulsæ nimium. XXIV. ejectâ bolide fundum indagavimus magnâ omnium lætitia. Erat enim initium canalis inter Angliâ & Franciam. XXVII. navigantes nos in canali duæ Anglorum naves speculabantur, verùm mox oram repetiverunt. XXIIX. terram *Goutstèrre* & *Dortmuyda* vidimus. Postridie insulam *Vectim* superavimus, oram semper legentes. XXX. capita subibamus, ibi navis Reginæ stabat, àt subductis ea anchoris oram Angliæ repetebat, nulla nostri cura. Ibi prope *Doeveram* quatuor viros exposuimus, àc mox vento valido Septentrionalem pontum sulcabamus, nullo impedimento. Prima Septembris cœlo caliginoso ventóque in Caurum porrecto terræ adspectus nobis ademptus erat. Ceterùm vespertino tempore occurrebant ex Orientalibus oris duæ naves, quæ ut sese sequeremur admonent, quòd Texaliæ insulam agnovissent. Nósque interìm derectâ terrâ, quam Texaliam arbitrabamur relictis reliquis ad eandem accessimus. Verùm *Vlielandiam* agnovimus, magno nostro periculo, cùm oram temerè subiissemus, tendentibus alio cursu in Texaliâ reliquis navibus. Vento utebamur parùm secundo, & ab inferiore ora cursum vix poteramus repetere, accedente adhæc magna vi tempestatis subitæ, ità ut minimus malus rumperetur, cùm major antè nutasset duro gemitu. Indè multi desperâtes anchoræ eo in loco emissionem suadebant. Ceterùm Dei nutu ventum adepti clementiorem, magnâ difficultate circa Solis occasum Texaliam sine fundi ullo exploratore tenuimus, quòd obuenti impetum nemo auderet occurere. Ibi Dei magnam bonitatem experti, suetâ in talibus gratiarum actione anchoras dimisimus. Secunda Septemb. manè *Conestabilis* noster dùm tormenta purgat, in lætitiam adventus nostri celebrandam, ante Enchusę urbem triumphaturus, ignis pulveris nitrati cochlear invasit, eíque dexteram eripuit, aliáque corporis membra fervore offendit, Id infortunium gaudio nostro moderamen attulit.

Errant in terræ adspectu.

Cum gravi periculo.

Texaliæ statiónem tenet.

Tertia ejusdem Enchusiam intravi, ibíq. matrem, fratrem, sororémque incolumes repperi, cùm jam XIII. anni & dimidius à discessu meo elapsi essent.

Enchusiã intrat Iohannes Hugo post XIV. penè annos peregrinationem.

Deo summo sit laus, sit honor,
sit gratiarum actio in
omne ævum,
AMEN.

FINIS.

Digitized by Google

DESCRIPTIO TOTIVS GVINEAE TRACTVS, CONGI, ANGOLAE, ET MONOMOTAPAE,

EORVMQVE LOCORVM, QVÆ E REGIONE C.S.AVGVSTINI in Brasilia jacent. Proprietates Oceani; Insularumque ejusdem, S.Thomæ, S.Helenæ, Ascensionis &c. Portuum, altitudinis, Syrtium, vadorum, ac fundi. Miræ Narrationes Navigationum Batavorum, cum interioris terræ descriptione.

Nec non diffusa explicatio in Tabulam Cosmographicam Insulæ S. Laurentii sive Madagascar, cum Detectione Syrtium, scopulorum omnium, ac multitudinis Insularum hujus Indici Maris, situsque terræ firmæ à Bonæ spei Promontorio per Monomotapam, Zefalam usque ad Mossambicquam, ac mox supra Quiloam, Gorgam, Melindam, Amaram, Baru, Magadoxo, Doaram &c. usque ad Rubrum Mare.


ACCEDIT NOVITER HISTORIA NAVIGATONVM BATAVORVM IN SEPTENtrionales oras, Poliique Arctici tractus, cum Freti Vaygats detectione summâ fide relata.



HAGÆ-COMITIS
Ex officinâ Alberti Henrici.
ANNO 1599.

Digitized by Google

Digitized by Google



Crassæ Arbores 16. aut 17. ulnas.

Vicus Cermelin.

Ventorũ circa Æquinoctialem conditio.

Narratio Navigationis Batavorũ ac ad continentem accessus.

tas, ibique altitudinis 20. ulnarum fundum invenêrunt. Verùm Myoparone terram petentes, ad locum quendam accesserunt, frequentem casis, ac Arce in rupe ædificata munitum. Iuxtà quam Nigritæ multi versabantur; ibi ità tormenta explodebantur

raptores, ac bello eam ob rem habuit. Terra ipsa incolis frequens est, qui tamen Deum ac humanitatis ordinem ignorant, gentiles & idololatræ. Abundat auro, Ebore, Frumento, Pipere Æthiopico, Oriza, Milio, ac Gossypio, plurimisq. fructibus quo-

Guineæ fructus.

Digitized by Google

Digitized by Google

DESCRIPTIO GVINEAE, CONGI, ET ANGOLAE, TRACTVSQVE SVPRA

Bonæ ſpei Caput, àc Inſularum Maris, S. Thomæ nempè, Aſcenſionis, S. Helenæ &c.

CVm Indiæ Naves univerſam penè Africæ oram velis prętexant; huic itèm volumini Tabulæ quædam accedunt, quæ Africæ partes oſtendunt Navigantibus eo in Tractu illuſtres, omiſſis famoſis Canariarum, Capitiſque viridis inſulis, regniſque jiſdem objectis in Africę firma, *Gualata*, *Tombuti* & *Melli*, Quorum *Gualata* anguſta admodùm eſt àc tenuis ob victus inopiam, milio excepto vix alterius frumenti aut legumĩnũ ferax. *Tombutum* magnitudine àc incolarum multitudine præſtabilius, frumento, itèm pecore, lacte, & Butyro; at ſale carens. *Melli* Frumento, carne, àc Goſſypiò pollet. Subſequitur *Guinea* Regnum potentius, ſitum in Æthiopia vel Nigritarum terra.

Africa in quatuor partes veteribus diviſa.

Ceterùm plenioris ſcientiæ gratia notandum eſt veteres Africã in quatuor præcipuas partes diſtribuiſſe, in Barbariã nempè, Numidiam, Lybiam & Æthiopiam, aut Nigritarũ terram, excluſa Ægypto, Abexinorumque regione, quæ hodie Præſbiteri Iohannis dicitur, ac itèm ab Æthiopibus ſive Nigris habitatur, qui ex ſcripturæ authoritate proprii ſunt, àc Africæ inter primates incolas numerari debent, licèt ſuper ea re adeundi ſint Coſmographi àc impiſſimis Africæ deſcriptores.

Excluſa Ægypto ac Abexinorum tera.

Vt ergo ad *Guinea* Regnum revertamur in quo Luſitanorum Gallorumque commercia jam à multis annis celebrantur, hodieque etiam noſtratium: Confine id eſt Regno *Melli*, vaſtoque flumini *Nigro*, complectens in longitudine 500. mill., quæ 100. fermè Germanica conficiunt.

Guineæ ſitus.

Magnitudo.

Luſitani hic Arces quaſdam habent nempè Caſtellum *Minarum* in Aureo tractu ſitum. Hic item *Tractus Granorum* eſt *Melegete* dictus. Homines noſtri hoc anno qui oram hanc petebant primum delati ſunt inter *C. de las Palmas* & *C. de tres Puntas*, ibique altitudinis 20. ulnarum fundum invenêrunt. Verùm Myoparone terram petentes, ad locum quendam acceſſerunt, frequentem caſis, àc Arce in rupe ædificata munitum. Iuxtà quam Nigritæ multi verſabantur; ibi ità tormenta explodebantur ut cogerentur diſcedere. Vico nomen erat *Achombene* terræ autem *Chaine*, ut ego puto *Guineæ*. Arcem hanc Luſitani tenent invalidam tamen, eam ad tormenti ictum duæ rupes in mari prætexunt, inter quas Arx curvo flexu ſita remo acta navi petitur, diſtatque a *C. de tres puntas* 3. aut 4. mill. Vlterius aliquantulum terra montoſa ac ſalebroſa apparet, multis diſtincta arboribus, inter quas craſſitie in orbem ulnas 16. aut 17. quædam complectuntur: Inde circa vicum quendam *Cermentijn* dictum venerunt, in quo multitudo hominum eſt ac commercium frequens itaq. & noſtri linteamina ibi cum auro permutarunt. Probâ aurâ ad vpolibonotum ac Notapeliotè provecti biduj tempore 2. tantum gradus fuerant, ut 48. horarum ſpacio unũ duntaxat gradum ſuperarent, licèt ventus continùo ſatis validus eſſet. In cauſa eſt fluctus ea in plaga decidens ad Cæciam ac Meſocæciam, verſus oram. Qui ergo ex Aureo portu *Caput de Lopo Goncales* aut *S. Tome* inſulam petit Auſtrali tractu quantum maximè poteſt abire debet, nullo auræ favore miſſo, eritque ea in re difficultas magna ſatis ne recidat, infra Caput in Gambę rivum, aut alium locum, niſi vento plane in Zephyrum inclinato, aut alio prę-ſidio ex ſeptentrionali aura, ut eo modo Auſtralem tractum caperet; aliter vix fieri poterit, cum quibuſdam ea navigatio per ſex ſeptemvè hebdomadas inerti ſucceſſu ducta fuerit.

Craſſæ Arbores 16. aut 17. ulnas.

Vicus Cermentia.

Arces Luſitanorum.

Narratio Navigationis Batavorũ àc ad continentem acceſſus.

Hic conſiderandum eſt: Quo ad Lineam propius acceſſeris eo ventum Auſtraliorem invenies, ut & ſuperanti eandem ventus ſit Auſtralis ac Meſo Phęnix, aut altior etiam. Itèm notandum S. Thomæ inſulam haud procul abeſſe cùm volantes majoreſque Piſces apparent.

Ventorũ circa Æquinoctialem conſtitio.

Enimverò cum Guineæ populis facile commercium eſt, præſertim apud eos, quos Luſitani non ita poſſident, hominum alias raptores, àc odio eam ob rem habiti. Terra ipſa incolis frequens eſt, qui tamen Deum ac humanitatis ordinem ignorant, gentiles & idololatrę. Abundat auro, Ebore, Frumento, Pipere Æthiopico, Oriza, Milio, àc Goſſypio, plurimiſq. fructibus quo-

Guineæ fructus.

Digitized by Google

Diversi li roo. numero ad D Paludanum delati.

rum mihi inde centum differentes, ac incognitæ, nondúmque descriptæ species allatæ sunt. Ad hæc ibidem omnigenæ grandiores fabę crescunt, quędam ex arboribus, folliculis cubitali magnitudine, ac manus latitudine, aliæ rubrę ac nigræ Turcicarũ nostrarum instar, majores tamen, albæ item ac rotundæ, una contentæ singulæ capsulâ, more ciceris, etiàm aliæ rotundæ & minutæ, coralini coloris rubri, distinctæ maculis nigris, quales Ægyptus habet, visas ibidem à me, vocantúrque *Abrus*, quas & Doctissimus *Prosper Alpinus* Libro in laudatissimo Ægypticarum herbarum describit; crescunt insuper duriores aliæ, maculosæ, marmoris specie variæ &c.

Animalia Guineæ.

Quadrupedum Aviúmque summam habet copiam, præcipuè Pavonum, Gallinarũ sylvestrium, Psittacorum cinericiorum, ac Nisorum, avium minutarum quæ ex ramis arborum artificio singulari pendulos nidos dimittunt, (quales mihi allati sunt) ut à serpentum infesto morsu tuti sint. Pisces

Pisciũ copia.

um non minor abundantia fertur. Nihil ut iis desit præter Doctrinæ Christianæ sanitatem, quâ saluari possent. Aëre autem fruitur calido admodùm ac intemperanti, nostrorúmque naturis incommodo, singulariter pluviæ nocent; quæ corruptiones

Aër malesanus.

magnas ac vermes generant, quòd calida ac humida putrefactionis mater sit. Indè plurimi morbi nascuntur, febres cumprimis fervidæ, fluxus ventris, Dysenteria &c.

Persequentes tractum, *Principis Insulam* transmittunt; ac ulterius sub linea *S. Thomæ*, ita dictam quòd Apostoli *S.* Thomæ die inuenta fuisset.

S. Thomæ Insulæ magnitudo.

Sexaginta ferè Italiæ milliaria Insula hęc in latitudine habet, ea duodecim nostra faciũt, in circuitu autem 180 quæ triginta sex Germanica sunt. Sphærica penè formâ jacet. Zingiberis ac saccari feracissima, aliarúmq. rerum ad victum pertinentium, ob pluviam ac rorulentos humores, qui manè singulis ibi diebus tellurem recreant, ac ejusmodi fructuum incrementa adjuvant.

Vada ante flumen Gabæ periculosa.

A S. Thomæ insula in Meseurum deflexi ad flumen sive Rivum Gabæ accesserunt cui vadosus locus obiicitur, ad 3. aut 4. ulnas, æstuosus valdè, ob fluctus maris, ac fluminis inter se obvios. Fluvius hic duorum milliarium latitudinem habet & quod excurrit, utrínque eum multæ arbores prætexunt, nullâ tamen incolarum frequentiâ, idcircò juxtà ventorum conditiones pergebant, nunc terræ admoti, nunc verò mari in alto navigantes. Tractus hic ad Austrum & Septentrionem vergit profunditate maris exigua, ut remotis à terra vel ad sesquimilliare, tantùm duodecim aut tredecim ulnarum altitudo sit; atque accedentibus propius ad milliaris dimidii spacium quatuor, quinque, sex aut septem tantùm ulnæ supersint, Appropinquare tamen tutò potes quòd fundus ipse purus sit, ac aura quædam de nocte afflet è terra, quam inde *Terrenam* nuncupant, præsertim non longè absentibus. Vlterius aliquantulum ora Occidentalior reperitur, usque ad *Cap. di Lopez Gonçalues*, quo in loco cum indigenis tractare occæperunt tenui tamen successu, quòd Galli quidam antè paruum tempus omnia ibidem vastassent: Hic, cùm sederent jam aliquot dies, multa ex moribus incolarum peregrinoque vivendi genere intellexerunt.

Altitudo circa oram Gabæ.

Mores habitantium circa Lupi Gunditzalvi Caput.

Primum autem quòd ad religionem attinet. Deum ac divina penitus ignorant, quidam solem ac Lunâ venerantur, alii arbores quasdam, aut Terram veluti nutricem ac omniparentem. Indè sputo terram maculare pro crimine habent. Rarò prodeunt sine magno, lato, ac evaginato cultro, quę manibus tenent. Vtriusque autem sexus homines cute discissa diversimodè ac stupendo more, visuntur. Cultris ità pellem lacerant, ac deinde eandem unguento quodam colorato fricant. Antequàm bibant semper aliquid primùm è poculo effundũt. Inter prandendum nunquàm potant. Post remotas mensas valido aquæ, seu vini *de Palma*, aut aquæ melle admixto decoctæ haustu sitim explent.

Manè vel interdiu obuii inter se, aut Primate salutantes, honoris in signũ, in genua procidunt, manúsq. cõplodunt, genuatim residentes, donec ille salutationem reddat, eodem pulsu manuum, aliâs inter se cõplodunt hisce verbis *Fuio, Fuio, Fuio*, quibus & viã ac præsidiũ cõcedunt, aliaq. fausta declarant. Incolæ furaces sunt circa advenas, nõ item circa suos: fœminæ verò fornicationi ac libidini deditæ, præsertim cum advena, nullâ ibi existimatione probri. Quidã vero inter eos viri rotundas cistulas sive thecas è collo pensiles habent è corticibus factas, majores minoresque, haud absimiles iis, quæ apud nos in diversoriis elemosinæ inijciendæ causa dependent: verùm in iis contenta nequaquã patiuntur aspici. Viri juxta ac fœminæ plurimùm nudo capite degunt, capillo mirifice formato, ac vincto, breviore tamen, quidam galeros ferunt ex arborum corticibus aut Indicis Nucibus confectos. Quidam fasces plumarum numerosa serie gestant, filis ferreis capillis alligatos. Galerorum ac plumarum eas formas mihi complures allatas possideo. Quibusdam superiore in labro foramina sunt perque Nasi interiora labiorúmque vulnera Eboris partes inserunt, dateri magnitudine, in ramum definentes, foramini aptum, ita ut os tegant ac naribus accedant. Aliis ex interstitiis nariũ, ac labiis ebur dependet, quibusdã Conchæ minores ac dentes in ornatum (ut putãt) cuius item gratiã quidam inferius quoque labrum terebrant,

Galerorum ac Plumarum formæ.

Faciei Ornatus.

terebrant, ac linguam per hiatum exerunt.

Inaures. Plurimi itèm ex viris ac etiã fœminis Inaures gestant, trientali aut quadrantali pondere. Aliis bacilli ex auribus sunt, lati quinque aut sex digitos.

Vestitus. Vestimenta ceterùm constant ex storea facta è libris arborum, rubri coloris, ad pudendorum tegumentum. Ys storeis quidã pelles simiarum, Cercophitecorum, aliorumùe sylvestrium animalium appendent, cum nola quæ medium tenet, prorsùs ut apud nos Vaccis ac ovibus fit. Corpora rubro colore pingunt, quem ex rubro ligno, quale & mihi inde allatum est conficiunt. Pulchrum colorem diffundit, leviorem tamen, quam is quo Brasilianum lignum adficit. Oculum proinde & unum rubore inficiunt, alterum verò flavo colore aut albo, inductis ad ista per faciem tribus quatuorùe lineis.

Corporis pictura.

Plurimi hominum incolarum cingulum ex Bubali corio gestãt, pilosum etiamnum. Id fere ad palmi distantiam conjunctum anteriùs, à quaque extremitate particulã eminente, minuto vinculo stringitur. A ventre brevem latumque è ferro cultrum dimittunt, vagina ferrea tectum. Cingula hęc quædã lata sunt duos aut tres palmos & amplius. Supra eos cultros aliis missilibus itèm utuntur triangularibus (ut apud me conspici possunt) & terribilibus admodùm. Præterea fœminarum multæ ingentibus annulis ex ferro, ære rubro, aut stanno crura cingunt. Y subinde quatuor aut quinque apud nos pondo penderent; tanta arte commissi, ac cincti ut vix intelligas quo modo eos induere potuerint. Viri itèm aliqui eodem ornatu gaudent at pauci. Sunt & mulieres quæ præcinctoria juncea gestant, qualia & ipse allata habeo. Atque hæc de vestimentorum relata sint formis, in quibus ut deformes conspiciuntur, ità & in reliqua familiari re non multum à brutis differunt. Humi cubant in storeis strati. Victum ducunt ex magnis albisque radicibus, quas *Inhamos* dicunt, amæni gustus, Hispanicisque *Batatis* seu castaneis simillimi, quas assant & elixant, itèm ex aliis radicibus ac saccari arundine. *Banane* autèm sunt fructus Arborum, quomodò Indiæ ficus hoc in libro vocantur, Cucumeris longitudine ac gustu mixto acido dulcique omnimodò suavi. Porrò & Piscem ac carnes manducant, nullâ ciborum discretione, quos temerè eundé in catinum conjiciunt, discumbentes belluarum ritu. Primates ferè soli cibum capiunt ex stannea pelui, alii ex figulina turpi insidentes storeæ humi stratæ. Fœminæ proprio privatoque labore aquam adferunt, ac fructus, quos coquunt. Naturæ onus nunquam deponunt in terram temerè, summâ peccati opinione. Ea gratia scrobes effodiunt capacissimos. Viri quidam storeas conficiunt, quas inter se permutant; Armis melius instructi degunt quam ii qui circa *Minas* habitant, frameis nempè arcubus, telis, ac clypeis oblonga textura ex corticibus arborum paratis. Tympanis utuntur infra angustoribus, supra verò latis, tibiis autem ex Elephantis dente. Arma ista cuncta mihi allata sunt. Nostri in flumine *Gabam* ad certas Insulas venientes à Nigrita quodam deducti sunt, qui dentem magnum per superius labrum ostendebat, ac manu latum cultrum tenebat, per cæterà corporis dissectus ac foraminatus ut notavimus, ad casam quandam inter Nigritas, quo in loco aulæa quædam ex arborum libris strata jacebant, iis cum insiderent, nihilque præterea animadverterent, humeri illis pulsantur, ac signatur ut suspicerent, hisce verbis *Mani Gabam* commonefacti. Cùm quid sibi ille pulsus vellet aliàs ignorarent suspicientes Nigrum quendam viderunt sede elevatum certos per gradus, immotum pene, idolique instar catenulis multis, annulisque osseis cinctum, teterrimo adspectu. Hic pedibus suis Nigras quasdam mulieres subjectas habebat, qui Elephantorum caudis muscas arcebant, ventulumque conciliabant. Iccircò conjectare nostri ejus eum insulæ Dominum esse, mox genu flexerunt, salutationem more patrio istius regionis ex manuum complosione perhibentes, donec *Mani* signo reddito plausu simili ut surgerent declararet. Pro munere tùm storeas illas regia dona retulerunt, quas & ego cum linteamine habeo. Alii ex Myoparone nostri homines alterum ejusdem fluminis ostium ingressi, ad duo usque milliaria ad vicum quendam magnum accesserunt fluminis contiguum ut lapidis jactu tecta casarum facile attigisses: Cùm duplicatam navis longitudinem à terra abessent Anchoram ibidem fundo dederunt. Stabant in fluminis ripa Nigritæ supra mille, viri, fœminæ, ac pueri, ex quibus alii frameas habebant, alii cultros ac similia arma. Voce summâ inclamabant *Jo Jo*, alia item verba addentes pari plausu juxta regionis morem, spectaculo mirabili, ac auditu peregrino. Paulo pòst Nigrita quem è loco qui inde quinque aut quatuor milliaria aberat adsumpserant Aquæ sese dedit, terrámque adivit. Hunc mox mortales ii omnes præsertim fœminæ invadunt, ità ut progredi nequiret, cantantes pariter, ac virenti gramine eum conspargentes, tanto strepitu, ut auditum visumque adimeret, nulla intermissione, abscindentes omnes ripæ herbas cultris suis. Interim ex eo vico quidam scipione longiore insignis processit, veluti Imperatoria authoritate

Victus.

Arma.

Quid nostris in Rivo Gabã acciderit.

Adorant Regem.

Honorantur storeis.

Quid cæteris eodem in flumine acciderit.

Digitized by Google

pollens, silentium cæteris imperat, ac à flumine ut recederent compellit, verùm frustrà ob multitudinem. Nigrita item iste antè à nostris dimissus *Canuyto* quodam (ita lembos suos vocant) ad navem rediit, adducens unà secum viros duos, fæminàmque provectæ ætatis, quæ ex primatibus uni vxor erat, in medio viridi colore depicta, manibùsque virentem ramum ferens, quo intuebat, aliis duobus viris plaudentibus, omni pacis ac amicitiæ nota (ut existimabant) juxta terræ usum. Cum hisce hominibus duo ex Myoparone terram petierunt, maxima turbatione astantium, plausibiliq. lætitiæ significatione: Atqui ad Præfectum euntes bona huius turbæ pars sequitur, præsertim fæminæ discurrentes huc illucque, modo à fronte saltantes, modò à tergo, insanorum hominum more, concutientes cultros ingentes quos manibus gestabant terribili spectaculo. Neque miranda est in hisce hominibus eorum gestuum insolétia, quòd nunquàm antea candidi coloris homines inspexissent. Lusitani olim in ostio fluminis fuerant, verùm non perinde ipsum penetraverant. Nam à navi octo aut decem mill. erant, fluviùsque circa hunc vicum (qui Cermentyn dicitur) miliaris latitudinem facile habet, ab alia rivi parte altero jacente vico: Dum Myoparo hic hæret, tormentum nostri emiserunt, cuius terrore incolæ adfecti aufugerunt, mox tamen reversi. Qui ad Præfectum ibant cantu ac saltationibus, magno gaudio, quòd Candidi homines in eas oras venissent deducebantur. Præfecti casa ex arundine constabat ibi exspectarunt per mediæ horæ spatium nostri, Ducis adventum, nequáquā interim cessante illâ plebeiæ lætitiæ declaratione. Præfecto ergò prodeunti primùm tres storeæ, ac duæ sedes, major minorque à Nigritis quibusdam subsequentibus adferuntur. Corpus, faciem, ac cætera membra cretata habebat, alioùe albo colore fucata; & sacculus cum creta post ipsum ferebatur. Caput pileus ex pelle tegebat plumis variis plenus. Catena vero ex ossiculis vel centum in ordines dispersa, collum, brachia & crura cingebat. In sede collocatum accessit annosa mulier quæ ei ex creta ista præbuit, manus, velut lavans, eâ conspergens, reliquáque in faciem conjiciens, sursum dein elevatis duabus manibus. Vxori item creta offerebatur. Post eam ceremoniam Mulier illa cantum instituit, domóque saltans egreditur, subsequentibus eodem ritu ceteris fæminis. Tum quædam verba infit Dux, Nigritas conductores nostros advocat, iisque adventum nostrum gratum esse testatur manu plaudens hisce verbis *Fuio*, *Fuio*, ut usus ibi fert, post alios sermones jubet ut ferrum exhiberent, superesse magnam ibi Eboris abundantiam; ita factum ac permutatio aliqua inita.

Signa amicitiæ.

Candidi homines nunq. Nigritis visi.

Ad Casam Præfecti deducuntur.

Is prodit.

Dealbatus.

Suscipit nostros ac ad cõmercia hortatur.

Flumen hoc ut diximus latum valdè est. Fluminis Gabæ descriptio.
scatet Crocodilis ac Hippopotamis; multos habet sinus, vergit in Notapelioten. In discessu à vico *Crementino* nocturno tempore quatuor aut quinque horis obliquabant cursum, bis fundo illapsi. Persequentes navigationem Insulam quandam prætervecti sunt in ostio fluminis jacentem, quales multæ sunt, quòd terra ibi plana sit, humilis ac arboribus plena. Ea Insula *Caracombo* dicitur, ex qua nostras ad naves *Canutium* (ita schaphas suas indigitant) venit octodecim hominibus Caracombo Insula.
instructum, quibus tympanum aderat, ac cavatus baculus fistulæ vice. Accedentes ex eo numero quatuor aut quinque transgrediebantur, inter quos unus erat albatus planè quà facie, quà brachiis, & pectore. Ramusculum idem virentem tenebat cum nola, ac aliud contextum forma passeris penè, itèm cretam quam passim per navis tabulata spargebat, nolam identidem pulsans, cum vel loquerentur inter sese ipsi, vel nos aliquid diceremus. Consecrationis cujusdam seu benedictionis hæc nota videbatur. Sedenti postmodùm ac titubanti vacillantiq. in verbis obsessorum à spiritibus more olla ingens vino *de Palma* plena adfertur, ex qua propinant sibi mutuò, protracta ea potatione ferè ad medię usque horæ spacium, quo confecto lembũ suum repetiverunt, ac eo terram, quò & nostros invitabant permutationis ergò ferri cum ebore. Palatium ita intrant ac vicum lustrant. Ibi exiguam nostri casulam deprehendunt triũ pedum altitudinis tecto munitam verum à latere aliquantulùm adapertã. Sub ea minuta crux stabat ex qua turbo pendebat impletus quibusdã reculis, quarum adspectum denegabant. Iuxta crucem bacillus visebatur, cui caput puelli infixum erat, oculo in uno ossiculum habẽtis, quale Asselli minores ferè in capite ostendunt (apud nos frena Funeris ritus.
equorum ac canum torques inde fiunt) juxtaque bacillum jacebant piscium aliorumque animalium ossa, inter quę & Piscis Pristis rostrum erat sine dentibus, quod Nauta collectum ad me pertulit. Cùm hujus rei causam quærerent tesponderunt funus ibi esse. Transeuntes alium vicum zo. fere viros sedentes catervatim ante cuiusdã casę fores offendunt, inter quos & quidam ex primatibus apparebant. Intra casam mirabile omnium vocum Chaos personabat, in funesti planctus (ut ipsi interrogati confitebantur) formam. Mulieres nullo verecundiæ respectu pariunt, accurrentibus Partus nulla verecundia.
promiscue cuiusuis sexus, aut ætatis hominibus. Mirari autem licet Circuncisionis apud eos usum, cùm tamen Legis divinique cultus expertes sint. Terra (ut dictum est) fert abundanter cunctos peregrinos Circuncisio.

Digitized by Google

grinos fructus, scatetque animantibus ac avibus omnis generis. Nidi supra 100. unò ex ramo dependentes inibi conspiciuntur, mirâ arte contexti, in spectaculi insignem elegantiam. Estramine penduli ramo firmissime alligantur, contra Anguium Lacertorumque insidias. Horum nidorum formas pulcherrimas habeo allatas. Atque hæc de *Guinea* ora dicta sint, sequitur potentissimi Regni *Congi* descriptio.

Nidorũ elegantia & ars.

Antiquorum opinione hæc terra inhabitabilis erat quam sub Zona torrida locaverant. Verùm falsò, *Odoardo Lupo* Lusitano teste, qui eandem multis cum Lusitanis habitavit, ac bonum ibi incolarum prædicat. Aër etenim ipse præter cunctorum æstimationem ita temperatus perhibetur, ut hyberno tempore neque acerbum frigus sustineat, quòd hyems ibi Autumno Romani territorii similis sit, nullo usu pellium, aut vestium mutatione, cùm nec focum requirant. Sed nec ipsa montiũ Cacumina majore hyemis acerbitate uruntur, licèt, generatim hyberno tempore calor sit major quàm æstivo, ob continuã pluviã antemeridiano præsertim tempore duarum horarum, ac totidé postmeridiano. Calor is nostris hominibus penè intolerabilis est. Eius terræ incolæ nigri sunt, licèt fœminarum aliquæ ad flavedinem, inclinent, nigris plurimùm cincinnis aut rubeis russisue staturæ mediæ, Lusitanis circa eandem haud absimiles. Pupillas multicolores habent, nigras ac marini coloris, labia non ità crassa quemadmodum Nubiæ hominum, aliorumque Nigritarum existunt: ita & vultus dissimilis est, macilentus, modò pinguior ac moderatus ut Lusitanorum, differentiâ quadam à cæteris Nigris malè formosis hominibus. Longitudinis diei Noctisque par fere ratio est, nàm per integri anni cursum vix horę quadrantis differentia intercedit, quę animadverti queat. Hyems ergo illis τυφλάτης loquendo nostro in vere oritur, ferè circa 15. Martii, ac Æstas Septembris medio. Pluviæ ibi hyemante anno continuæ sunt quinque mensium, Aprilis, nempe Maii, Iunii, Iulii, & Augusti. Rarò tum sereni dies illucescunt, ipsique imbres guttis ingẽtibus densantur, in miraculum usque, cõsumpto ac digesto omni humore per aridæ terræ meatus. Contrà æstas sex mensium sicca est ac vix ulla pluviâ madefacta. Flumina hinc ìtém crassa cœnosaque aqua implentur, terramque invadentes eandem humore adficiunt.

Qualitas aëris

Hominum vultus.

Tempestates anni.

Fluminum exundantia.

Æstivi ejus temporis venti ii sunt, quos Hippocrates & post eum Iulius Romanorũ primus Cæsar Græco Etesiarum nomine indigitarunt. Borea Lybicus est, Lusitani quẽ *Vento maestro* sive generalem nuncupant, tanquàm illi terræ proprium ac ordinariũ. Eadem aura pluvias causat, plurimâ nebularum exagitatione, versus montium capita, quæ ibi percussæ resoluuntur, ac in terram se effundunt. Inde altis montibus nebulæ imminent instante pluviâ. Imbres itidem continui fluminum quoque incrementa suscitant, Nili nempe & Nigri, aliorumque ejus plagæ, quæ vel in Mediterraneum Mare vel Oceánum cadunt, lapsũ suo pinguedinem humiditatemque regionibus quas rigant applicantia. Quòd ergo Æstate nostra, qua illi hyemem experiũtur, plurimi in *Congi* Regno ac Æthiopia imbres cadant, mirandæ non sunt prorsùs fluminum exundantię, licet in Ægypto aridioribusque terris, que nunquàm pluviis rigatur (excepta Alexándrię regione) eadẽ incrementa majoris miraculi sint, quæ circa Nilum contingunt; ex crassâ, densaque aqua, certis, statisq. anni tẽporibus, nullâ immutatione in totius Provinciæ summâ fertilitatẽ, quæ absq. iis irrigationibus vacua esset. Vnde & a veteribus sacrificatũ Nilo, Genii boni nomine ei indito, teste Ptolomæo Libro quarto. Atqui hodiè plurimi Christiani miraculo hanc fluminis exundantiam adscribunt, sine qua fame pereundum esset, dependente hominũ vita (ut Iohannes Chrysostomus ait) ab aquarũ incrementis. Caurus ergo qui apud nos æstivo tempore flat, quod illis hybernum est, ibi nebulas ac vapores circa montium summitates colligit, pluviasque citat, quæ ob calidos vapores hyemem iis in locis temperant. Hi ergò imbres in causa sunt quòd Nilus exundet, aliaque horum locorum flumina, magnâ olim veterum disceptatione, ac infinitarum fabularum circa eam congestâ serie. At æstivante iis in locis anno contrarii veriti secũdum Pyxidem afflant, Notapeliotes nempè & Borapeliotes, haud dubiè frigidi, proficiscentes scilicèt ex opposito Poli Antarctici, qui & Terram ipsam refrigerant, ut nostri apud nos. Etenìm illis syncerum cælum reddunt, nobis verò nubilosum ac pluviale, naturali quâdam Terræ, Aëris, ac climatum dispositione, præsidente summâ divini numinis providentiâ, quâ Cælorũ orbes segregati sunt cursusque solis ac syderum, ut omnib⁹ terris luceant, caloris, frigorisque temperie juxta ordinatas compositasque proportiones. Enimverò nisi ea refrigerans aura Terras Æthiopiæ, Congi aliasq. circumjacentes recrearet, calor planè intolerabilis constitueretur. Hac eadem aurâ incolę Græcię fruuntur, Candię, Cypri, Asiæ minoris, Syriæ, ac Ægypti. Ideo illis venti Borealybicus ac Zephyrus Zoophyti. quasi vitæferi dicuntur, Porro notandum Nives nunquam in montes Æthiopię, Congi, aut circumjacentium regionum cadere: Nisi inspexeris, quæ versus Bonæ spei Caput feruntur, aut in locis ubi Lusitanis dicti Nivis Montes jacent. Congi regnum si glaciem aut nivẽ haberet Aurum sanè vinceret in pretio, quòd potus eo modo refrigerari

Etesiæ.

Causa exundantiæ Nili.

Temperatura mundi.

Digitized by Google

posset. Iccirco flumina crescere ex Nivis augmento ac liquore nequàquam perhibeas rectè. Imbres enim quinque mensium ea incrementa dant ut jàm retulimus.

Ad propositum ut redeamus. Congum petere potes, aut è mari alto S. Helenę insulam versus facta transmissione, aut juxta oram Africæ, in S. Thomæ insulam, ad Caput *Lupi Gundizalvi* (quod gradu primo Australi Lineæ jacet, distatque 21. Germanię mill. a S. Thomæ insula) directa navigatione. Indè terreno vento eram legunt, anchoramque vespertino tempore emittunt, certo in loco post aliquod Promontorium, aut in portu quodam, donec ad destinatum locum ventum fuerit.

Navigationis in Congum-ratio.

Congi Regni magnitudo & situs.

Congi Regnum ad S. Catharinæ caput extenditur. Id Australi Æquinoctialis plagæ adjacet secũdo gra. ac dimidio. Persequentes oram ulteriùs Littora quædam ac arenas transeunt, commemoratione indignas, usque ad duos sinus, quos mare efficit, bono portu quem *Alvari Gondizalvi* vocant. Vlterius aliquantulùm rivulus quidam in Oceanum incurrit, à Lusitanis ob ruborem dictus *De las Boreras rossas*, quòd aqua ea arenas quasdam rubras subjectas habeat, quæ colore eandem adficiunt. Circa hunc tractum Montes quidam alti consurgunt à Lusitanis dicti *La sierra Complida*, id est, montes longi, succedit deinde alter fluvius, *Baja de las Almadias*, id est, sinus lemborum, quòd ibi multi lembi fiant. In hujus fluminis ostio tres insulæ jacent, quarum maxima in medio est, habitata, ac portu minutarum navium capaci insignis; reliquæ incolas non habent. Hinc discedentes ad magnum Congi flumen *Zaire* dictum appropinquant, ex eodem partim lacu originem ducens, ex quo Nilus descendit. Tantam verò aquæ abundantiam reddit, ut pene fidem res superet, latitudine 5. mill. & dimidij impletà, antequã in Mare procurrat, dulcem aquam evolvens etiam salsis fluctibus per 8. 10. & aliquando 16. nostratia milliaria superatis, quo argumento facile Nautæ considerant locorum situs ad quos provecti sunt. Adverso flumine majoribus lembis ad 5. milliaria tutò navigare licet, succeduntque mox impetus torrentiũ undarum maximi, quod eo in loco flumen è cataracta cadat tanto fragore ut ruere nõ fluere credatur qualia & Nilus, Danubius, ac Rhenus quibusdam in locis experiuntur. Fluminis ostium insulas quasdam habet, incolis plurimis frequentes, queis satrapæ imperant, Regis *Congi* feudatarii. Olim insulani bella inter se gesserunt ex lembis, quos integro ex trunco arboris excavant. Ea *Licondo* dicitur, crassa aliquãdo, ut vix viri extensis eam brachiis comprehendant, indè & lembus ex maxima ductus vel 200. homines capiat. Scaphas hujusmodi remis agitant maximo impetu; remium quisque tenet & arcum; bellandi occasione remum dimittunt àc arcu rem gerunt. Gubernaculorum item vice vertendæ scaphæ hisce remis utuntur. Hoc in fluvio sunt Crocodili ingentes apud eos *Cayman* dicti, Hippopotami, aliùdque animal quod duas veluti manus præfert, caudam unam, lagenæ penè instar, id *Ambize Angulo* vocant nos. Porcum marinum diceremus, ob pinguedinem velut Porci. Gustu pollet optimo, Carnis imagine, cùm tamen è piscium numero sit, qui dulci ex aqua nõ egrediuntur. Gramine riparum vescitur, caput bovis habet, & sunt hujusmodi 500. librarum. Piscatores sub pœna capitis captum hoc Animal ad Regem deferre coguntur.

Flumẽ Zaire.

Cataracta.

Crocodili.

Piscis mirabilis Porci instar.

Hic Promontoriũ exoritur porrò, quod *Cap. di Padram* vocant, àc ulterius paulò flumen *Lelundæ* quod ex minuto lacu oritur interiori terræ situ, unde & plura flumina nascuntur, nominàtim quod *Coanza* dicunt, de quo posteà agemus. Fluvius *Lelunda* tempore quo imbres cessant siccus omnino est ac vadosus, fluit circa montis pedem, in quo Regia civitas *Congo* ædificata conspicitur. Hinc cursus tendit ad flumen *Ambrizi*, ingens item ac portu commodum. Fluit non longe ab *Congo* oppidò versus Mare. Sequitur fluvius *Onzo* portuosus, nascens è lacu Nili. Australiore tractu accedit amnis *Lemba* portui tamẽ ac navigationi ineptus. Post hunc Danda fluvius maximus occurrit, qui Naves vasorum 100. ferat. Ex eodem ramus Australior tendit *Bengo* dictus ac cum Coanza flumine alio maximo insulam *Loandæ* reddit concurrentibus vndis, ac magnã cæni vim efferentibus, dilatationem in insulæ. Bengo autem ingens amnis per 25. Italica milliaria quæ 5. Germanica reddũt, navigabilis fertur. Inter duo ergo ista flumina *Loanda* insula famosa jacet, cũ portu ejusdem nominis. *Loanda* terram planam sine montibus significat.

Flumina Lelunda.

Coanza.

Ambrizi.

Onzo.

Lemba.

Danda.

Bengo.

Loanda insula.

Etymon ejus nominis.

Quatuor hæc insula milliaria longitudine sua ferme complectitur, latitudine verò quadrantem milliaris vix, àc quibusdam in locis teli duntaxat jactum. Mira res; effodienti terrã ad 5. aut 4. palmos pleno turgidoq. mari potabilis àc dulcis aqua aperitur, eodem verò decrescente salsa àc amara.

Hac in insula piscatio illarum Concharum celebratur, quæ universum per Congi Regnum, aliasque vicinas partes, monetæ loco serviunt àc exponũtur Ea piscatio hoc modo initur. Mulieres quædam è littore in mare aliquantulùm descendunt, àc cophinos quosdam arena plenos educunt. Hos in terram producunt conchasque ab arena purgant, quæ minutæ admodũ sunt, ac variæ, apud eos tamen fere in duo genera distinctæ, sunt enim mares; sunt fœminæ, quę pulchriores colore ac adspectus voluptate habentur. Quamvis verò circa plurima Congi

Piscatio Concharum quæ monetæ loco sunt.

Digitized by Google

ma Congi littora hujusmodi conchæ reperiantur, præstant tamen illæ *Loandæ* subtili fulgore, ac cinericio colore, aliis colotum generibus reprobatis. Hisce conchis ibi cuncta emuntur, ipsumque Aurum, Argentum, ac cætera ad cibum pertinentia. Ceterùm non tantùm hoc more moneta Auro detrahitur, aut metallo alteri, in Congi regno, verum & in alijs Africæ partibus, in regno Chinæ, ac quibusdã Indiæ locis. In Æthiopia etenim Piper nummorum in vicem exponunt; in regno Tombuti circa Nigrum fluvium Conchas marinas, ac *Porcellettas*, ut in China & Bengala Metallo sanè maximus in Europa honos est, cum id infinitę gentes pari veneratione aut pretio nequaquam adorent. Insula hęc 7. aut 8. pagos habet *Libata* dictos idiomate istius terræ. Præcipuus *S. Spiritus* nomine signatur, quem Gubernator è Congo dimissus tenet, piscationi opulętæ concharum intendens. Multa item hic animalia sunt capreæ, Apri &c. Ardua item hic & mirabilis arbor crescit *Ensandá* dicta, perpetùo virens, virtutibus mirandis inclyta. ramos proceris incrementis extendit, ji fila quædam tenuia demittunt, quę terrę contactu radices item generant, in aliarum arborum perpetuã seriem sobole nimis quàm multiplici. Sub priore hujus Arboris cortice Linteaminis certa quędam species nascitur, quòd pulsatum ac emundatum, qua latitudinis & longitudinis extenditur, ac deinde plebi in vestimentorum usus servit.

Viel Loandæ.

Arbor Ensanda.

Linteamen ex Arbore.

Naves Insulanorum.

Naves Insulani habent ex Palma factas, aut Indica nuce, conjunctis tabulis, modo quo Lusitani Phaselos cõcinnant. Hę Velis ac remis incitantur, jisque piscationibus in ea ora fælicissimis indulgent, ac continentem petunt. Eâ parte quæ ad continentem vergit, quadam in concavitate, Arbores crescunt ad quarum radices, marina aqua descendit, eæ Ostreas habent, magnitudine manus, gustu delectabiles, insulanisq. aliàs haud incognitas., quibus *Ambizimatare* dicuntur, quasi Lapidis pisces. Insula hæc qua angustissimum est fretum firmæ prope accedit, ipseque sæpe rivus interfluens natatu à gente superatur. Eo in freto insulæ quædam exiguæ jacent, crescente mari fluctibus tectæ, ac subindè aridæ, quo tempore juxta radices arborum Ostreæ inveniuntur. Propè hanc insulam circa exteriorem ejus partem Balenæ infinitæ natant, nigręut apparet, continuis inter se bellis agitatæ, cum nece multarum, quas Nigritæ tùm piscantur, ac adipem emungunt quo cum Pice Naves muniunt. Portus suprædictus ostium in septentrionem porrigit latum penè dimidium milliare Italicum, altum valdè. E regione in firma *Vicus S. Pauli* visitur nullis tamen propugnaculis validus, quę Lusitani habitant, eò ex Lusitania cum liberis ac vxoribus devecti. Piscium multitudine summa fretum hoc abundat sardis præsertim, & Encrasicholis, tantá multitudine hyberno tempore ut ponte in terram desiliant, nec non Soleis, Accipẽsere, Mullis, & Cancris maximis, qui eo in tactu salubres admodùm sunt, ac ab incolis amati.

Ostreæ.

Balenæ.

Vlteriore ex *Loanda* navigatione ad fluvium *Coanzam* venitur, qui cum *Bengi* flumine suprà citato insulam *Loandam* efficit. *Coanza* itaque oritur ex parvo Lacu quem fluvius efficit ex eodem lacu natus, ex quo Nilus aliique plures amnes fluunt. Is lacus hac in Tabula vocatur *Zaire* & *Zembre*; apud antiquos Tritonis, quòd in eo vulgi fabulâ Tritones mârinique homines reperiantur.

Coanzæ flumen.

Coanza flumen, ut eo revertamur ostium habet latitudinis dimidii mill., adversaque unda lẽbos fert ad 20. usque nostratia mill. nullo tamen insigni portu. Hic intiũ ferè ducit Angolæ regnum quod olim imperio Regis Congi subjectum fuit, verùm antè paucos annos Gubernatoris cuiusdã operâ ab eo segregatum, unde & hodie amicitiã cum eo colit, nullâ tamen feudatarii aut subjecti devotione, licet subindè dona quędam emittat, tributi quadam specie.

Angolæ regni initium.

Sequitur Promontorium *Ledo* quod ubi superaveris alii nempe amnes succedunt: Primus *Sunga* dicitur quem per 25. Italica aut 5. Germanica subeas. Alter *Bengleli* ubi hodie ex subditis Angolæ Regis quidam imperat. Demum ad Portum modicum venitur fidum ac probum cunctis ratibus; Vocatur Vaccarũ sinus, à quibusdam Vaccarum Littus, quód plurimę ibi vaccæ pascebantur. Estque ipsa Regio plana ac graminis, cæterarumque rerum ad victum pertinentium ferax. Venalia etiam hic metalla quædam subindè reperta fuerunt, præsetim Argentum, ut *Lupus* ejusque interpres *Pigafetta* testantur ex quibus hęc ferè omnia ducta sunt. Atque hoc termino limitatur olim ora potẽtissimi regni Congi, celebrati magnis commerciis Lusitanorum initiò detectionis ejusdem, initium sumit 4. gra. & dimidio. Australis plagę ab Æquinoctiali, porrecta deinceps usque 13. gradum altitud. qui 630. Italię, 126. Germanica mill. conficiunt, si in quinque unum computes. Licet autem hęc Regio, ut cunctæ aliæ quatuor partibus absoluta describi posset, Occidentis, Orientis, Austri ac Septentrionis respectu, sufficiet tamen Occidentalis hæc terrę declaratio, juxta maris littus, cõpositа Africanę Indicęq. Navigationis ergo. Porro discursus quosdã sermonis adjungam.

Limes Regni Congi.

Congi Regnũ in 4. sex famigeratas Regiones distibuitur, eę sunt *Bamba*, *Sogno*, *Sundi*, *Pango*, *Batta*, & *Pemba*.

Sex Provinciæ Regni Congi.

Bamba maxima est & opulentissima juxta littus maris porrecta, à flumine *Ambrisi* usque ad *Coanzæ* amnem, multis distincta domi-

Bamba.

Digitized by Google

dominiis, quorũ nomina non temerè retulerim, *Mani* eorũ lingua Domini dicuntur inde *Mani Bamba* Dominus Bambę *Mani Loanda*, *Mani Coanza*, id est, Dominus Loandæ, Coanzę, &c. Bamba veluti scutum est ac propugnaculum totius Congi Regni, indè cunctis rebellibus bellũ infertur, quod ejus terræ incolæ bellicosissimi, ac armis adsueti Regi omni in discrimine auxilio sint. Vrgente itaque re, ex ea tantùm, vel 400000. armatos, nempè juxta regionis morem educit.

Hujus Provinciæ Famosissima Vrbs in campo jacet, inter flumina *Losam* & *Ambrisium* vocaturque *Panza* communi vrbiũ nomine, in quibus Gubernator degit, distat à mari ferme 100. Italię mill. quę 20 nostratia conficiunt. In hac Regione mons surgit Argentifodinis aliisque Metallis dives; pertingens ad Angolæ Regnum, valdeque hic tractus opulentus habetur, quod item circa littus maris Conchæ pecuniarum loco inveniantur. Vnde & mancipiorum hic summa tractantur commercia, quæ Lusitani infinito numero emunt, aliasque in terras venum transmittunt.

Panza urbs.

Incolæ militari pollent robore, Gladios longos, latosque gestant, ut Heluetii, quos à Lusitanis suscipiũt. Tantę ibi hominum vires, ut vno ictu seruum secent per medium, Bovique vivo caput abscindant. Atque adeo inventi, qui vinarium vas 325. librarum fere brachiis gestarint. Præter eos enses, & Arcus peritissime tractant, ac clypeos oblongos ex corticibus arborum contextos, quales apud me videri possunt.

Incolæ fortes.

Viriumque summarum.

In hac *Bambæ* provincia multa diversaq. Animalia reperiuntur, Elephantes præsertim plurimi, ob pratorum sylvarum, aquarumq. copiam. Maximi ii sunt, usque enim ad vitæ medietatem crescunt, & annos fere centum quinquaginta implent. Qui in Lusitania & apud nos conspecti fuerunt, minores sunt, quòd nondum adulti habeantur. Magnitudinis harum belluarum, haud tenue argumentum sunt dentes ibidem collecti, ac 200. medecinaliũ librarum inventi, computatis 24. dipondiis in libram. Congitanâ linguâ Elephanti dens *Mene Manzao* dicitur. Iuniores Elephantos *Moana Manzo* dicunt. Aures nequaquam minores Turcarum peltis maximis habent longas majores palmos sex formâ ovi, versus humerum acutiores quarum caudæque motu ac appulsu muscas arcent, quas item pellis contractione insidentes mactant. Pilos caudæ densos habent, juncorum minorum effigie, splendidos atrosque, qui in adultis pulchriores validioresque sunt ac majoris pretii: vtũtur iis homines ornandę ceruicis gratia, præcipue viri nobilesque fœminæ in Angolæ regno, circum jacentibusque locis, quos & magna æstimatione dignantur, ob bestiæ ex qua auulsi sunt; ipsorumque pilorum validitatem, pulchritudinemque. Adeò quibusdam expetuntur, ut & periculum vitæ ea gratia subeant, Elephantum enim arctum quendam locum ingressum, ut se vertere nequeat, ascensu invadunt, aut à tergo accedentes acutissimis cultris Caudæ pilos abscindunt, quos catenatim annùlatimque componũt, ac dein collo, brachiis, digitisque applicant. Caudas hujusmodi integras calceosque quibus utuntur annulosque multos ex hisce pilis confectos Doctor Paludanus tenet ac ostendit. Sane veteres Elephantum natura latuit si genua iis flecti posse negant, arboresque ideo somno captãdo quæsitas crediderint, atq. eo modo capturæ idoneos extitisse. Nostri enim homines ac ante eos Lusitani rem aliter compertam habent, crura jungi, genua flecti, cùm vel arborem scandunt cruribus duobus elatis, ut frondes carpant, vel humiliorem aquam appetunt, atque eã potant; quomodò juncturæ hujusmodi ossaque apud D. Paludanum exstant. Reliqua circa Elephantum descriptionem multis deducta scriptoribus non addam. Tigres huic item provinciæ sunt, formâ quâ in nostris regionibus circumferuntur. Mirabili naturæ qualitate belluæ hæ *Lupo* teste nunquàm Candidos homines adoriuntur; Nigros verò crebrò, ut & condormentibus nigro candidòque, nigrum invaserint, intacto candido. Fame pressi bestias nullo ædium respectu adoriuntur, nimirum deficientibus per campos palantibus. Congitana lingua *Engoi* dicuntur; fera sunt animalia Leonum instar, pilis tamẽ aliter adfecta. Veneno escę indito; Sagittis aut bombardis capiuntur. Alas ibidem sive Mustaces hujus animalis veneni quadam in suspicione habent, ex quibus mãducatis mors furiosa proveniat: vetitum undè Regis decreto; Ne quis pellem sine iisdem venum deferat. Eadem regio Animal producit cui *Zebræ* nomen est Mulo per omnia simile, nisi quòd partu fœcundum fit. Fimbriatis autem lineatisque pilis mirò adspectu visitur. Etenim à dorsi spina ad ventrem usq. pictas lineas habeat, triplici colore, nigras nempe, candidas, ac fulvas, justâ proportione dispositis fimbriis, ac 3. fere digitos latis, figurâ quæ in libro Romæ impresso patet. Belluæ hujusmodi annuâ sobole multiplices passim sunt, sylvestres cunctæ, ac pernici cursu inclytæ, velocitate *Zebræ* in proverbium Lusitanorum deductâ. Cicurata *Zebra* in equi locum succedere posset, in bellis, vehendo, ac trahendo, ut naturę inde solicitudo circa necessaria considerari possit. At cùm terra hæc Equis careat, ipsique incolę cicurandæ *Zebræ* artem ignorent, Boumque adjumentis uti nequeant, licèt magno numero iis in locis sint, homines belluarum vicem implent, qui per vicorum angulos dispositi, sellas variè subeunt, aut lecticas gestant, more qui

Elephantorũ descriptio.

Tigris Candidis hominibus parcit.

Zebra animal.

Homines equorum loco.

Ex Elephantum Caudis monilia.

in Romano

in Romano libro imaginibus oſtenditur. Iccircò quibus celeritas itineris neceſſaria eſt ſubinde mancipia commutant, ac velut veredis adjuti quàm citiſſime iter conficiunt. Inveniũtur & aliæ beſtiæ, quædã Bovis magnitudine, quędam minores quas *Empalangæ* vocant, Bubali ſylveſtres, Lupi maximâ odoris vi, olei quod ex Palmis educunt amantiſſimi, Vulpes, Cervi, Hinuli, Capreæ, Cuniculi, Lepores ſummâ copiâ, quod venatu ad necem non appetãtur.

Zibethi feles. *Zibethi* item hic feles plurimi habentur quos cicurant *Zibethi* colligendi cauſa, cujus odore plurimùm delectantur.

Viperæ variæ. Anguium viperarumque diverſę ibidem formæ exſtant, 25. palmorum longitudinis, ac 5. latitudinis, vaſto ventre, oriſque hiatu, vt vel Cervum ejuſue magnitudinis aliud animal devorent. Terras & aquam colunt ancipites. Beſtiæ hæ vbi ventrem impleverint facile ſomno ſuccumbunt, velut ebrietatis manifeſtæ, Eas tum incolæ trucidant, carneſque cibi gratia appetunt, ſuprà Gallinæ carnium delicias: Ceterum tanta quibuſdam viperis veneni vis ſupereſt, ut morſu intra 25. horas mortem adferant. Arietis præterea magnitudine Animalia ibidem viſuntur Draconum inſtar, alata, cauda una, oblongo roſtro, multiplici dentium ſerie. Crudis carnibus veſcuntur, ſuntq. ex bipedum numero, fulvâ pictáque pelle, viridicæruleoq. colore: A quibuſdam Nigritis adorantur. Chamæleontem eadem regio habet, &c.

Vaſtæ.

In cibum ſerviunt.

Venenoſæ.

Dracones.

Avibus itẽ ſcatet, Gallinis Indicis, Pauone, Anſere, Anate, Perdicibus domeſticis, ac ſylveſtribus, Phaſianis, Columbis, Turturibus, Aquilis, Falcone, Niſo, Pellicano, &c. Pſittacorum adhæc magna multitudo viridium ac cinericiorum; Rubrarum item pulchrarumque avium, quas *Fiamengi* vocant, ſed & numeroſas minutarum avium ſpecies videas, cantu *Canariarum* aviculis haud diſſimiles.

Aves.

Songo Provincia. Altera Congi provincia *Songo* dicta circa flumen *Zaire* jacet & *Loango*, porrecta ad flumen *Ambriſi*, verſus ſeptentrionem, 7. & dimidio gradu finiturque circa rubras Petras limitaneas Regni *Loango*. In Provinciæ huius meditullio vrbs jacet *Songo* dicta vnde & Regioni nomen. Gubernatoris ea ſedes eſt. Elephantos plurimos habet, ideoque magnis commerciis petitur, circa Eboris cum ferro permutationem. Multæ hic item ſimiarum ac Cercophitecorũ formæ, quarum aliquæ Mimico geſtu multas Facetias hiſtrionicas concinnant. Linteamina in hiſce item Provinciis multa fiunt, ex Palma Indiæ ſummis diſtracta negotiationibus. Eius apud me multæ formæ ſunt. Vaccas habent plurimas, aliaque ſupranominata animalia.

Vrbs Songo.

Ethnicorũ vero perſuaſionibus viuunt. Quæuis adorant ſolemque velut maritum pro ſummo Deo habent; Lunam vero ut fœminam ſequenti veneratione dignantur. Veſtitu Congitanorum fere utuntur. Bellũ cum vicinis Anzicanis gerunt.

Sundi tertia Regio potior eſt, ac Regis portio à Primogenito Regis, aut Regii ſanguinis Principe ſucceſſioni deſtinato ſemper regitur. Iacet circa Congi vrbem à Luſitanis S. Salvatoris titulo donatam, atque inde per 40. Italiæ mill. aut 8. Germanica ad fluvium uſque *Zaire* extenditur.

Sundi tertia Congi Regio.

Incolæ, ut ii qui Pango habitant, plurimum circa ſalem & colorata linteamina ex India & Luſitania allata negotiantur, loco nummorum conchis utentes. Pro hiſce mercibus Linũteamina ex Palma ſuſcipiunt, Elephantum dentes, Zebellinos Martes ac cingula quędam ex iiſdem Palmę foliis facta, magno in ptetio apud eas gentes habita, qualia etiam apud me conſpici poſſunt. Cryſtallus plurima hac in provincia creſcit aliaque Metalla inter quæ ferrũ incolarũ opinione cæteris præſtat, quòd ex eo gladii, cultri, aliaque arma utiliter fiant, cùm reliquorum haud par utilitas ſit.

Commercia.

Ferri vtilitas, ſupra reliqua Metalla.

Pango quarta Provincia liberũ olim Regnum fuit ſuoq. conſtans imperio. A Septentrione *Sundi* attingit, ad Meridiẽ Battã, ad Occidentem *Congi* Regionem, & Orientem verſus Montes ſolis. Præcipua vrbs itẽm *Pango* dicitur ſita occidẽtali fluminis *Barbelæ* parte, quæ ex Lacu Nili fonte fluit. Eadẽ cõmercia tractãt quæ homines *Sundi*.

Pango quarta Provincia.

Batta quinta Regio cõfinis eſt à Septentrione *Pangi* ditioni, ac ab Oriente flumini *Barbelæ*; porrecta porro uſque ad ſolis Mõtes, ac pedem Aphronitri montium & à Meridie eorum montium jungit ſe *Barbelæ* uſque in aduſtum Montem. Civitas inſignis maximè eodem nomine *Batta* vocatur, in qua Gubernator habitat, cui ſclopetarii milites permittuntur, quòd orientem verſus trans Solis, ac Aphronitri montes, ad Occidentalem Orientalemque Nili oram gens quædam moretur *Gjaquarum* nomine deſignata apud Congitanos, proprio autem terræ vocabulo *Agag* dicta, ferox admodũ ac militari prędæ intenta, quæ continuis invaſionibus vicinas terras ac ſubinde *Batta* Regnum deprædatur. Iccirco *Batta* homines arma ſua ac bellicas res, ſtudioſè curare debent.

Batta quinta Regio.

Gens Agag fera.

Provinciæ hæc 70000. aut 80000. armatorum hominum probeque inſtructorum emittere poteſt. Multique hinc Zebellini ac Martes afferuntur, eademque negotia curant quę *Pangi* & *Sundi* incolæ.

In Pemba ſexta Provincia Civitas *Congo* jacet *Banza* olim dicta, id eſt Curia, nunc verò a Luſitanis S. Salvatoris. In monte jacet, ſitu interiore terræ, diſtantiâ à mari 150. Italiæ milliarium, noſtratiũ verò 30. Mons hic altus ac vaſtus eſt, qui tamen ferrum habeat; complectitur 2. noſtratia mill. frequens

Pemba ſexta Provincia.

Congo civitas nunc S. Salvatoris.

Digitized by Google

quens multis, Pagis, ac ædibus,& amplius centum millium hominum habitatione.

Montis hujus gleba fertilis valdè est ob recentiã aëris, quo puro & syncero admodùm fruitur. Probam aquam præbet, quæ nunquã hominibus noceat; graminis dives est omnumque pecorum, arborumque feracium, ac semper virentium. Granorum illis terris usitata omnia genera fert, præcipuè quod illi *Luco* vocant, ac maximâ æstimatione dignantur, quâ nos triticum, minus tamen est, aliquamque similitudinem habet cum grano sinapi, nisi quòd paulo majus sit. Id manuariâ molâ conterunt, farinamque albam, salubrem, ac gustu probã nanciscuntur. Bonitate triticeo pani nostro haud cedit. Hujusmodi granum in Congo copiosum est, antè paucos annos eo ex Nili regione delatum, præcipuè ea ubi Nilus secundum Lacum implet.

Frumentum Luco.

Milium item album copiosum fert, *Mazza di Congo*, id est, Granum Congi dictum. Nec non & *Maiz* sive Turciæ triticum, parvi tamèn æstimatum, quòd & *Mazza Manprito* hoc est Triticum Lusitaniç indigitant. Hoc Porcos saginant. Orizâ item abundat, verùm nullo pretio. Regio eadem arbores diversas fructiferas gignit, ex quibus plebs facile cibum capit, seque sustentat, Hujusmodi sunt Citri, ac Limonum arbores suavesque maxime fructus Assyriæ Mali, qui inter acidum dulcéque gustum medii summoperè laudantur, ac sine noxa comeduntur. *Bananes* quoque plures sunt, quos quidã putant esse fructus Ægyptiis ac Syris *Muse* dictos, qui in hoc libro ficus Indiç vocantur, gustu sunt probò amænoque ex dulcedine acido, boniquè alimenti.

Mala Assiria optima.

Campi verò Palmarum multas species ferunt nempè quæ Indicas nuces & Dactylos producunt: Nascitur & alia Palmarum, species similis supradictis duabus ex quibus Oleum ducunt, Vinum, Acetum, Fructus & Panem. Oleum ex fructuum pulpa, velut ex olivis eliciunt, idem colore ac substantia Butyro nostro haud absimile est, viridius tamen paulùm, in flavedinem inclinatum, quò & olei ac Butyri loco utuntur, eodemque Lucernas alunt, & corpora ungunt, conciliandæ celeritati. In summa, necessitatis tempore valet potissimùm, ut nostris accidit, quibus absque hujus Olei alimento pereundum fuisset fame. Apud me id videri potest cum Vino & Aceto ex iisdẽ Palmis. Vinum ex summitatibus arborum depromũt, quas terebrant, decurrente tum succo lacteo, refrigerante ac sereno, is primùm dulcis est, ac postea acescit, ut Lactucis adhiberi possit Aceti vice. Recenter potus vrinam citat, unde & paucis ea in terra vesicæ aut renũ calculus infestus est. Item supra modum haustus ebrietatem conciliat, alimentumque copiosum præbet.

Palmarum species. Ex Palma

Oleum.

Vinum.

Panem ex horum fructuum ossiculis conficiũt. Amygdali sunt formâ duriora tamen. Ossiculis his nuclei suavis gustus cõtinentur, salubres & boni succi, totusq. hic fructus intùs & extrà viridis est, ac crudus, coctusue manducatur. Aliæ sunt arbores quæ fructũ producunt *Cola* dictum, Nucis pineç magnitudine, continentẽ alios fructus castaneis similes, quibus quatuor rubri sive incarnati nuclei cõtinentur, quos dentibus terunt, ac in ore versant extinguendæ sitis gratia. Fructus hi in aquam conjecti eandem acescere faciunt, ac amænescere palato, stomachum roborant, jecurque corruptum probe emendant. Alia Palmę sylvestris genera ibidem reperiuntur, feracia multorum fructuum esvi commodorum quarum folia tegetibus cõficiendis serviũt, tegendis casis, sportulisq. cõtexẽdis, aliisq. domesticis rebus, quarũ apud me plurimę figurę extãt.

Panis.

Cola fructus.

Virtus ejusdẽ.

Supersunt & aliæ Arbores *Ogeghe* dictæ, quæ prunorum flavorum forma fructus proferunt, odore & sapore amænos admodum. Ex his arboribus ramos detruncant, quibus serie contextis sepimenta constant, ut apud nos ex spinarum virgultis, etiam ex iisdem porticus ac viridaria extruunt, ut à sole tuti sint. Præter supradictos fructus alii reperiuntur magni in Medecina usus, ac etiam gustu probi, quales sunt *Tamarindæ* acida dulcedine, ac in feruidis febribus utilissimæ. Mauri Turcæque terra iter facientes Pulpam Tamarindæ adsumunt, ac aqua miscent, quam deinde ad jecoris refrigerationem, renum ac interiorum partium epotant, item levis solutionis alui gratiâ, quam ob causam cassiâ quoque fistulari utuntur, quæ ibi plurima est. Melones item, Pepones, Cucumeres, aliaque Terræ dona summa copia eadem Regio habet. Qui instructionem ejus rei latiorem desiderat *Odoardum Lupum* legat à *Pigafetta* tranflatum, ac Romæ impressum, ex quo hęc plurimùm desumpta sunt.

Arbores Ogeghe.

Tamarindæ.

Licet autem Congitanorum casæ humiles sint, ac exiguæ, materia tamen nequaquàm deest, præsertim lapidis cujus maxima ibi copia est, vastaque multitudo, ut integris columnis sufficiant Marmoris rubri synceri montes. Sed & vel templi vniversa capacitas ex eo deduci posset. Accedunt è Iaspide solidi Montes, è Porphyretico lapide sive rubro Marmore, item albo aliorumque colorum, quod Romæ Marmor Numidiæ seu Africæ dicitur, ex quo multæ ibi columnæ visuntur ac a mè globi quidã politi inde allati sunt. Porrò in quibusdam lapidibus Hyacinthi nascuntur varii, quos eximere posses, ac ab alia saxorum materia discernere. Ex iisdem integrę Columnæ fieri possunt, obelisci aliaq. opera, quę dispersis huiusmodi fulgentibus lapidibus inlustria admodum essent. Adhæc & alia saxa invenias miranda, quæ Metalla continent,

Lapidũ summa copia.

Marmor.

Digitized by Google

nent, Æs nempe aspectu viride ac fuluum, ex quibus statuæ aliæue imagines rerũ pulchre construantur. Non ergò ex materię defectu ea casarũ humilitate Regio laborat, cũ copiosè calx, lignũ, lapides &c, adfluant, sed ex artis imperitia circa ædificationes ac fabricã. Nulli enĩ ibi fabri. Religionis Christianæ successus Anno 1490. & 91. inchoatos per Lusitanos hac in Provincia enarrare supersedeo; Ejusdem porrò interitum pòst Regis *Congi* à Lusitano instigati decreto Aurifodinarũ occlusionẽ, Antistitumq. ibidem enormitates, aperte satis in libro *Lupi* supradicti enarratas, quòd ea res extra huius Historiæ argumentum sit.

Fabrorũ inopia laborat Congi Regnũ.

Ad Tractus Angolę persecutionem ut redeamus usque ad Bonæ spei Promontoriũ: sciendum est Angolam supra omnẽ fidem populis admodùm frequentari, Argentoq. abundare, Ære alióq. metallo, pecore item, vaccis præsertim, omnibusque aliis rebus ad victum pertinentibus. At populus Caninas carnes vaccinis præfert, cancsq. mactat majorique pretio emit.

Angola frequẽs populis.

Canes cibi gratia in pretio.

Nummorum loco conchas testasq. tractant Congitanorũ ritu, quibus & sermone accedunt, ea tamẽ differentia quæ inter Lusitanorum Hispanorúmq. linguam est. Regem habent idololatram. Polygamię usum servãt inde tanta sobolis multitudo adfluit, ut Angolæ regio sola millionem armatorũ hominum Regi ad ministerium militiæ producat. Globulis hæc gens utitur vitreis venetis, varii coloris, ad Ornamentum cervicis, àc brachiorum, *Anzolos* vocant, àc jam vinculis contextos *Mizanga*.

Mores.

Vis hominũ.

Post Angolæ Regnum finitimque vaccarum ad Austrum, usque ad Nigrum Caput, sive Promontorium, Tractus juxta mare ad 220. Italica mill. producitur. Eadem hic Terræ facies quæ in Angola sub Dominorũ complurium imperiis. Ab hoc Nigro Promõtorio linea tendit Orietalis distinguens Montes frigidos ita dictos, ac à Lusitanis eo in loco quo altiores Lineæ accedunt Niuis vocatos, finitósque pede montium Crystalli, quibus infinita Crystalli vis inventa ibidem nomen dedit.

Crystalli mõtes.

Ex hisce Nivis Montibus Aquæ oriuntur quæ lacum conficiunt Lusitanis *Dumbea Zocche* dictum. Atque Crystalli montana in Septentrionem longius abeunt versus Argenti montes *Malombam* usque Regni Congi limitem, intercedẽte *Coari* flumine. Persecutione Tractus Regni Angolæ ad Caput usque Bonæ spei cursus tendit juxta. Regnum *Climbebi* quod Regi *Matame* paret, porrigitúrque hæc ditio usque ad flũmen *Bavaghul* ex Montibus Lunæ coortũ, àc cum flumine *Magnica* concurrens, quod ex supradicto magno lacu nascitur, sequitur tum Tropicus Capricorni inter quem Caputque Bonæ spei non unus Rex imperat diuulsa regione in multas Præfecturas. Vallatur ea terra altis, horridis, frigidis ac inhabitatis montibus. Gens Arabum ritu campos colit, àc casas; vestimenti loco pelles habet, fera, indomita, àc infida exterorumque commerciis adversa. Arma eorum sunt tela & sagittæ. Cibus terræ fructus, carnesque belluarum.

Tropicus Capricorni.

Nili ex Lunæ montibus veteres originẽ dirivant at falsò ut declaratum est.

Nili origo falsa apud antiquos.

In Montibus hisce Occidentem versus exiguus Lacus jacet *Gale* dictus, ex quo fluuius *Camissa* oritur, (Lusitanis dulcis dicitur) in mare circa *Caput falsum Bonæ Spei Promontorii* decurrens. Id *Caput falsum* ideo vocatur quòd Naves, quæ ex India in Lusitaniam proficiscuntur, primùm Caput magnum. sive Promontorium aperiant *Delli Aguglie* dictum, postea verò hoc minus, unde & falsi capitis nomine signatur, latens post magnum illud deceptisque ejus adspectu Navitis. Spacium inter hæc duo capita ad viginti milliaria Germanię perhibetur, bicipiti vertice, ut sinus pateat, quem Lusitanorum naves aliquandò subeunt aquæ petendæ gratia, eo ex dulci flumine. Gens circa eundem fluvium colore nigro est (licet eo in loco Polus Antarcticus ad 35. grad. sese elevet) ut & Montium frigidorum Lunæ homines, undè caloris solis vim huius rei causam esse non temere crediderim, verùm pòtius quandam terræ proprietatem. Ceterùm Promontorii huius cùm summa supra cũcta Orbis longitudo sit, ae in mare maximus excursus periculosáque navigatione admòdum superetur (ut & cuncta Promõtoria) maris terribili fremitu, ventorum e terra incũmbentium procellã idemque mirifice turbantium cum naufragiis multarum ingentium Lusitaniæ Navium, nullaq. veterum historia pene celebratum sit antè Lusitanorum eas in partes adventum, operæpretium fore existimo Navigationis ex Lusitania in Indiam mensuram certámque finitionem ponere, cùm illa tantùm in superando magno hoc Promontorio Navigatio sex millia Italiæ milliarium complectatur.

Caput falsum.

Caput delli Aguglie.

Causa Nigredinis in Africanis.

Navigationis ex Lusitania in Indiã mẽsura et summa.

A flũmine etenim *Ferdinandi Poo*, ubi Caput hoc initium sumit excurrendo in Mare, ad extremum usque Promontorium quod *Delle Aguglie* id est Acus appellari diximus Tractus a septentrione ad Austrum amplius quam bis mille & ducenta Italiæ milliaria habet: ac ad aliud Latus ejusdem Promontorii, ad Caput usque *Gardafu* è regione insulæ *Socotore* Tractus spacium supra ter mille & trecenta Italiæ mill. tenet quorum 1000. Germaniæ 200 faciunt, summęq. cõprehensione 660. numerantur, ut Lisbonã navigantibus in Goæ regnũ, circumductã navigatione per Africæ littora, Capitisque spei extremitatem 15. Italiæ mill. millia emetienda sint. Inde in Malaccam

Digitized by Google

cam & in China usque tantùm ferè spaciũ supereſt, ut nulla Orbis gens lõginquis navigationibus unquam clarior fuerit Populis Portugalliæ, exceptis quibuſdam Angliæ nobilibus, quos nõ tantũ hæc navigatio, verùm totius Orbis expleta inluſtres reddidit.

Nunc ut ad Tractũ Africæ redeamus ſequuntur *Caput dell Aguglie* plures idonei portus ad cõtinendas naves, inter quos præcipui ſunt *ſinus formoſus* & Lacus *ſinus*, ita dictus quòd Mare ibi receſſum faciat in quo inſulæ quædã & Portus ſunt. Vlterius paulũ in Mare decurrit flumen S. Chriſtophori, in cujus oſtio tres inſulæ jacẽt; ab hoc flumine aliud diſtat, fluens per *Nativitatis Terram* à Luſitanis ita vocatam, quod eo die inventa ſit, uſque ad *C. de la Peſcheria*. Inter Promõtorium hoc ac *Magnicæ* flumen Regnum *Burtuæ* ſitum eſt, quod ad Lunæ mõtes pertingit, ad hoc uſque flumen, in ſeptentrionem, verſus *Monomotapæ* Regnum, & in occidentem ad fluvium *Bavagul*.

Terra Nativitatis.

In hac Regione plurimæ ſunt Aurifodinæ; Genſque ipſa ſimilis eſt Monomotapæ incolis. Perſequenti hoc modo maris tractum oſtendit ſe flumen *Magnicæ* initio regni Sofalæ & Monomotapæ.

Magnicæ fl.

Fluvius hic eodem ex lacu cum Nilo oritur, ac in mare decurrit, in medio ſinus, inter duo Promontoria quorum vnum *Della Peſſcheria* dicitur, alterum *Delli Correnti* 23. gra. ac dimidio, ad Auſtralẽ Poli tractum, ſub Tropico Capricorni.

Accedunt huic flumini non longè à mari tria alia flumina quorum præcipuum S. Chriſtophori nomen habet apud incolas *Nagoæ*. Alterum nomen privati cujuſdam *Laurentii Marchii* præfert, primi invẽtoris. Duo hæc flumina ex Montibus Lunæ deſcẽdunt in iis locis *Toroæ* nomine deſignatis Tertiũ flumen *Arroe* dicitur originem ducens ex alia Montis parte, in qua Aurifodinæ Monomotapæ exiſtunt. In quibuſdam locis hujus fluminis grana quædã Auri reperiuntur arenæ inſtar. Tria ergo hæc flumina in unum *Magnicæ* redacta ingentem aquæ vim effundunt, atque ab oſtio hujus amnis extendit ſeſe *Soffalæ* regnũ ad *Cuamæ* fluvium uſque, cui hoc nomen inditum eſt ab ejuſdem nominis Arce, à Machometanis habitata. In 7. oſtia Cuama diffunditur, per 5. inſulas, præter eas quæ ſuperiori in fluminis tractu viſuntur; frequentes ſunt cunctæ populis. E Lacu, ex quo Nilus, itẽ naſcitur.

Aurifodinæ.

Grana auri.

Sofala.

Cuama fl.

Porrigitur ergò Sofalæ regnũ inter amnes Magnicæ & Cuamæ, juxta Tractũ maris, exiguius quidem ac Oppidis viciſque non perinde frequens. Sofala oppidum caput eſt in fluminis ejuſdẽ inſula ſitum, nomenque Regioni addit. A Machometanis habitatur, ac ejuſdẽ ſectæ Rege; parentq. ii Luſitanis, quòd Monomotapæ gubernationi auſcultare nolint.

Sofalalæ oppidum.

In oſtio fluminis Cuamæ Arcẽ Luſitani habent; frequentia ibi eſt commerciorum circa Aurum, Ebur, & Ambarum, quod eo in tractu reperitur à mãcipiis, permutatione factâ cum Goſſypio, & ſerico ex Cambaia. Machometani qui eam hodie regionem tenent indigenæ nequaquàm ſunt, ante Luſitanorũ adventũ eo phaſelis lembiſq. mercaturæ gratia delati, hodieque à Luſitanis ſubiugati in incolatũ detenti, cum interim nec Turcis, nec Ethnicis accedãt. Interiore terrâ inter hæc duo flumina *Monomotapæ* regnũ ſitum eſt, ſcatens aurifodinis frequẽti cõmercio per Sophalã Africamq. omnem diſtracto Auro, quadã haùd abſurdâ opinione eorũ, qui Salomonis ex hac plaga Aurũ ac Ebur fluxiſſe exiſtimant. Etenim in Monomotapæ Regno hodiè amplæ ædificiorũ ruinæ viſuntur, ex calce, ligno & lapidibus conſtructæ, quæ in aliis terris vicinis non ità apparent.

Monomotapæ

Salomonis divitiæ vndæ.

Monomotapæ ditio latiſſimè patet, ac multas per bellicoſas gentes extẽditur, Ethnicorũ imbutas diſciplinis, Nigro colore, ac bellorũ haud rudes, mediæ ſtaturæ, veloces, quæ multis Regulis ſubiiciuntur, inter ſe bellis haud rarò contendentibus. Arma ſunt ſagittæ ac levia ſcuta.

Imperator Legiones multas in varias provincias diſtributas Romanorum more alit, tuendo latiſſimo Regno ac dignitatis conſervandæ gratiâ verum robur ipſum ex mulieribus conſtat. Ea legio validiſſima eſt. Hæ Amazonum more, quẽ antiquæ hiſtoriæ decantant, mammillas flamma vaſtãt ne impedimento ſint in emittendis ſagittis.

Amazones.

Pollent autem animo, ac jaculãdi peritia. Militari quodam aſtu terga vertunt, ac mox prælia redintegrant, inſequẽtibus jã diſſipatis maximè noxiæ, cùm ipſæ ordinẽ nihilominus aſſuetæ facillimè repetant. Regis decreto certis in locis degunt, viriſq. ſubindè accedunt ſobolis gratia, quã maſculã viris relinquunt, fœmellam verò ipſæ educant.

Earum virtus.

Inſulæ autem formâ Regis huius Monomotapæ ditio conſpicitur, quam maris Tractus, flumen *Magnicæ*, parſque lacus ex quo oritur, cum Cuamæ fluvio efficiunt; ad auſtrum Dominos Bonæ ſpei capitis habet, ad Septentrionem verò Regnum *Monemugi*.

Monomotapa Inſulæ forma.

Prætervectis juxta tractũ flumen Cuamæ, regnum minutum ſuccedit ad littus maris ſitum *Angoſcia* dictum à quibuſdã inſulis ex adverſo jacẽtibus ejus nominis. Habitatores habet Machometanos ac Ethnicos qui ex minutis ſcaphis lembiſq. cõmercia exercent, quẽadmodùm Angolæ homines: Vlteriùs aliquantulũ proficiſcẽtibus oſtẽdit ſeſe Moſſambicquę Regnũ, 14. gra. & dimidio ſitum. De hoc Liber ſatis prolixè agit, itẽ de Quiloæ ſubſequẽti inſula, ac magna S. Laurentii, quæ Fretũ efficit initio ab Occidẽte latũ 340. Italiæ mill. ac ex Moſſambicquę oppoſito 170. porro amplum verſus Indiam, multáſque inſulas continens.

Angoſcia regnum.

Moſſambicqua.

S. Laurentii Inſ.

Hoc

Hoc ipsum Hispaniæ naves in Indiã, & ex India in Hispaniam proficiscentes communiter penetrant, non repugnante s. ventorum tempestate. Sanè incolis melioribus digna insula ob situs opportunitatem, Portuum ac fluminum commoditatem. Vnde & fructibus, aromatibus, ac leguminũ quibusuis generibus abundat, Pisis, Fabis, Phaseolis, Oriza, Medicis ac aureis malis. Item Carne Gallinarũ domesticarũ ac sylvestriũ, Aprorũ, Cervorũ ob pinguedinẽ terræ; nec non piscium copiâ. Incolæ Ethnici sunt ac Machometani coloris probi, bellicosi instructi arcu ac securibus Romanis ligneis.

Eius bonitas.

Multa in dominia eadẽ Insula dividitur, quorum homines inter se bello certant. Multæ ibi fodinæ Auri, Argenti, Æris, Ferri, aliorumque Metallorum. Verum incolæ commerciorũ cum exteris usum ignorant, inter se tantum scaphis è trunco excavatis negotiantur circa oram, adveniséque omnibus commerciorum causâ accessum denegant, licet quosdam portus subinde Lusitani petant, ac Ambarum grisium, Ceram, Argentum, Æs & Orizam suscipiant, ab interioribus tamen terris excluſi.

In hoc freto inter Africæ continentem atque hanc Insulam multæ aliæ minores Insulæ jacent à Machometanis habitatę, inter quas S. *Christophori* præcipua est, atque inde *S. Spiritus*, tertia *Magliaglie*, post *Comoro*, *Anzame*, *Majotto* &c.

Ad tractum maris reversis post Quiloam Mombazæ Regnum aperitur, situm 2. gra. & dimidio ad Australẽ plagam, nomen ducens ab insula quadam eodẽ nomine dicta, in qua civitas pulchra jacet, inclytis ædibus frequens quas imagines speciosę exornant. Rex Machometi legem colit, is dum se opponit Lusitanis similia perpessus est, quæ olim Quiloæ homines nimirùm deprædationem, ac facultatum vastationem, direptâ Auri, Argenti, Margaritarum, Gossypii, Serici ac Attalici panni maximâ copiâ.

Mombaza.

Insula hæc Quiloæ & Melindæ accedit, à Machometanis & Ethnicis habitatur Regimini *Monemugo* subjectis.

Succedit porrò *Melinda* Regnum, paruũ item ac juxta littus maris porrectum, usque ad flumen *Chimamchi* altitudine 2. gra. & dimidii, pertingìtque adverso flumine ad lacum *Calice*, per 100. Italiæ mill., aut 20. Ger. Hac in Regione prope Maris littus vrbs magna jacet habitata à candidis pene hominibus Machometanis, ac Ethnicis. Lusitanorum more ædes fere colunt. Oves ibi, Lusitanorũ bis tãtò magnitudine superant, quarum & Cauda partem quintã facit, sæpe 25. aut 30. librarum. Mulieres ibi candidæ existunt, Arabumque more sese exornant, superbe, ac magnifice, sericis vestibus. Collum ac brachia aureis monilibus, armilliséq. cingunt; faciem tegunt Ægyptiarum mulierum more. Vrbs Portum habet commodum, suntq. incolæ gratiosi, ac sine perfidiæ suspicione circa advenas, præsertim Lusitanos, quibuscum concorditer negotiantur.

Melinda.

Caudæ Ouiũ 25. aut 30. librarum.

Insulæ tres inter Mombazzæ & Melindæ Promontoria jacent, prior *Momfia* dicitur, secunda *Zanzibar*, tertia *Pemba* á Machometanis duntaxat habitatæ, qui armorum quidem expertes sunt, agriculturę tamen peritissimi. Multum saccari in hisce insulis crescit, id lembis minutis ad terram firmam devehunt, aliosq. item Insulæ fructus. Interiore terræ situ supra tria hæc regna Quiloæ, Melindæ & Mombazæ late patet Regnum Monemugi terminatum ab Austro Mossambicquæ, ac Monomotapæ Regnis, prope flumen *Coavo*, ad occidentem flumine Nilo inter duos Lacus; ad Septentrionẽ Præsbyteri Iohannis imperio. Cum tribus supradictis Regibus pacem colit ob commerciorũ utilitates, ac à Monomotapæ parte ingentibus bellis adficitur, ut lachrymosus sæpe ipsi victori sit triumphus: concurrunt enim tum duæ acies ex bellicosissimis totius Africæ populis. A Monomotapę etenim parte Amazones stant, quarũ virtus supra relata est, & à Monomugi populi *Giachi* Congitanorum lingua vocati, propriâ *Agagi*, olim infestissimi Regno Congi, qui alias Amazonum fortitudini nequaquam cedunt. Gens hæc recepto more faciem ac superiora labra candenti ferro adurit, lineisque ac stigmate eo modo notat. Palpebras convertit nigricantes, ac fulvas, albumenq. oculi in nigredinem trahit, fæditate maximâ terribilis. Neque desunt in bellis animi, cum horribili strepitu in hostẽ provectis, quos ad internecionẽ cædunt. Arma sunt tela missilia, quibus perite uti norunt.

Regnũ Monemugi.

Bellicosissimi Africæ populi Giachi & Agagi.

Porrò ut aliquid de Præsbiteri Iohannis potentissimi Africæ Domini Regno addamus. Id initium sumit ab introitu Rubri maris, usque ad Sienę insulam, sub Tropico Cancri sitam, excepto Tractu littorali ejusdem sinus, quem Turca ante 50. annos vi occupavit, ità ut Dominatum hodie claudat ad Caurum & Orientem Rubri maris sinu, ad Borapeliote Ægypto ac Nubiæ desertis, & ad Meridiem *Monomugi* regno, ut computata generatim magnitudine terrarum, quas Christianus hic Rex possidet, 4000. Italiæ mill. sub ejus imperio cõputentur. Metropolis in qua plurimùm degit ac aulam habet *Belmalechi* dicitur. Imperat plurimis Regionibus, Auro, Argento, Gemmis, aliisque Metallorum generibus opulentis. Subditis varii colores sunt, albus, niger, mixtus; justa statura ac membrorum ordo. Aulici ac primates sericas vestes auro, gemmisque ornatas induunt.

Præsbyteri Iohannis imperii descriptio.

Metropolis Belmalechi.

In hac Regione circa vestimenta leges habentur ut in Lusitania, distinguuntur per hominum conditiones; suntque quibus pellium duntaxat usus conceditur.

Vestimentorum leges.

Gens

Digitized by Google

Gens Christiana est; tuetur tamen Iudæorum quosdam ritus. Circa festum B. Mariæ in Augusto, ad eam Regiam vrbem, Nobiles ac optimates undique conveniunt, id festum celebraturi, deferentes item tributa ac vectigalia, quæ pendere coguntur. Ejusdemque festivitatis gratia homines peregrinorum ritu adveniunt. Tùm supplicationis atque templi ejus ex quo procedunt imaginem nostræ Dominæ sumunt, ex solido auro factam, ad hominis staturam, oculorum vice duos præferentè Rubinos, atque reliquis partibus egregiâ arte deornatam, quam deinde feretro imponunt ac vicatim gestant.

Supplicationis ritus.

Huic supplicationi ipse Præsbyter Iohannes interest, Carro aureo, aut Elephanto insidens, ornatus singularibus gemmis, ac monilibus, & Attalico panno, supra fidē varius. Hujus festivitatis, visendæque imaginis causa ingens mortalium vis accurrit, ut quibusdam ex turba mors inlata fuerit.

Turbæ confluxus.

At Regem hunc præpostero nomine Presbyterum Iohannem vocamus; Iustè *Bel Jan* dicatur. Etenim *Bel* perfectissimum altissimumque significat, *Gjan* vero Principem aut Dominum, isque titulus conjunctus ad Regem duntaxat pertinet. Cognomen idem Davidis habet, ut nostri Imperatores Cæsaris vel Augusti.

Nomen Presbyteri Iohannis præpostere scribitur.

Hic de Nilo pauca sermone disceptari possent. Is neque ex Præsbyteri Iohannis regione, neque ex Montibus Lunæ oritur, aut juxta Ptolomæi opinionem ex duobus Lacubus, quos in medio ponit inter Occidentem & Orientem, cum distantia 450. Italiæ milliarium. Nam eadem altitudine Poli, qua Ptolomæus duos istos Lacus ponit, Regnum item Congi & Angolæ jacet, versus Occidentem, ac Regna Monomotapæ & Sofalæ versus Orientē, cum distantia inter duo maria 1200. Italiæ mill.

Nili Origo declaratur.

Testatur enimverò *Odoardus* hoc in Tractu vnum duntaxat Lacum extare, qui circa limites Angolæ & Monomotapæ jaceat. Is magnitudinem habet ferè 195. Italiæ mill. atque hujus Lacus historiam habemus ex Angolæ hominibus, & versus Orientem ex Sofalę & Monomotapæ incolis, nullâ alterius Lacus mentione, ità ut facilè pateat ejus altitudinis unum tantùm Lacum inveniri. Sanè duo alii lacus etiamnùm supersunt, verùm diversi ab iis quos Ptolomęus recenset. Svos enim ille ponit (ut dictū est inter Occidentem & Orientē penè, cùm hi (ut apparet) siti sint inter Meridiem & Septentrionem, recto ferè ductu, distantiâ 400. mill. Quidam ex eo priore lacu hujus terræ incolę Nilum oriri putant, ac pòst sub terra condi, denuoque enasci aliis contrà sentientibus verùm Odardo teste verissimâ opinione, Nilus sese nequaquàm occultat, nec terra unquam absconditur. Valles tamen quasdam penetrat, vastas ac obscuras, quas nemo mortalium adiverit indè creditum terram Nilum occultè subire.

Vere ergò Nilus ex hoc priore Lacu fluit, qui 12. gra. situs est, versus Antarcticum Polum, cinguntq. eundem altissimi Montes *Cafates* dicti, Aphronitro., atque argenti fodinis clari. Descendit tùm per 400. mill. in Septentrionem aliumque Lacum subit, quem Maris vocabulo ob magnitudinem incolæ dignantur. Latitudine comprehendit 220 mill. sub linea situs. De hoc Lacu certiores nos fecêre *Anzichani Congitanis* vicini, ac commerciis iisdem noti, Addunt iidem hoc in lacu gentem degere, quę Navigiis utatur, scribere norit, mensuram ac Pondera sciat, ædificia ex lapide & calce habeat, more Cōgitanis peregrino. Qua ex re propinquitas Præsbyteri Iohannis terræ cōsiderari potest. Ex secundo supradicto Lacu Nilus in *Meroen* tendit, cum spacio inter insulam Lacumque 240. mill. nostratium, in quem deinde alii fluvii procurrunt, nempe flumen Colves &c. circa limites Melindæ situm. Circa *Meroen* Nilus in duos ramos abit, terramque altiorem *Meroe* dictam cingit. Ad dextram Meroes versus orientem, amnis *Abagni* oritur ex Lacu *Bracina*, tendens juxtà Præsbyteri Iohannis terram, ad insulam supradictam. A sinistra alii rivi fluunt, inter quos *Saraboe* citatur, fluuius qui se in Nilum item exonerat per Æthiopiam delatus. Ipse Nilus postmodùm circa Sienes Insulam è præcipiti cataracta ruit, tanto strepitu, ut vicinis Populis auditum imminuat, surditatemq. quandam continuo tinnitu inferat. Ægyptus deinde eum suscipit, patrem ac fœcunditate vberi gratissimum; hanc rigat, ac per ostia multiplicia elatus Mare Mediterraneū subit. Ostiorum duo præclarissima sunt *Rosetti* nempe, quod diei unius itinere ab Alexandria distat, & *Pelusii* nunc *Damiate*. Ergò conclusione facta incremento Nili Ægypti, ac Zairi in Congitano Regno, Nigrique in Æthiopia causam dant eodē penè tēpore cōtinui imbres, per Menses quinque in Cōgo aliisq. vicinioribus terris decidui. Quę ad Adenę tractum, Arabie fælicis, Persici sinus ac Goæ pertinent, volumē ipsum satis declarat, ad quod Lectorem remitto.

Meroe.

Cataracta Nili.


Ægyptū Nilus perfluit.

Ostia ejus.

Causa incrementi ex pluviâ.

FINIS.

Digitized by Google



tio
in
tio-
mi-

Batauorum maris peritia.

dunt. Hi nauigandi peritia reliquis mundi hominibus nequaquam cesserint, exerciti per varios marium tractus, Orarumq; infinitas cognitiones, cuius demum fiducia longinquam illam ac periculosam in Orientalem Indiam Nauigationem, ma-

septentrionalium huic volumini induxi addere; cuius lectionem gratam simul ac vtilem fore spero, ob varios successus infinitaque pericula, quibus Classes eæ exagitatæ fuerunt, accedente Hyemis dira acerbitate, quam iidem *Batani*, glacie obsessi, in Ora Zemblæ Nouæ, singulari for-

Digitized by Google

Sum
nis s

Turk
fluxu

Nom
byter
nis p
re fcri

Nili C
decla

FINIS.

Digitized by Google

HISTORIA TRIVM NAVIGATIONVM BATAVORVM IN SEPTENTRIONEM.

ADMIRABILIVM, AC NVMQVAM antè auditarum trium Nauigationum Batauorum in Septentrionales Oras, detegendi Freti VAYGATS *gratia, & in* NOVAM ZEMBLAM, *per hactenus incognita Maria, fidelis Relatio.*

SOCIETATEM hominum quæ res, aut tuentur, aut latiùs diffundunt, inter celebratissimos ac intelligẽtia præditos viros summam semper laudem meruerunt. Etenim præ cæteris Nauigandi ars excellit, cuius beneficio præcipuorum commerciorum, negotiationumque per diuersas mundi plagas vtilissima ratio consistit, iam declarato Orbis vniuersi situ, vt velut in communionem quandam ac consortium, iunctis animis, consensisse videãtur. aliás dispersi mortales, commeantibus vltro citroque nauigiis, fructusque ac merces aduehentibus, magna cum nostri temporis gloria, ac non minore hominum vtilitate. Quod in hac re *Columbus, Vespuccius, Gama, Corteſius*, & *Magellanus* præstiterunt, ex commerciorum hodierna facilitate satis superque constat, vel me tacente. At secuti sunt eos veluti Principes alij cõplures, quibus eadem cura fuit detegendi Orbis, inueniendique Nouas Terras, quas deinde reliquis mortalibus indicarent. Lusitanorum Hispanorumque potior sane gloria est, qui & rem & Regnum adauxerunt. Verum ex Gallis & Britannis extiterunt viri, haud in hac re sine magno præconio dicendi, circumnauigato penitus Orbe, detectisque plurimis Regionibus. Iidem Septentrionalem petentes Polum, ibidem hactenus ignotas Terras, inuisosque maris meatus tentarunt, summa cum laude, qualem superiores Orientali, Occidentalique nauigatione adepti fuerant: Quorum profecto virtuti, ac famæ Batauorum haud inglorij conatus accedunt. Hi nauigandi peritia reliquis mundi hominibus nequaquam cesserint, exerciti per varios marium tractus, Orarumq; infinitas cognitiones, cuius demum fiducia longinquam illam ac periculosam in Orientalem Indiam Nauigationem, magna hominum exspectatione cæptam cõfecerunt, de qua & Historia voluminibus mandata exstat, lectione haud indigna, quæ cum Lusitanorum codicibus scriptisque diligenter conferri potest. Verum quæ instructis Classibus ab iisdem in septentrione tentata fuerunt, inueniendi freti siue meatus gratia, quò in Regna *Chinæ & Cathay* commodius ducerentur, maiorem sane laudem habent, intelligentiamque digniorem, in mari nempe ignoto, ac numquam antea classibus sollicitato, per cursus nouos, nulliusque exempli tractus Enimuero id insigne quoddam magnanimitatis argumentum perhibetur, quo si præfactorum gloriam non omnino superant, saltem haud dispari triumpho sequãtur. Euentu quidem destitutos conatus quis arguat, at immeritò. Vituperari enim idcirco nequeunt. Fortunæ etenim illa melioris tergiuersatio, aliis item crebrò nocuit. Columbus quas non subiuit difficultates, antequam voti compos redderetur? Magellanus quid itẽ non expertus? Magnæ in omni facinore difficultates sunt, quas tamen Virtus non rarò domat. At nunc quis neget fore aliquando tempus, quo iusto certoq; cursu explorato, circa septentrionalem Polum mare illud hortidum pateat, Typhinq; suum, cõsummata fæliciter nauigatione, quæ animosè hactenus incœpta, magnis triumphis nobilitet. Quamobrem, vt eorum quæ à Batauis hac in re præstita sunt apud homines memoria sit, quibus mentẽ deinde Deus addat meliora sequendi, considerato inspectoque tractu, cursuque instituto, Historiam trium Nauigationum septentrionalium huic volumini induxi addere; cuius lectionem gratam simul ac vtilem fore spero, ob varios successus infinitaque pericula, quibus Classes ex exagitatæ fuerunt, accedente Hyemis dira acerbitate, quam iidem *Batauí*, glacie obsessi, in Ora Zemblæ Nouæ, singulari fortitudi-

Artis nauigandi excellentia & cõmoditas.

Quibus ea gentibus peculiaris.

Batauorum maris peritia.

Nauigatio eorum in Septentrionem admirabilis.

titudinis patientiæque exemplo superarunt. Porrò vt clarius huic Narrationi lumen accedat, tabulam damus generalem, quæ Tractus cunctos demonstrat Septentrionalis Terræ, ac ipsos naujum cursus, in quâ velut speculo Freti meatumque situs considerari possunt, quos aptos idoneosque Nauigationi in Indiæ loca præsumpsimus.

Septentrionis breuis descriptio.

Septentrionis ergò qualitas locique, vt pleniùs cognosci queant, sciendum est primò, Cosmographorum ex notis, ac regulis, duos mundo tributos esse Polos, puncta nempè duo immobilia in Cælo, circa quæ velut quosdam cardines totum Cælum vertatur, ducta fictitiâ quadam regula, ab horum vno ad alterum, quam Axem appellant, cuius extrema Poli occupant: horum Borealis Arcticus dicitur, Meridionalis verò Antarcticus. Septentrionalem (vt & veteres Orbis designatores confitentur) perpetuum frigus hyemsque continua premit, terris ideò locisque hominum commerciis habitationique ineptis. Sanè in quibusdam regionibus quas antiquitas inhabitabiles notat, incolæ reperti sunt. At *Noua Zembla* regio, quæ in hac Tabula apparet, habitatores nullos (quod constat) admittit. Vrsos tantum ac vulpes habet, quibus ex præda carnium victus sit, alias graminis omnisque viroris expers. Enimuerò maximum Nauibus Batauiæ impedimentum glaciei coäceruata densitas intulit, quam circa *Nouam Zemblam* septuagesimo tertio, quarto, quinto, sexto gradu offenderunt. Eam (vt quorũdam opinio fert) Mare Tartaricum euomit, ac in littora *Noua Zembla* impellit, ibidemque nullo discrimine cumulat, vt eius glaciei numerosa crassities, non ex vicinitate Poli tàm obueniat, quã ex fluctus marisque perpetua inclinatione in eam plagam. Cuius rei argumentum sit calor quidam obortus iis, cùm à terra discedentes Mare tenerent, propiùsque ad Polum accederent, spirante cælo æstiuum quid. *Groenlandiæ* terram, quam item hæc Charta ostendit: quidam continentem esse volunt cũ *Zembla Noua*. Batauis ea octuagesimo etiamnum gradu apparuit, (vt & in hac Tabula Nouæ Terræ appellatione notatur) ferax graminis ac fronde virens, capreis, ceruis, aliisque ex gramine viuentibus animantibus frequens. Miro intellectu rerum, cùm *Noua Zembla* sex septemue gradibus Australior declinet, nullo fructu, nullisque frondibus. De *Groenlandia* à quibusdam refertur hybernum ibi tempus nouem mensium esse, sine pluuia, neque ipsa nine, quæ hyemis initio cadit, vt minimùm soluta. Habet eadem Insula Sancti Thomæ insigne Cœnobium, à quo haud longè distat Mons, vt de Siciliæ Æthna perhibetur, flammiuomus, exoriente ibidem fonte, qui in varios deductus canales Monachorum cuncta habitacula calidis aquis fouet, ac ab hyemis iniuria tuetur, cuiusitem feruore cibi omnes, nullo alio ignis adiumento coquantur. Lappiæ verò, *Finmarchiæ*, & Moscouiæ Terras Olaus Magnus, Paulus Iouius, aliique descripserunt, quos curiosus Lector adibit. Nos propositam trium Nauigationum Septenrionalium Historiam porrò explicabimus.

Nona Zembla inhabitabilis.

Groenlandia.

ANNO itaque millesimo, quingentesimo, nonagesimo quarto, reparatæ salutis, Naues quatuor adornatæ fuerunt: vnã Zelandiæ ditio dabat, duas Amstelodamum vrbs Batauiæ, quartã verò Enchusia Frisiæ Occidentalis oppidum. Hæ Septẽtrionales Tartariæ & Moscouiæ Oras peterent, detecturæ Fretum aliquod, seu peruium velis mare, quo in Regna *Chinæ* & *Cathay* ducerentur, superato *Tabini* Promontorio, quò sese Tartaria extendit, declinans porrò versus *Cathay* Regnum ad Notapelioten, ac deinceps ad Austrum. Cuius item Promontorij Plinio flexus dicitur, quod (vt creditum est) Indi quidam tempestibus iactati, & Metello Celeri oblati præteructi fuerunt. Amstelodamenses naues maris nauigandique scientiâ clarus *Guilielmus Bernardus* regebat, Zelandiæ verò ratem *Campera* deductam *Cornelius Cornelij*, Enchusianam *Isbrandus Veccales* cum *Iohanne Hugone Linscotano*. Quinto Iunij eodem Anno vela fecerunt è Texaliæ insula, Cursu in *Kildunum* Moscouiæ instituto.

Nauigatio prior.

Tabini Promontorium

Guilielmus Bernardus, Cornelius Cornelij, Isbrandus Veccales, & Iohannes Hugo Nauigationis duces.

Quarto Iulij qui cum *Guilielmo Bernardo* nauigabant *Nouã Zemblam* detexerunt. Quinto Promontorium humilius quod *Langenes* vocarunt: ibi scaphâ in terram delati, nullos tamen inuenere incolas. A *Langenes* ad Caput *Baxo* ad Cæciam quatuor milliaria sunt. A Capite *Baxo* vsque in Occidẽtale latus sinus *Lombsbay* ad Mesaquilonem quinque milliaria computãtur, duoque sinus interiacent. *Lombsbay* latus patensque sinus est, Occidentalique eius ductu portus syncerus iacet altitudine sex, septem & octo vlnarum. Sinus hic nomen habet à multitudine auium ibi visarum, quas *Lommas* vocant, seu Septentrionales Psitacos; magno corpore, alis autem exiguis sunt, nidos in altis Montibus faciunt, vt à belluis tutæ reddantur, hominum manus nequaquàm metuebant, capi indè faciles. Orientalis sinus Psitacorum extremitas plana est, adiacetque Insula exigua.

Nouam Zeblam adspiciunt.

Eandem præterunt.

Iacet

Digitized by Google

Iacet ipse sinus gradu ferè septuagesimo quarto. Inde ad extremitatem insulæ Prætecturæ maris seu *Admiralitatis* in Mesaquilonem sex aut 7. milliaria nauigarunt. Insula hæc Orientali tractu non admodum syncera est, ideoque abducto nauigio lõgius vitanda. Profunditates item varias habet, obstrepente Syrtibus vnda quàm maximè. Ab insulâ hac ad Caput Nigrum seu *Swarten hoeck* ad Cæciam sex aut quinque milliaria nauigabant. Iacet hoc Caput 75. gradu, viginti minutis. A Nigro Capite ad *Guilielmi Insulam* in Cæciam nauigabant septem aut octo milliaria. Ibi exigua insula conspicitur, interiecta ad dimidium pene milliare. Nono Iulij stationem subiuerũt *Berẽfurti* sub *Guilielmi Insula*.

Albi Vrsi apparitio.

In *Guilielmi Insula* albus primum Vrsus apparuit, quem Nauales socij, in scapham delilientes, tormenti ictu transuerberarunt. At is licet saucius, incredibili virium

Fortitudo.

ostentatione, supra cunctas belluas erigebat sese in mari natans, donec accedentes scaphâ remis actâ nautæ, laqueum collo eiusdem iniicerent, in Batauiâ monstrum tale delaturi. Clauo ita alligatus magno cum strepitu ferebatur, vnguesque suos scaphæ implicabat, quiescentis (vt *Guilielmo Bernardo* apparebat) in morem: verùm iam maiore sui parte lẽbo imminens, diffugientibus ad proram metu belluæ sociis, ni fortunâ bonâ laqueus claui extremitate conclusus impediuisset vlteriorẽ progressum, belluamque luctantem hac in

Periculum Nautarum.

difficultate retinuisset. Inde animatus ex nautarum numero aliquis, framea Vrsum impeditum inuadit, ac disiicit, insurgente reliqua turba, vt fatigatus cõcederet. Pellem *Amstelodamum* cõ delatam vidit.

Vlteriori profectione *Guilielmus Bernardus* xxxj. Iulij superato *Consolationis capite* seu *Troostheoeck*, Vrsi Capite vel *Berenboeck*, atque *Ysboeck*, id est, glaciei promontorio, ad *Insulas Auriacas* peruenit. In vnâ earundem circa 200. pisces, quos Walruschos vocãt inuenerunt, soli expositos, sesequeibi apricãtes. Mirabilis horum piscium figura est. Bouem quippe magnitudine vincũt, in mari itẽ viuunt. Tergus habẽt Phocarum instar, minutis pilis. Rostrum verò vt Leones. Glaciem frequentant, difficulter occidũtur, nisi ictum circa tempora adigas. Quadrupedum ènumero sunt, auribus carent, pullũ vnum duosue fœtificãt, quos à piscatoribus in glacie decũbẽtes subitò oppressi, in mare coniiciunt primum, moxq; sequentes resumunt, nũc mersi, nunc verò conspiciendi. Nauibus vbi nocere optant, easdem abiecto fœtũ dentibus inuadunt: ita quidam lembum fundo mãdasset, ni clamor sociorũ naualiũ ingens obortus, metus præsumptione, tãtã audaciã animantis auertisset. Ab oris lateribus vtrinque duo dentes eminent, vlnæ mediæ lõgitudine. Eos cum ebore cõparãt ob candorem ac læuorem, Tartaris & Moscouiæ incolis in pretio sunt. Erat autem nautis opinio vinci posse has belluas, quas in terra temerè expositas cõspiciebãt: ergò contendunt ad præsumptam prædam, verùm frustra, quòd tergus earũ telorũ omniũm acié duricie sua eluderet. Quin & tormenta grauiora meditabantur Romanorum exẽplo, quisub Regulo Attilio in Africa Serpentem C. xx. pedum confecerant balistis, eundem velut oppidi alicuius muros aggressi. At id consiliũ subita tẽpestas obortа declinauit, ventorũ ingruente mole, convulsaq; passim glacie.

Insulæ Auriacæ.

Walrusch hi pisces, eorumque descriptio.

Vsque in primũ Augusti *Guilielmus Bernardus* Septentrionalem *Nouæ Zemblæ* oram præteriens, fractus demùm temporis iniuria, nequaquã ea tempestate concessa nauigatione, obortisque sociorum laborem detrectantium querelis, statuit reditum tentare, seque reliquis nauibus adiungere, quæ Fretum *Vaygats* petierant. Itaque cursu ab *Insulis Auriacis* directo, Caput Glaciale vulgò *Ysboeck* superarunt, ac indè *Caput Consolationis* & *Nassouiæ Promontorium*, sinumque ingentem qui 71. gradu cum tertia computatur. Eum *Guilielmus Bernardus* locum esse coniiciebat, ad quem *Oliuerius Brunellus* deuenerat, cui & *Costinsarch* nomen est. XV. Augusti cæteris Zelandiæ & Enchusiæ nauigiis, quæ eodem die Fretũ *Vaygats* emensi fuerant, Amstelodamensium rates accesserunt. Enchusianorum nauis Fretum penetrauerat, deuecta porrò in patens Mare per 50. aut 60. milliaria Orientem versus, iuxtà *Obij* fluminis, vt nautæ opinabantur, Tractum, non longè proinde à Promontorio *Tabini*, declinãte nẽpe Ora in Borapelioten: Itaque cum satis existimarent exploratum eius plagæ ductum, quòd speculandi tantùm gratia profecti essent, de reditu cogitauerant, magnoque nunc gaudio suo *Guilielmi Bernardi* naues agnouerant. Pariter ergò patriam repetũt. *Guilielmus Bernardus* decimo quinto Septẽbris portum Amstelodami intrauit, secum trahẽs Piscem, quem *Walruschum* suprà descripsimus, in glaciei frustocaptũ.

Redeunt Naues.

NAVIGATIO Anni 1594. eo modo perfecta Confœderatarum Prouinciarum Ordines excitauit, haud inani (vt apparebat) spẽ commerciorum Indiæ per Septentrionalem Oceanum. Instruuntur itaque ab iisdem septem naues, quæ Fretum *Vaygats* siue *Nassouiæ* peterent. Duas Amstelodamum, duas Zelandia, duas Enchusia, vnam Roterodamum dedit, septima Myoparo erat, qui

Nauigatio altera.

Nauium successum, superatique freti tẽpus nuntiaret. Archirector erat *Guilielmus Bernardus*. Post discessum 11. Iunij, Anno 1595. ex Texalia factum. XIX. Augusti angustias *Vaygats* nactæ, ibidem stationem subiuerunt, cùm Fretum quod inter Promontorium Imaginum, vulgò *den Beeldtboeck* & *Samoetarum* terram iacet, summa glacie teneretur, nequaquam vt nauigari posset. Statio siue sinus Nautis dicitur *Traenbay*, à multitudine adipis Balænarũ ibi reperta, estque aduersus glaciei vim ac impulsus tutus satis. Discurrentes per terram *Vaygats* nautæ rhedas cõplures pellibus, ac adipe onustas inuenerunt, item hominum caprearũq; vestigia, ex quibus homines ea in parte degere haud abs re colligebant. Quod & Idola ibidem reperta demonstrabant *Samoetarum* religionibus culta, à quibus & *Caput Imaginum* nomẽ habet. Iter item ex vlua factum offenderunt, altum dimidij cruris mensuram, cui deinceps terra durior suberat. Cursus Tractusque *Vaygats* in Apelioten vergit, vsque ad Crucis promontorium, porrò in Boreapelioten, ad Caput Litis, vulgò *den Twistboeck*, Orientalior tamen aliquãtulum: deinceps Terra *Vaygats* in Aquilonem procurrit, Vpaquilonem, ac Cautum pene. Nauigabant in Boreapelioten Orientaliores paulùm, supra Caput Litis duo milliaria: at mox glacies correptas Naues retrogit, sinumque *Traenbay* dictum coẽgit repetere, ex quo oportunitatem fæliciorem exspectarent. At ea cùm ob multitudinem glaciei nequaquam sese daret, Classis tota reuersa, irrito conatu, vigesimo octauo Nouembris, patrio Mosæ flumini sese intulit.

Vaygats terræ qualitas.

Reditus Nauium.

Ceterum qui sint homines, quos circa *Vaygats* habitare ferunt, vt benignus lector teneat, hæc habenda sunt. In terra firma, quæ ab Austro Freto *Vaygats* adiacet, Incolæ quidam morãtur, propria lingua *Samoeta* dicti. Hos primo adspectu aliquis pro inconditis syluestribusque hominibus haberet; veruntamen bono ingenio præditi sunt, disserebantque perite super cursu, tractuque Maris, ac nauigandi ea in plaga tempestate. Vestimenta eorum ex Caprearum pellibus constant, à capite ad calcem vsque. Præcipui tamẽ aliquod caput colorato panno, cui pelles subsunt, contegunt, verùm vulgò reliqui pileis ex Caprearum pellibus vtuntur, pilis auræ obiectis, quos capiti ac ceruici arctissime aptant. Coma vtuntur promissa, quam in cirrum componunt. Is à tergo per vestẽs spargitur. Staturæ sunt penè omnes breuioris, latâ planaque facie, oculis minutis, breui pede, quibus genua eminent, celeritate cursus summa pollent. Aduenis parum fidunt, dispoſuerat que Rex eorum passim speculatorias vigilias, ne quod detrimentum caperent, paratis ad manum vehiculis, quibus abriperentur. Tormentorum boatum perhorrebant maxime, rei ob nouitatem attoniti. Imagines colunt, qualem ablatam à socio quodam nauali immensum dolebant, quæ tamen restituta, summo ab iisdem honore deducebatur. Arcu & sagittis armorum vice vtuntur, ex venatu viuunt. Descendunt subinde in terram *Vaygats* eius venatus gratia, vt ex Imaginibus apud Idolorum Promõtorium repertis satis patebat. Imaginum forma rudis valde est, superiore parte rotunda, elato quodam colliculo ligni, nasi loco: Ante easdem & cinis iacebat plurimus, ac ossa Caprearum sacrificij alicuius argumenta.

Samoetæ qui homines.

Cum in hanc continentem Terram nauales quidam socij descendissent, quærẽdis lapidibus, quos Adamantum specie ea plaga habet, quales & in Insula Ordinum vulgò *Staten Eylant* inueniũtur multi, duoque ex iis coniunctim incederent, ex improuiso macilentus ac albus Vrsus alterũ inuadit, ceruicem corripit, caputque comminuit, emulgens porrò saniem. Inclamauit Vrsum socius, mox accurrentibus cæteris, vt prædam eam ab vrso auferrent: is nihil perterrefactus, obuiat turbæ, ac ex ea hominem secundò summa violentia corripit, quem & mox prostratum necat, diffugientibus præ metu reliquis. Quâ visa fugâ tredecim ex naui ac myoparone socij descendunt, laturi auxilium suis: licet quibusdam id facinus periculi plenum videretur, quod iam necati essent nautæ ij duo, ac maxima vrsi ferocia metu haud careret, qui certissimo ictu demũ esset petendus. Verùm audaciâ quadam tres animati præcedunt, duo aberrãt explosis bõbardis. Tertius autem scriba *Guilielmi Bernardi* caput ei prope oculos peruio ictu laserat. Sed enim bellua constãs subiectum cadauer, quod vorabat, etiamnùm erexit; iam tamen ictu consternatus, ac in vertiginem abreptus, ibi tum Scriba & Scotus quidam gladiis strictis eorium Vrsi conãtur lædere, verùm frustrà, contracto ferro, ac nequaquam cedente bellua. Demum *Guilielmus Gysius* bombarda rostrum Vrsi percutit, sternit, insultat, ac guttur ferro aperit. Necatorum cadauera ea terra habet. Pellem bellluæ Amstelodamum detulerunt.

Vrsus virum duos necat.

Amplissi-

Digitized by Google

Tertia nauigatio.

AMPLISSIMI Ordines, vbi secũdæ huius Nauigationis haud perinde fælicem successum intellexerunt, sumptibus Prouinciarũm naues plures adornare supersedent. Promittunt tamen Mercatoribus, Vrbibusque, queis ea cura adhuc reliqua esset, honoraria prę mia, si propriis facultatibus stipendiisque id Fretum aperirent, Chinæque terris accederent. Id studium Amstelodamensem Senatũ sollicitauit. Ea in vrbe duæ naues instruebantur, quarum vnam *Guilielmus Bernardus* Rector gubernaret, alteram *Iohannes Cornelius Ryp* Nautæ ac Cõmissi titulo. XVI. Maij, Anno 1596. è Fleuo vela fecerunt, præteruectique insulas *Hetlandiæ* & *Feyreli* horrẽdum prodigiosũq; signum cæleste conspexerunt. Nam vtrumque Solis latus duo soles claudebant, dilapsis per tres eos soles arcubus duobus pluuialibus cingenteque tertio Arcu Soles, ac quarto obliquè per maiorem solis orbem fluẽte, cũ maioris Orbis inferior extremitas 28. gradus ab Horisonte distaret. Meridiano tempore, sole altissimos ad cursus prouecto, ex Astrolabij ratione idem 28. gradibus, & 43. minutis Horisontem superabat. Declinatio erat viginti duorum graduum ac minutorum septendecim. Quos viginti duos gradus &c. si adiicias altitudini 48 graduum compertæ, Poli altitudinem ad septuaginta gradus & vnum deduces. V. Iunij prima glacies apparuit. Vndecimo Iunij ad insulam venerunt, quam postea ab Vrsis *Beyren Eylandt* vocarunt. Eius nominis hæc ratio est.

Prodigium cæleste.

Poli altitudo.

XII. Iunij mane nauiculatores albũ vrsum conspexerunt, quem mox scapha remis incitata insequũtur, ac interficere conantur, laborantes diutius, cùm & securi ictus, eandẽ enatans, tergo hęrẽte mauferret. Demum capite graui securis ictu dissecto, vincitur. Pellem xij. pedes longam fuisse scribunt. XIX. terram respiciunt, ea altitudine Poli 80. graduum, & 11 minut. iacebat. Terra ea vasta erat, quam & vsque in septuagesimum nonum gradum velis prætexebãt Occidentem versus. Hic vrsus albus denuo apparuit, quẽ post multos labores socij debellant. Hac in plaga anseres dictæ à sono vocis *Rot*, Batauis *Rotganser* Oua sua exponunt ac excludunt, qualia vel sexaginta nautæ ad rates pertulerunt. Huiusmodi & Hollandiæ Insula Wieringia aspicit: quarum excludendis ouis destinatos nidos nemo vnquam sciuit aut tradidit, quòd ante has naues nulla ratis octoginta gradus superasset, ibique eius terræ situm ac qualitatem explorasset. Quidam Groenlandiæ partem hãc Terram autumant. In proposita Tabula Nouæ Terræ siue *Nieu-landiæ* nomine, delineatur. Eadem gramine ac fronde viret, cũ *Nouæ Zembla* nihil habeat frondium: eaque Groenlandiæ Ora ad Poli notam propius accedit.

Anseres Rotganser vbi oua excludant.

Hic ob varias circa cursus seruandi mutãdique dissensiones, naues eæ duæ in diuersa abiuerunt. Etenim *Iohanni Cornelio* concessum 80. gradus repetere, quod ibi peruium velis mare ad Orientalem terræ plagam arbitraretur, cum *Guilielmus Bernardus* in Austrum declinans, in *Nouæ Zembla* oram discederet. Is vbi xv. Augusti ad *Auriacas* Insulas peruenit, glacie obsessus magno nauis amittendæ periculo versabatur, demum summo cum labore terræ accedens. Quò naualium sociorum strepitu ac vocali clamore Vrsus albus excutitur è somno, moxque ad nauem contẽdit, verum bombarda ictus, ad alteram insulæ partem confugiens, glaciei se in frustis composuit. Ibi eũ insecuti nauiculatores. Sed in mare haud tardior accepto vulnere prosilit, terram natatu petens. succedunt nautæ, ac viæ intercipiunt facultatẽ, securi caput petunt, cuius ictus subinde mersus eludebat, demũ vincitur, ac ad nauẽ perfertur excoriati tergus. Glacies hoc in tractu mirãdâ qualitate est, coloris cyanei, eleuata vel 10. vlnas supra aquã, ac 18 vlnis in fundum porrecta, vt quibusdam terræ quadam specie imponeret. Hic 40. ferè oua inuenerunt. *Nouæ Zembla* vero ductum cum iam superassent, nullum q; magis meatum reperirent, desperãtes de successu fælici, nautæ domum cogitabant repetere, ac in patriã reuerti. At Glacialem portum præteruectos, immensa glaciei moles excepit, fluctu cõcitata, quã nullâ vi vincere quibant, accedente trium sociorum manifesto, dum laborant, periculo, si glaciei fluctus perseuerasset: nam ei dũ insistunt, acti fluctante retrorsum glacie, nauis funes pedemque arripiunt, redditi eo impulsu suis, summa adspicientium cõmiseratione, quibus Mors imminens præsumpta iam fuerat. Eodem die vesperi in Occidentalem glacielis Portus plagam deueniũt, fatali mãsione destinati summę hyemis, quãtam vix mortalium patientia sustinere queat, acerbitati. Ea ex serie huius relationis subsequente patebit in miraculum humanæ tolerantiæ.

Diſcedunt Naues.

Glaciafera ad portum deuecta nauis glacie obſidetur.

Tum quippe coaceruati velut Montes è glacie nauem impellunt, eãque ad 4. pedum mensuram eleuant, vt socij Phaselũ seu scaphã actuariã cogerentur exponere, tuendæ salutis causa, emittentes item vexillum seu apluſtrum, quo periculi imminentis magnitudinem, iis, qui in terram prodierant, declararent. Postmodum *Guilielmus Bernardus* cum altero Rectore nauis situm conditionẽque inspexit, demetiens

Digitized by Google

quantum impetu glaciei subleuata esset. Ibi xxviij. Augusti ratis disrupta ingenti fragore intonuit, vt plane animum mentemque amitteret arbitri, latibulaq; frustra quærerent. Accrescebat ea glaciei violentia, nauisque impulsa admodum surgebat, gemitu dito omnium tabularum, stupentibus cunctorum ad tam luctuosi spectaculi fortunam sensibus, cum nulla appareret adhæc soluendæ nauis facultas, aucta quotidie glaciei mole. Itaq; deliberant, tantis circumuenti angustiis, eo in loco resistendo frigori, ac feris belluis casam erigere, seque ibi quo possent maxime modo tueri; si vel anno crescente Nauigij usum libere repetere possent, oblata ex dissipata glacie oportunitate. Nullas hæc terra arbores fert, nullúue lignum defecisset ergo ædificationi materia, nisi prouidentia diuina arbores complures ex Moscouiæ & Tartariæ oris auulsas, cum ipsis radicibus ac in *Nouam Zemblam* fluctu adactas, commodissime præbuisset. Nec tantum id lignum structuræ, verum & foco strue do aptũ supererat, sine quo, diritate hyemis, omnes haud dubiè interiissent.

Rumpitur nauis.

Nauis obsessa.

Casæ fabricam concipiunt.

Decimo quinto Sept. matutino tempore Vrsi tres nauem adoriuntur, occultato tamen tertio post glaciei fragmẽtũ. Nautæ bõbardas suas præparant, stabat glaciei imposita cupa cũ carne maceranda, quod circa nauem nulla esset aqua. Huic vrsus prædam captans, inserit rostrum, ea oportunitate bombardę globus caput verberat ac belluam morte adficit. Alter vrsus dum videt subitum sociæ bestiæ casum, velut stupefactus contemplatur iacentem, ac odore explorat causam. Vbi mortuã agnouit, abit; ac mox redit erectus in posteriores pedes, velut collectis viribus, Nautas, qui sese ad arma præparauerãt, inuasurus. at ij balistæ ictu abdomen ventris nudatum penetrant, sauciamque feram in fugam adigunt. Emortuo vrso viscera eripiunt, ac erectum gelu stringi permittunt. Post hæc vehicula præparabant, quibus lignum ad locum ædificationi destinatum perducerent. Tum temporis in Mari aqua salsa ad duorum digitorum crassitiem in glaciem cogebatur summo cæli frigore.

Gelu.

XVI. Septemb. Nauiculatores prima expeditione lignũ vehiculis impositum, quatuor nẽpe trabes per glaciem, ac vnius pene milliaris spatiũ trahebãt. Ea nocte ad duorũ digitorum crassitudiné gelabatur aqua: singulis diebus sex millia passuũ, bis impleto vehiculo, penè emetiebantur. Tũ & Faber lignarius moritur, quem in mõtis decliui fissura sepeliunt, quod humus ob duritiem aperiri nequiret. Sexdecim eo tempore numero erant socij, quorum vna pars ligna struendo foco adferebat, altera ædem casamue parabat. Tanta eo tempore gelationis vis erat, vt clauus more fabris solito ori impositus labijs adhæreret, atqùe vna cum cutis auulsæ particulis extraheretur. Magnum luculentumque ignem struebant, vt terræ glebam degelarent, domumque eadem, maioris ab hyeme securitatis ergò, vallarent: verum frustra, cum flamma tantum in petra potuisset, quantum in *Noua Zemble* agro. Niuis impetuositas procellosa conspectum sæpe numero auferebat, vt vix nauis alicuius longitudinem oculis possent concipere. Is labor ob inauditi frigoris insolentiam diuturnus, per duo milliaria in reditu abituq; quindecim dierum continua molestia intolerabilis plane habeatur; at vincebat Necessitatis dura lex, perseuerantiæ parens. Quod si post septimanam vnam vel alteram, dilabente anno, serius id conati fuissent, sane neque potentia virium, aut animi magnitudo suffecisset: sin vero apertus Pontus nauem reseraſſet, næ illi potius, velis factis, patriam domumque repetiuissent, at ea fortuna nequaquam superfuit.

Sexdecim socij superstites.

Frigus maximum.

Secunda Octobris domum erigunt, eique ex more non frondentem ramum, viridiaue virgulta imponunt, sed niuis congelatæ frustum. Erat ea domus Septẽtrionis ritu confecta, trabibus penitus copulatis ac adactis, quarum commissuras curiosè stipabant, quas nimbus ille niuium vento actus non peruaderet. Quadrata ad hæc forma, in medio paululum eleuata, vt dilabi posset nix, cum funibulo, ac caueis seu caulis, & vestibulo. Dum ita satagunt, vnus e naui exiens in Vrsum ex improuiso incidit, corripiensque fugam clamore terribili nauem cursu repetit. Eum insecutus vrsus ad locum peruenit, in quo congelata fera nuperque erecta stabat, ibi moratur, elapso eo modo Nauta. Duodecima Octobris octo sese viri casa ea claudunt, ibique noctem primam transigunt, maximo in frigore, quod focus necdum esset instructus, nec item cauearum præparata commoditas. Deinde summo labore Phaselum domum prope pertraxerunt, eumque conuertunt, vt suo tempore vsui aliquando esse posset. Deficiebat iam ab ijs locis segregatum Phæbi lumen, ac studiosè Nautæ cuncta necessaria è naui ducunt, colliguntque ea, quæ Phaseli lembique præparationi, & instructioni idonea existerent. Ceterum jam ad iter accinctos, vltimumque onus vehiculorum subituros, Vrsi tres a tergo inuadunt, quos circumspiciens Nauta, subito animaduertit, clamore periculum testatus. Duæ bipennes sine aliis armis vehiculis impositæ iacebant, ex iis vnam Nauta corripit, alte-

Domus forma.

Digitized by Google

alteram *Gerardus Verius*, quibus se pro virili defenderent, confugientibus reliquis versus Nauem, ex quibus vnus in rimam glaciei incidens, magno suo periculo luctabatur. Verum belluæ nauem recta petunt, atque interim tres ij relicti propter proram procurrentes in eam sese receperunt. Ablata hac præda irritati Vrsi audacia singulari accurrunt, Nauemque parãt conscendere, neque aderat vllum præter eas duas bipennes teli genus. Ex ijs vna certo ictu adacta Vrsum maiorem ferit, quo verbere abit, cæterique duo sequuntur minores. Ita manifesto ex periculo quod summo timore præsumpserãt, Nautæ liberantur.

Sol quando discesserit.

Quarta Nouembris solis iubar Mundi eam plagam deseruit, vt vlterius non appareret. Ea res tristis admodum notari poterat, adempto pulcherrimi operis huius mũdi spectaculo. Prodeũt tũ albæ Vulpes abscedentibus Vrsis. Hisce, quod ad cibum idonei essent, insidias varie decipulasque struunt, quibus subinde aliquot capiunt. December tum anni hyemantis acerbissimus mẽsis flagrabat, horrido frigore cunctorum membra adurens. Itaque ex cuiusdam consilio, Carbones lapideos igni idoneos sulphuratos, ac hactenus in vltima periculorum seruatos, accendunt, focumque circa vesperam instruunt, obserato funibulo, ac vestibuli aditu arcte clauso, ne quis calor euaderet. Est iis carbonibus igne correptis odor amœnus patum, ac grauior, qui & spiritus hominum obstruit. Ideo cum primum adlubesceret ignis suauitas, sociosque recrearet, mox eosdem vertigine corripit, cerebrique agitatione, ægros præsertim. Ex valentioribus ergo aliqui fumibuli fenestram aperiunt, ac ianuam recludunt: verum is, qui ianuæ operam dabat aperiendæ, deliquio animi abreptus procubuit, quo sane omnes correpti spiritum denique amisissent, nisi id frigus antea horrendum, nunc tempestiue recreasset. Post, Carbones accendere nemo ausus denuo.

Ex Carbonibus lapideis periculum Mortis.

Annus 1597

Annum ita transegerunt, reuoluto cursu Solis in millesimum, quingentesimum nonagesimum septimum, atq; tum illud Mundi præclarum lumen remeans, malignas eius partes respexit. XXIV. Ianuarij salutarũt id socij summa exultatione, stupente Guilielmo Bernardo, qui ex Astronomorum regulis Solis tam subitum reditum haudquaquam præsumpserat iis in locis. Vulpes tum abibant, succedunt que terribiles Vrsi. Etenim dum duodecimo Februarij decipulas restaurant, ingens vrsus domum rectà petit. At explosso tormento percutitur, transitque glans corpus omne, ac cor ipsum, ea violentia, velut in oboli formam planata. Post eum ictum subsilit etiamnum bellua, ac tredecim pedes procurrens, cõcidit; ibi eam spirantem traiiciunt bis, ac necatam laniant. Adipem huius centum librarũ fuisse ferunt, expetebaturque à nautis, quod olei loco lucernas aleret. Tergus nouem pedum longitudinem, ac septem latitudinem habebat. Scandebat interim altiora cæli Sol, desideriumque capit abitus ex iis locis (licet ipsa maior Nauis sine vlla solutionis spe, velut arcibus vallata, inutilis nauigationi persisteret,) desolatam turbam, recedente glacie, Oceanique resolutis fluctibus.

Sol xxiiij. Ianuarij restituit Nouam Zemblam.

Vrsorum aduentus.

Reditum parant.

Nautam ergo conueniunt, eumque monent, temporis vt rationem capiat. Is mãdat interim cunctarum rerum præparationem, exspectaturũ se Maij mẽsis exitum. Decem inde viri vigesimo nono Maij cõmodo satis cælo exeunt, ac lembum petunt, eundem vt prope domum restaurarent, iam niue pene contectum ac obsessum effodiũt, summo labore: at dum pertrahere conantur, ac ædibus propius admouere, labascunt victa præteriti temporis exantlatis miseriis membra, quatitque ægra corpora exhaustarum virium luctuosa cõfessio, nequicquam instigante nauta, ac ni aliquid supra vires tentarent, diram prædicante duramque in *Noua Zemble* miserrima humo emansionem. Ceterum vigor ieiunio ac Hyemis acerbitate victus decesserat: collectis demum viribus Phaselum, quem nautæ *Den Bock* vocant, prope casam prostratum ac euersum, vt retulimus, erigunt, eundemque omni facultate reparant, longam periculosamque nauigationem præsumentes. Quibus dum rebus intendunt, terribilis Vrsus accedit, & perterrefactos in fugam coniicit. Mox occupatis ædiculæ tribus foribus bõbardis, instructi belluam exspectant. Is intrepidus procedit, virumque ad alias fores respicientem, absque clamore ac vocis monitu sociorum, id periculum contemplantium, subito corripuisset: sed in tanta consternatione is bombarda emissa bona sorte Vrsum glande traiicit, qua sane aberrãte, manifestus periculi, duram sortem haud dubie subiuisset. Huius in Vrsi discerpti stomacho Phocarum pelles ac carnes repertæ fuerunt. Duos postea Vrsos aggredientes conficiunt, ex quibus vni iecur auferunt, idque coctum manducant, ast valetudinis maximo discrimine, laborantibus cunctis, decutito in vniuersum corpore, vt eius cibi malignitas facillime appareret. Sex dierum labore in restaurãdo Phaselo consumpto, supererat adhuc præpatãda complanandaque via, qua Phaselum schaphamque in mare pertraherent non minimæ molestiæ res. Hocopus stu-

Vires exhaustæ Nauiculatorum.

Vrsi iecur insalubre & noxium.

Digitized by Google

dium abeundi leuius reddidit, quod & Mare iam tutum, nauibusque peruium adlubesceret, Nixque ipsa durior reddita, faciliorem nauiculis cursum dabat. Ibi Vrsus macilentus admodum, prædæ auidus, apparuit: at is male excipitur, à Chirurgo glande traiectus, ac in fuga per ruptam glaciem proditus, impeditusque, tãdem à sociis cæteris ad necem adactus. Quisque tum sarcinas mercatorum, quãta maxima cura fieri poterat, complicat, necessaria ad victum ex ædicula aufert. Dabat vires cupido relinquendi procellosam hyemis aulam, cum summo melioris cæli desiderio.

Discedunt ex Noua Zẽbla decimo quarto Iunij Anno 1597.

Restabant nauiculæ in pelagus deducendæ. Atque eo tempore *Guilielmus Bernardus* epistolã scribit, in eaque fortunam Nauigationis omnem notat, mensuraque bombardæ concludit, è funibulo suspendit, vt delatis aliquando in ea loca hominibus rei gestæ veritas innotesceret. Nauta item epistolas duas exarat, quarum exemplar nauiculæ fingulæ vnũ habebant. Decem mensium continuata habitatione *Nouam Zemblam* Batani tenuerant, cum decimo tertio Iunij Phaselum lembumque in Mare dimittũt, vehiculisque vndecim annonam omnem, Mercatorumque sarcinas deuectas, nauiculis imponunt, ac æquis portionibus distribuunt. *Guilielmus Bernardus* & *Nicolaus Andreas* ægri, vehiculis ad scaphas pertracti, easdem item intrarunt. Vẽtus in Corum inclinabat, cum vela facerent decimo quarto Iunij, Millesimo, quingentesimo, nonagesimo septimo Anno, satis iusto patuloque Ponto, læti quòd oras eas terribiles relinquendi tẽpus accessissent, quas diu nimis, in summa egestate ac hyeme, habitassent. Ingentis tum alterius periculi metus oritur, ex valido glaciei fluctibus actæ impulsu, quæ nauiculas ipsas potuisset confringere, ni diuina Prouidentia eos homines, velut ex miraculo, saluti destinasset. Ceterum vigesimo Iunij moritur celeberrimus consumatissimusque Rector Nauium *Guilielmus Bernardus*, magno cum omnium mœrore, ac singulari luctu. Eius obitum intra horam sequitur *Nicolai Andreæ* mors.

Guilielmus Bernardus moritur.

Eo tẽpore Solis non ea vis erat, vt niuem solueret, potus comparandi gratiâ. Verum patinas ex ære & stanno radiis opponunt, quæ repercussu caloris aquam reddebant levandæ tamen siti vix idoneam. Ita milliaria trecenta octuaginta & vnum emensi, sæpe interim obsessi, in nauiculis hisce frigus, famem, ac valetudinis maximas offensiones, summa, quæ mortales adficiũt, mala pertulere: adhæc dispersi tempestatibus, cum aliquando iratum mare cursus eorum disturbasset, scaphasq; diuertisset, donec postea nautæ bombardæ explosæ sonitu vnirentur. Superato *Capite Nassouiæ* vigesimo octauo Iunij bona omnia exponunt firmam in glaciem, nauesque in eãdem protrahũt, quod frusta ingentia glaciei impellerentur vento altano vehementissimo, nouæ cum obsidionis periculo: Ibi velis tecti, quieti se dant, expositio speculatore. Is Vrsos tres aduenientes conspicit, ac voce horrenda exclamat. Bombardæ tum glandis frusta siue minutias habebant, quibus belluis vastissimis tenue detrimentum inferrent. At iis clamore attonitis, discedentibusque, nacti opportunitatem, tormenta glãde maiore implent, Vrsumque vnum ictu traiiciunt, mortiq; donant. Diffugiunt eo exemplo reliqui duo, ac post redeunt, vrsique cadauer per inæquales glaciei partes trahunt, summo cum virium argumento, in escam sibi: Eam etenim belluam emortuam, iam bona ex parte deuoratam, abactis per nautas duobus vrsis, vix quatuor socij subleuare poterant. Ceterum glaciei dum insident, ea, haud paruo discrimine, subeuntis glaciei impulsu, minutas in partes abscedit, decidentibus cunctis penè sarcinis in mare: laborantiumque in subducendo Phaselo ulterius, securitatis maioris ergò, ingressu glacies comminuebatur, maximâ rerum confusione, dum quæ saluabantur bona in mare mox recidunt. Lembus in partes confractus, abibat, accurrentibus cunctis, vt præciosiora quæque naufragio eriperent, membrorum conuulsionis destructionisque magno metu, subeunte nunc hoc, nunc illo glaciei frusto, dirissimo motu. Tandem lembum euincunt, ac prope Phaselum collocant, disrupto malo, eiusque loco, ac cunctis ferè armamentis nouissime fabricatis, magnâ nautarum angustiâ, quod operi vix sufficerent confecti ærumnis. Reparatas denique nauiculas mari reddunt, sæpe per glaciei frusta ad centum, ducentos, trecentosque passus easdem, vt patulum mare nanciscerentur, protrahunt. Ita vndecimo Iulij circa *Crucis Insulam* deuecti, scaphas per mille passus ad apertos Maris fluctus summo labore cogũtur impellere, glaciei ita moles emensi. Ceterum, quibusdam ad *Crucis Insulam* accedentibus, ac ibi vastum Põtum in Occidente conspicientibus nullâ glacie impeditum, lætitia magna subit, congratulanturque sociis, victam iam huius molestiæ anxitudinem. Ergo ducentos septuaginta passus exsuperant etiamnùm ac mox vela facientes, bono successu enauigant. Circa *Promontorium Cantij* venientes, ibi quosdam emittunt, qui terram peterent, auesque boni gustus, ac cibi loco aliquando expetitas, caperent. Ij centum

Naufragium

Calamitates maximæ.

& viginti

& viginti quinq; aues manu facilè prehẽdũt, quòd hominũ insolẽtes essent. Anates hæ mõtanæ nidificant in summis rupibus, belluarũ metu. Vnũ tantum ouum componũt, atque in solo, nullo stramine, gramineue tecto incubantes, non obstante diro eius Tractus frigore, excludunt. Vigesimo septimo Iulij ad sinum peruenere, quò violentus Maris fluctus torquebatur, eratq; is sinus *Costinsarch.* Is an peruius sit, Tartaricumq; in Oceanum desinat, ignoratur: quidam autumant Fretum ibi esse.

Anates mõtanæ.

Sinus Costinsarch.

Indè apud *S. Laurentij sinum*, siue *Promontorium propugnaculi*, vulgò *Schanſ-hoeck*, duas *Rußorũ Logdias*, id est, Nauiculas offẽderũt. Erãt Russi triginta numero, quos, licet anxij essent dè hominum eorum mente, aut cõsiliis, tamen cum summo gaudio aspexerunt, iam tredecim elapsis mensibus, quibus cum peregrino aliquo sermonis commercium non habuissent. In terram progressi, salutarunt sese mutuò: erantque inter Russos qui superiore anno Batauos circa Fretum *Vaygats* conuenerant. hi nautam agnouerãt, ac stupent, homines olim Nauigiis excelsis corbitisque vectos, nũc verò actuariolis orariisque huc illucque sparsos natare. Ob interpretis defectum sese mutuò intelligere nequibant. Inde cum nauta gingiuarum orisque vitia mõstraturus, manum, os aperiens, dentibus adhiberet, ipsi fame eum premi existimãtes, panem atrum octo librarum, aç aliquot aues fumo duratas donant, quod munus nauta biscocti panis dono æquat. Vigesimo nono Iulij ab hac terrâ discesserunt, oramque Russicam Augusto mense tenuerunt, post summam famem, ærumnasque ingentes, consumptâ pene omni annona, vt & quidam de relinquendis lembis, petendisque Russiæ interioribus terris deliberarent. Verum obuij subinde Russorum scaphis fide alueis, ab iisdem suscepto cibo recreabantur. Interim aberrant, prauâque computatione iam existimant superatum à se Promontarium Russiæ *Candinæs*, Mareque quod Album vocant. Id decimo octauo Augusti die deniũm nacti Mare Albũ trãsmittunt, Lapponiæque oram tenent. Velificatio hæc prospera erat, confectis quadraginta milliaribus triginta horarum spacio. *Candinæs* facilè agnosci potest, ex quinque crucibus ibi collocatis, perfectèque declinatio Promontorij apparet, ab vnâ parte in Notapelioten, & ab alterâ in Libonotũ. Post superatum Album Mare, Russicum nauigium maius offendũt: id remis omni conatu petunt. Tredecim ibi Russi Hollandos excepere, casisque suis fouent, piscationi indulgent, emitque ab iis Nautâ piscium multitudinem, quibus (nouum id erat) socij famem abundè explent. In hoc traiectu decem dierum spatio aberrauerãt dispersi lembi. Vigesimo primo Augusti summo gaudio sese mutuò respiciunt, *Kildunamque* pariter petunt, quòd accepissent à Russis naues Belgicas aliquas *Colæ* esse. Verùm *Wardhuysum* potius eligunt, timẽtes Moscouiæ Principem, ne quid in eos, quòd *Colæ* Moscouiæ sub imperio sit, cõmitteret. At oboritur tempestas, quæ nauiculis exitium minabatur: ideò cursum post scopulum dirigunt, ibique casam exiguam, in eaque tres viros ac ingentem canem inueniunt. Hi amicè excipiunt hospites, rogant quâ fortunâ in eas oras deuenissent, nunciãtque *Colæ* tres naues esse, quarum duæ eo die vela facerent. Tum nostri rogant socium aliquem ducemq; itineris, qui *Colam* eos deduceret. Illi Lappiæ incolam allegant, qui in ea re libenter operam daret suam. Itaque nauta cum vno ex sociis Montem superat, Lapponiæque homines adit, ac aliquem Realorũ duorum valoris quatuor florenorum pretio conducit. Hic cum vno ex nauiculatoribus abit, epistolamque refert à *Iohanne Cornelio Ryp* conscriptam, qui superiore Anno circa *Insulam Vrsi* à *Guilielmo Bernardo* discesserat, alio cursu contendens, vt narratum est. Miraculosum videbatur sociis, ac fidem excedere eundem nunc *Colæ* esse. Hic tredecimo Augusti ad eos deuectus accessit, opinatus olim iam omnes interiisse, ac planissimè vitâ functos. Secum annonam victumque recreãdis nautarum animis ferebat, ac indè *Colam* cum iisdem se recipit. Ibi scapham phaselumque domo mercatoria condunt, æternam in rei memoriam: quòd quater centum milliaria orariis nauiculis confeciissent, ignotum ac nunquam antea nauigatũ per mare, summa omnium hominum ac *Colæ* itẽ habitatorum admiratione. Decimo septimo Septembris vela dederunt, vecti nauigio *Iohannis Cornelij*, ac Nouembris primo, Anno eodem, *Amstelodamum* deueniunt, iisdem induti vestimentis, iisdemque tecti pileis, quos ex vulpium albarũ pellibus in *Noua Zembla* parauerant, stupentibus circumstantium animis ad nouitatem rei ac narratione malorũ intellectâ, ad summam eam ærumnarum patiẽtiam attonitis. Nomina eorum, quibus superstes ex eâ nauigatione vita fuit, hìc addere memoriæ ergò haud vanum duxi. Sunt; *Iacobus Heemskerck*, Commissus & Nauta; *Petrus Petri Vos*, *Gerardus Verlus*, *M. Iohannes Vos*, Chirurgus, *Iacobus Iohannes Sterreburch*, *Leonardus Henricus*, *Laurentius Guilielmus*, *Iohannes Hillebrandus*, *Iacobus Iohannes Hoothwout*, *Petrus Cornelius*, *Iohannes Buysius*, *Iacobus Euerardus*. FINIS.

Kilduynum petunt.

Lappiæ hominem cum socio nauali Colam mittunt.

Literas accipiunt à Iohanne Cornelio.

Colam veniunt.

Nauiculæ in Mercatoria domo Colæ repositæ.

Amsteloda-mũ veniunt.

Nomina superstitum.

Ruſſos adſpiciunt cũ intra 14. mẽſes cum peregrinis locuti nõ fuiſſent.

Promontorium Candinaes falso ſe exiſtimãt ſuperaſſe.

SEQVVN-

Digitized by Google

SEQVVNTVR GRADVS ET ALTITVDInes omnium præcipuorum Portuum, Fluminum, Promontoriorum, locorumque Nauigatione Lusitanorum, Hispanorumque frequentatorum, & in Terris per eosdem detectis, àc partim habitatis cognitorum, cum Nominibus iustis proprijsque titulis vt eorundem Marinæ Cartæ demonstrant &c.

Primum ab extremo Lusitaniæ Promontorio, quod *Cabo de Finisterra* dicitur, secundum Littorales Lusitaniæ, Hispaniæ, & Barbariæ tractus, vsque ad Lineam, siue Tropicum Cancri, atque inde juxta Oram Guineæ, ad Lineam Æquinoctialem.

Gradus Septentrionalis Linea plaga.	gr.
Cabo de finisterra, id est: Caput finitæ terræ jacet in altitudine	43
Insulæ *Bajona*	42
Porto de Portugal	41
As Barlengas	40
Lisboa siue Lisbona aut Vlissipona cum insula *Tercera*	39
Perseueira cum insula *S. Michaelis*	38
Cabo de San Vincente, cum *S. Maria*, insula	37
Trasfalgar, ad Oræ tractum	36
Larache	35
Soneja	34
Cabo de Canty, & *Porto Santo*, id est: Portus Sanctus, apud *Maderam* insulam situs	33
Rio dos Saueis, id est: insula Aloisarum	32
Insula *Madera*, siue Ligni	32
Taffatana	31
Mecca, & *Alha dos Sauajes*, id est: syleſtrium insula	30
Cabo de Non, & insulæ *Palma*, àc *Lançarotte*, ex Canarijs	29
Alha, siue insula *de Forte Ventura*,	28
Cabo de Bojador, & insula Canariæ Magnæ, àc *Alha de Hierro*, siue Ferri insula	27
Angra dos Cavallos, id est: Patens portus, seu Statio Equorum	25
Rio d'Ouro, seu Flumen Auri	24
Linea, seu Tropicus Cancri.	
Angra, seu paculus portus *Goncali de Sintra*	23
Cabo das Barbas, id est: Caput Barbarum	22
Cabo Branco, siue Album caput	21
Rio de Sao' Ioao', siue S. Iohannis rivus	20
Furna de S. Maria, seu S. Mariæ antrum	19
Sete Monte, vel septem Montes ac insulæ S. Annæ, S. Vincentij, S. Luciæ, & S. Nicolai	18
Anterotte, & insula salis	17
Rio, seu Rivus de *Canaga*, & *Ilha de Maya*	16
Cabo verde, vel Promontorium Viride, & insulæ S. Iacobi, cum insula *do Fogo*, seu ignis	15
Rivus *Gambiæ*	14
Rivus *das Ostras*, siue Ostrearum	13
Cabo Roxo, seu luridum Caput	12
Buguba	11
Rio do Pichel, id est: Rivus Cantari	10
Flumen Cachecache	9
Rio da Serra Lioa, id est: Flumen Montis Leonæ	8
Rio das Palmas, id est: Flumen Palmarum	7
Cabo de Monte, seu Caput Montis	6
Cabo dos Baixos, seu Promontorium syrtium, & Fodina S. Georgij,	5
Alha, seu insula *Fernandi de Poo*, & *Cabo das Palmas*	4
Rio do Campo, seu Campi Flumen	3
Rio do Principe, id est: Flumen Principis	2
S. Thomæ insula	1
A Linea	

Digitized by Google

A Linea Æquinoctiali ad Austrum persecutione Tractus Congi, Angolæ, & Æthiopiæ, vsque ad Bonæ spei Caput.

	gr.
CAput *Lopo Gonsaluez*, iacet	1
Caput Caterinæ	2
Angra da Iudia, id est: Statio iudaicę mulieris	5
Praya de San Domingo, id est: Littus S. Dominici	6
Rio de Congo	7
A Ilha d'Acençao', hoc est Ascensionis insula	8
Rio Angole, & insula *Loanda*	9
Cabo Ledo, seu Lætum Caput	10
Rio, seu Fluvius de *San Lazaro*	11
Cabo dos Loupos, id est: Luporum Caput	12
Monte Negro, id est: Niger Mons	14
Serra Parda, vel cinericij Montes	15
Angra das Aldeas, seu vicorum statio, & S. Helenæ insula	16
Manga das Areas, siue Manica Arenosa	17
Cabo Negro, siue Nigrum Caput	18
Os Mendoins	19
A Serra de San Lazaro, id est: Montes S. Lazari	20
Praya, siue Littus *Ruy Pires*	21
Cabo do Padraõ', seu Colossi Caput	22
Praya Fria, seu Littus frigridum	23

Linea vel Tropicus Capricorni.

Ponta da Concepçao', vel Punctum Conceptionis	24
Praya das Alagoas, aut Lacuum littus	25
Feiçao' da Boça, siue Oris forma	26
Angra, seu Portus patulus S. Anthonij	27
Angra, S. Thomæ	28
Angra, S. Christophori	29
Ria do Infante, id est: Fluvius Filij Regis	32
Angra, S. Helenæ	33
Insulæ *Tristan da Cunha*	34
Cabo de boa Esperança, id est: Bonæ spei promontorium	34 ½

A Capite Bone spei ad septentrionem Tractus ductu, versus Soffalam Mossambicquam, & Melindam, vsque ad Lineam Æquinoctialem Australi semper plagâ.

	gr.
CAbo das Agulhas, seu Compassorum, Pyxidisue Nauticæ caput jacet	35
Cabo do Infante, vel Regis filij Promontorium	34 ½
Cabo Talhado, seu sectum caput	34
Cabo das vacas, seu vaccarum caput & *Baya Formosa*, vel pulcher sinus	34
Cabo do Arecifte, vel caput scopuli	33
Rio do Infante	32
Punta primeira, id est: primum punctum vix iacet	32
Terra do Natal, id est: Natiuitatis	31
Punta S. Luciæ	28
Terra dos Fumos, seu fumi	27 ½
Rio d'Alagoa, aut Flumen Lacus, & insula Iohannis de Lisboa, cum Australi extremitate S. Laurentij insulæ	26
Agua de boa Paz, seu aqua bonæ pacis	25
Cabo das Correntes, id est: fluctus currentis caput	24 ½
Rio de Manoa, seu *Monemone*, & insula *do Maschareñas*, iacent	23 ½
Os Baixos da Iudia, seu syrtes Iudaicæ	22
Caput S. Sebastiani	21
Rio Quilioan, seu *Quiloane*	20 ½
Soffala, & insula *Diegi Rodriges*	20
Porto, seu Portus *Bango*	19 ½
Rio, seu Fluvius *Cuame*	18 ¼
Os Baixos dos Garaios, id est: syrtes Lasorum	18
Rio dos Bons Sinais, id est: Fluvius boni signi	17 ½

A Ilha,

A Ilha, seu insula *Brandao*	17
A Ilha Primeira, id est: insula Prima	17 ½
A Ilha, seu insula *Iohannis de Nova*	16 ½
Rio d'Angoxa	16
Moçambicque	15
Fluvius S. Anthonij	14
Rio dereito, seu dextrum Flumen	12
Ilha do Comaro	11
Cabo delgado, seu caput tenue	10
Quiloa, vrbs	9
A Ilha de Monfia	7
A Ilha de Zanzibar	6
A Ilha de Pemba	5
As Ilhas dos tres Irmaos, id est: insulæ trium fratrum	4
A Ilha do Amirante, id est: Admiralij insula	3 ½
Monbaſſa, & Flumen *Tacharigo*	3
Vrbs & Portus *Melinda*	2
Vrbs & portus *Pata*	1

Linea Æquinoctialis.

Altitudines, & gradus Portuum, Capitum, & Fluminum à Linea Æquinoctiali, vſque ad Fretum *Mecca*, quod & Mare Rubrum dicitur, ad Septentrionalem Æquinoctialis plagam.

Septentrionales gradus.	gr.
Arraboa, id est: bonus portus, iacet	1
Vrbs & Portus *Brava*	2
Vrbs & Portus *Magadoxi*	2 ½
Zanzella	6
Caput *Guardafu*, & insula *Sacotora*	12
A capite *Guardafu*, introrſum verſus Rubrum Mare Nempè Auſtrali eius Ora.	
Mite, & *Barbora*, iacet	11
Zeila, iacet	12
A Ilha d'Alaca	15
A Ilha Soaquen	18

A Septentrionali latere Maris Rubri, ſeu Freti *Mecca*.

Toor, iacet	27
Gyda, portus vrbis *Mecca*, in qua Machometi ſepultura eſt, quæque freto nomen dat	20
A Ilha de Zeyban	15
A Ilha Camaram	15
Aden, olim Luſitanorum propugnaculum nunc vero ereptum	23

Ora Arabiæ ad Fretum vſque Perſiæ, inſulamque Ormutium.

Fartaque, iacet	15
Diufar	16
Inſulæ *Curia*, *Muria*	17
Inſula *Maeira*	20
Caput *Roſalgate*	22
Curiata & *Maſquate*	23
Hoor	24
Cabo Mocandao	27
Inſula & vrbs *Ormutij*	27

Ab Ormtuio ſeu Perſia per tractum littoralem ad Comorini caput.

Cabo de Jaſque, iacet	25 ½
Rio do Sinde, olim Indus Fluvius	24
Vrbs & inſula *Diu*	21

Goga,

Gega, vrbs sita interiore sinus *Cambaiæ*, ductu	33
Portus ac vrbs *Chaul*	19
Portus ac vrbs *Dabul*	18
Insula & vrbs *Goa*, ac Insulæ *Os Ilhas Queimadas*, seu adustæ insulæ, eodem in tractu sitæ	16
Arx *Honor*, & insula *As Ilhas d'Angediva*	14
Baticola, & syrtes *Os Baixos de Pandua*	13
Arx *Mangalor* & *Monte de Ly*	12
Cananor & *Calecut*	11
Cranganor & *Cochin*	10
Arx *Cay Coulao*	9
Caput *Comorini* extremum eius Tractus, qui Indiæ propria appellatione venit	7

Ab insula Seylon, nempè ad Orientale, àc Australe latus, ductu in Occidentem.

	gr.
Trincanamallo, iacet	9
O Capello de Frade, seu Monachi Cappa	8
Rio de Matacolu	7
Ponta de Gualle, id est: Punctum triremis	6
Columbo, Lusitanorum arx	7

A Comorini Capite per Tractum *Choromandel*, *Orixa*, *Bengala*, *Pegua*, & *Malacca* ad caput *Sincapura*.

	gr.
Caput *Negapatan*, iacet	11
Povoaçao de San Thome, seu Vrbs S. Thomæ	13
Vrbs ac Portus *Musclepatao*	16
A punta Guadovariyn	17
O Pagode de Iorganate, id est: Idolum Iorganatæ	20
Rio de Puacota	19
Rio de Palura, seu Paluor	19
A derradeira Terra alta, vel vltima alta terra	19
Flumen *Cayegata*	21
Ganges Flumen aliter *Porto pequeno*, seu portus paruus	22
Portus & vrbs *Aracan*	20
Portus & vrbs *Martavan*	16 1/2
Extremitas insularum *Andeman*, ad Septentrionem	14
Eaturndem insularum extremitas Australis	11
Portus & vrbs *Tanasserijn*, item	11
Portus & vrbs *Gunsalan*	8 1/2
Insula *Pulo Cuto*	6 1/2
Portus & vrbs *Queda*	6 1/2
Insula *Gomesspola*, & insula *Pulo Batum*	6
Insula *Pulo Pera*	5 1/2
Insula *Pulo Pinon*	5 1/4
Vrbs & Portus *Pera*	4 1/2
Pulo sambillao	4
Pulo Parcelar, & Insulæ *d'Aru*	3
Cabo Rachado, seu fissum caput	2 1/2
Civitas & Arx *Malacca*	2 1/2
Caput *Singapura*	1

Ab insula Sumatra nempè ad Septentrionem Lineæ.

Portus *d'Achein*, iacet	4 1/2
Portus *Pedir*	4
Caput *Taniampuro*	5

Loca ad Australem insulæ partem ac alibi sita.

Terra *d'Arruen*, iacet	2
Ilha d'Ouro de Manancabo, seu insula aurea *Manancabo*	3
Portus *Campar*	4

Digitized by Google

Fretum inter insulas Iauæ maioris & Sumatræ 5 1/2
Insula Iava maior nimirum medio situ 6
A Ilha de Iogo, seu ignea insula 7
Insula solitaria 7
Insula *Banda* 5
Insulæ Caryophyllorum *Malucce* iacent sub Linea Æquinoctiali.

A capite Singapuræ in persecutione Tractus versus Sianam, Cambaiam, Champam & Chinam, vsque ad Flumen Liampo & Nanquijn cum quibusdam insulis ad Septentrionale Lineæ latus.

gr.

INsula *Pulo Tymao*, iacet in altitudine 2 1/3
Vrbs & portus *Pan* 3 1/2
Vrbs & portus *Patane* 7 1/2
Vrbs & Portus *Sion* 14 1/2
Ponta de Cay 12 2/3
Enfrada de Lion, siue sinus Lion 12 1/2
Portus *Varella* 13
Insula *Pulo Condor* 8 2/3
Vrbs & portus *Camboia* 10
Insula *Pulo secir* 10 1/2
Insula *Pulo Caton* 15 2/3
Insula *Pulo Champello* 16 2/3
Extremitas australis insulæ *Aynon* 18 2/3
Extremitas insulæ eiusdem ad Boreapelioten 19 1/2
Insulæ *Sanchoan* 21 1/2
Vrbs & insula *Macan* 22 1/2
Vrbs *Canton* 24 1/2
Ilha Branco, seu Alba insula 22 1/2
Ilha Fermosa, vel formosa insula 21 3/4
Ilha de Lamon 23 1/4
Portus Chabaqueo 23 1/2
Portus Chincheo 24 1/2
Enfeada dos Camaroins, seu sinus Granati alitèr *Cayro* 25 1/2
Insula *Lequeo pequeno*, id est: minor Lequeo 25
A Ilha dos Cavallos, hoc est Equorum insula 25 1/2
Ponto seu caput *de Sumbor* 28 1/4
Insulæ *As sete Irmaas*, id est: septem sororum, quæ navigantibus in Iaponiam occurrunt 29 1/2
Insulæ *Siongican*, Oræ adiacentes 29 1/2
Insulæ *Liampo*, quæ Oram prætexunt 31
Medietas insulæ *Meaxuma* 30 1/2
Insula *Tranaxuma* 31 2/3
Flumen *Nanquijn* 34
Insulæ *Iapan*, inter se cunctæ habent in longitudine centum & triginta milliaria ac extremitas Orientalis iacet 32

A Philippinis Insulis aliter Luçons siue Manillas dictis, ad Septentrionem Lineæ.

gr.

OStium Freti inter insulam *Luçon* & *Tandaya*, iacet altitudine 12
Insula *Capuly* & insula *Ticao* 12 3/4
Insula *Masbate* 12 1/4
Insula *Banton* 12 2/3
Insulæ *Rebuyan*, Septentrionalis plaga 12 1/2
Insulæ *Vireies* 12 1/2
Insula *Marinduque* 12 1/2
Caput de *Dumarijn*, & insulæ *Luban* 13
Ostium sinus *Manille*, ciuitatis præcipuæ insula *Luçon* 14 1/4

Vrbs

Vrbs *Manillia* — 14
Caput de *Samballes*, ad insulam *Luçon* — 14 2/3
Cabo de Bullinao' — 16 2/3
Cabo seu caput de *Boiador*, extremum australe insulæ *Luçon*, promontorium — 19
Postrema insula in Septentrione & Oriente sita ex insulis *Lequeos*, dictis — 29
Insula *de las Vellas*, seu *de los Ladrones*, id est: Latronum — 13

A Nouæ Hispaniæ Terra, quæ Iaponiæ è regione respondet.

gr.

Ista seu insula *Sancti Augustini* — 30 1/4
Isla de Sedros, id est: Cedrorum insula — 28 1/4
Caput S. Lucæ initium Californiæ regionis — 22
Cabo de las Corrientes, seu currentis vndæ — 19 2/3
Portus Acapulco — 17

A Freto Magellanico, ductu tractus Brasiliæ, vsque ad Lineam Æquinoctialem ab australi eius parte.

Gradus Australis plagæ ab Æquinoctiali.

FRetum Magellanicum, iacet — 51 1/2
Bahya de las Islas, id est: sinus insularum — 49
Rio de la Plata, seu argenteus Fluvius — 34 2/3
Atreciffe, vel Breuia — 34
Bahya Aparcellada, vel sinus vadosus — 33
Cabo da ponta, seu caput puncti — 32
Rio dos Negros, id Nigrorum flumen — 31
Angra onde Seuio o Battel, id est: portus patens vbi Acatium apparuit — 30
Ilha da Bahya, seu sinus insula — 29
Insula *S. Catherinæ* — 28 1/2
Bahya do Repairo, id est: defensionis sinus — 28
Rio do Estremo, id est: Fluvius supra modum — 27
Rio dos Dragos, id est: Flumen Draconum — 26
Ilha de Cananea, id est: Arundinum fascium insula — 25 1/2
Insula *Doropica* — 25
Sinus *S. Vincentij* — 24
Fluvius *Canane* — 24
Rio de Ianero, id est: Fluvius Ianuary — 23 1/3
Cabo Frio, seu frigidum caput — 23
Bahya do salvodor, seu Saluatoris sinus — 22
Syrtes dictæ *Os Baixos dos Pargos* — 21
Spiritus Sancti sinus — 20
Insula S. Barbaræ — 20
Flumen S. Luciæ — 19
Flumen S. Georgij — 18
Porto Seguro, id est: securus portus — 17
Rio dos Santos Cormos, id est: Fluvius S. S. Cosmæ & Damiani — 16
Insula S. Helenæ item — 16
Rio da Praya, aut Littoris Fluvius — 15
Rio dos Ilhas, id est: insularum amnis — 14 1/2
Porto Real, id est: Regius portus — 14
Bahya de Todos os Santos, id est: Omnium Sanctorum sinus — 13
Rio Real, id est: Amnis Regius — 12
Fluvius S. Francisci — 11
Fluvius S. Michaelis — 10
Santo Alexo — 9
Caput S. Augustini — 8 3/4
Civtias *Olinda* — 8 1/3
Pernambuco, & insula Ascensionis — 8

Digitized by Google

Santo Domingo	7
Artapica	6
Santo Roque, seu S. Maria d' Arribada, id est: adpulsus	5
Sinus S. Lucæ	4
Bahya das Tartarugas, id est: sinus testudinum	3
Rio do Areciffe, id est: Brevium flumen	2

Ab *Antillis* seu Anterioribus Insulis Indiæ Hispanicæ, ac locis quibusdam continenti adiectis, ad Septentrionalem Lineæ Tractum.

	gr.
Isla la desseada, id est: Concupita insula, iacet	15 ½
Insula Marigalante	15 ½
Insula La Dominica	15 ½
Insula La Antigua, id est: vetus	16 ¼
Cabo de Cantina, continentis	9 ½
Insula Serrana	14 ½
La Serranilla, seu minor Serrana	16
Caymangrande, seu grandis Crocodilus	19
Cabo de S. Anton, insulæ Cubæ	22
Rio de S. Pedro & S. Paulo	21
Los Campos d' Almeria, id est: Campi Almeriæ	20
Villa Riça la vieja, id est: vetus dives insula	19 ⅔

Portus & Loca Tractus Indiæ propriæ, cum distantia & differentijs inter se, facto initio à Septentrione, ductu oræ ad Austrum, pro eiusdem Terræ situ.

Primo sciendum Tractum Indiæ (vt vocant) initium sumere à sinu, quem A Enseada de Iaquetta nominant, locoque Espero dicto.

	gr.
A B Espero ad Mangalor, milliaria sunt	8
A Mangalor ad Patanam	8
A Patana, ad caput dictum Punta de Diu	12
A Diu, ad insulam do Bette	9
Ab insula Bette, ad Goam vrbem Cambaïæ sinus	20
A predicta insula Bette, ad vrbem Daman	26
A Daman ad Surratte, vrbem sinus Cambaiæ	8
A Daman ad Danu	7
A Danu, ad Vaccarum insulas	7
A Vaccarum insulis ad Oppidum Baçain	5
A Baçain ad vrbem Chaul	12
A Chaul ad Dandam	5
A Danda ad sinum dictum A Enseada de Pero soares	3
A sinu eo ad Sifferdao	3
A Siffardao ad Dabul	10
A Dabul ad Sanguiserra	6
A Sanguiserra ad Bettelæ Flumen	10
A Flumine Bettelæ ad Seytapor	3
A Seytapor ad Carapam	11
A Carapam ad Metropolim Goam	14
A Goa ad Angedivam	12

Hinc initium sumit Tractus Malabar sub ora tamen Indiæ comprehensus.

A Angediva ad Batecalam, milliaria sunt	12
A Batecala ad Arcem Barcelor	5
A Barcelor vsque ad insulam Primeiro Ilha	6
A Primeiro Ilha ad Arcem Mangalor	6

A Mangalor

A *Mangalor*, ad Montem Formosum	4
A Monte Formoso ad *Montem Lÿn*	10
A *Monte Lÿn*, ad arcem *Cananor*	6
A *Cananor*, ad *Calecut*	8
A *Calecut* ad *Coulettam*	2
A *Couletta* ad *Chalum*, & *Parangalum*	7
A *Parangalo* ad *Tanor*	3
A *Tanor* ad *Pananam*	6
A *Panana* ad *Cochinum*	15
A *Cochino* ad locum *Arbore de Parca*, id est: arbor Porci dictum	9
Ad *Arbore Porci* ad *Caule Coulao*	9
A *Cause Coulao* ad arcem *Coulao*	6
A *Coulao* ad *Barcinas*, seu Colles è terra	4
A *Barcinis* ad *Briniao*	8
A *Briniao* ad insulam *Tarabancôr*	6
A *Tarabancôr* ad *Comorini caput*	6

Hic finitur Tractus, quem proprie Orientalis Indiæ vocant, sub quo & Ora Malabar continetur, vt supra. Reliquæ Oræ Orientales sua nomina habent, vt antè retulimus.

Notata hæc milliaria, vt & ea quæ in itinerario scribuntur Hispanica sunt, ex quibus 17. cum parte octava gradum implent, suntque 15. milliaria Germanica, &c.

SEQVITVR INSTRVCTIO CIRCA DECLINationem acus Pyxidis Nauticæ in Nauigatione, Cursuque Lusitanorum in Orientalem Indiam, tàm in abitu quàm reditu, quibus in locis, ac quantum in Borealybicum & Boreapelioten discedat, id est, quantum *Acus* abeat in Orientem aut Occidentem: Annotata fidissimè ac perfectissimè à Gubernatoribus Lusitanorum iisdem in Nauigationibus.

NAVIGANTI Lisbona ferè propè Caput Viride Acus seu Liliū Pyxidis in Borealybicum vergit, id est Orientalior redditur, per duas tertias & quod excurrit vnius Lineæ seu ductus Pyxidis.

Inde procurrenti ad quatuor vel quinque gradus ad Septentrionale Æquinoctialis latus, in distantia 70. aut 80. milliarium ab orâ, *Acus* in Orientem abit dimidiam lineam, & si quandò abesses ab ora firmæ 100 & 120 milliaria, tertiam ductus partem inclinatione in Oriētem habebit.

Procurrenti apud *Brasiliæ* oram, vsque ad septem, octo, decem gradus ad Austrālem plagā Æquinoctialis, Pyxidicula inclinabit in Orientem tertia ex parte ductus: hoc intellige vbi propè *Brasiliam* nauigaueris.

Ab hac altitudine vsque ad decimum septimum, ac decimum octauum gradum vbi Syrtes *Os Abrolhos* dictæ jacent, pyxidicula inclinabit in Oriētem, per tres quadrantes & duos trientes ductus: hoc intellige cum ab ora Brasiliæ centum aut centum & viginti milliaria non superaueris.

Præteructo Insulas *Martini Vaaz*, pyxis per vnam aut amplius lineam abibit in Orientem.

Hinc vsque ad trigesimum tertium gradum pyxis discedet in Boreapelioten seu Orientem sesquilinea ad septuaginta aut octoginta milliaria supra insulas *Tristan da Cunha*.

Indè aduſque Caput bonæ spei pyxidiculæ indicia minuuntur, eam ergò si benè inspexeris, monstretque dimidiam lineam ex *Boreapeliote*, tùm caput bonæ Spei haud longè abesse teneto, nempe ad summum triginta aut quadraginta milliaria; nam si ei non sis obiectus ad Austrum & Septentrionem pyxis in lineam vnam ac tertiam eius versus *Boreapelioten* inclinabit.

Hinc animaduertenti pyxidiculam, si ea iusta fixaque reperiatur, tum octoginta miliarium ad Orientem distantia à Capite *das Agulhas* apparebit.

Nauigatione in *Mossambicquam*, si pixis duas per tertias Lineæ abeat in Occidentem, tum habe, ab Austro ac Septentrione Capitis *das Correntes* te existere, ac nauiganti vigesimum quintum & sextum vsque ad vigesimum gradum, si pyxis per tres quartas partes Lineæ abeat in Occidētem, tùm insulā *S. Laurentij* præsume, mox enim

Digitized by Google

enim apparebit.

Cum *Mossambicqua* vbi conueneris pyxis lineam habet vnam ex Occidente aut paulò minus, quâ differentiâ vsque ad Lineam perseuerat, Æquinoctialem nempe eo in tractu, qui nauibus Indiam petentibus ducitur.

Existēti ducēris milliaribus ad Occidēte ac Orientem cum Portu *Goæ*, aut tractu Indiæ vsque ad *Comorini* Caput, pyxis abit in Occidentem per sesquilineam: ac iuxta Oram Indiæ per vnā eiusq; tertiam.

Nauiganti *Cochino* in Lusitaniam donec *Maldiuæ* insulas transfueris, ad Austrum & Mesolibonotum pyxis declinabit in Occidentem sesquilinea, vsque ad octauum & decimum gradū ad Australem Æquinoctialis Lineæ partem, quòd si minus quid infra sesquilineam reperires, tùm ab Occidente esse te cogita propè Syrtes *Asaiba de Malha*, id est, Lorica annulata dictas, ob similitudinem quam habēt cū ea.

Cum eris vigesimo septimo & trigesimo gradu, porrigasque cursum in Occidentem, tùm pyxidis abitum in Occidentem lineâ vnâ & quadrante alterius terminati videbis, tùm scito te esse ex Septentrione & Austro cum Capite *de San Roman* quod in extremitate ad Notapelioten *S. Laurentij* insulæ iacet.

Conuenienti ad Austrum & Septentrionem cum syrtibus *Os Baixos de India*, procurrentique versus Terram *do Natal* trigesimo & trigesimo primo gradu, pyxis seu compassus tres lineæ quartas in Occidente superabit, aut minus paulò, ac ex Austro & Septētrione Caput *das Correētes* habebis.

Venienti ad trigesimum secundum & tertium gradum, si pyxis non declinet in Orientem vel Occidentem, tùm sub Meridiano esse te scito.

Notabis monitus. Compassum benè inspice, ne vel pilum erret, oculum indè vnū consideraturus claude, vt visu acriore dimetiaris, nam absque ea diligentia nihil efficies, inani opera.

Caput *Bonæ Spei* superatum vbi fuerit, cursu admisso in *S. Helenæ* insulam, pyxis abit in Orientem per Lineæ vnius trientē, ac in *Helenæ* insula per dimidiū eius ductum. Ab insula *S. Helenæ* vsque in *Ascensionis* insulam duas tertias Lineæ superat ex Oriente pyxis.

Memoria teneto. Cum ex Lusitania in *Brasilium* nauigas adusque altitudinem Capitis *S. Augustini* & insulæ *Ascensionis*, quò pyxis magis Orientem petit, eò ab illo capite Oriētalior ac remotior distas. Itaque animaduerte.

Ab *Ascensionis* insula ad scopulum *Penedo de S. Pedro* dictum; nempe distantia viginti aut triginta milliarium ad Orientem pyxis dimidiā vix Lineā ab Oriēte habet.

Inde per decimum septimum aut octauum gradum pyxidem fixam inuenies, nē pe ex Septētrione & Austro insulæ *S. Mariæ*

Porrò vbi adeptus eris ventum latiorē eo modo vt insulam *Flores* ad Caurum ponas, pyxis superabit trientem lineæ vnius.

At si tātum octoginta milliaria aut septuaginta distes ab insula *Flores*, pyxis erit iusto indicio constituta.

In *Fayal* insula, atque inde versus *Tercera* insulam, pyxidicula abit in Orientem per triētem Lineæ, ac à *Tercera* versus *Lisbonam* per duas tertias partes, ac duos quadrantes.

Vt autem declinatio pyxidis intelligi possit sciendum est, omnes pyxidiculas, quæ tamen bene aptèque sint compositæ sub Meridiano, (id est, sub Linea, quam imaginamur in Firmamenti circumductu, ab vno Polo ad alterum, nempe in medio ductam per Lineam Æquinoctialem, crucis more) iustas esse, ac fixas, sine vllā declinatione ad Orientem aut Occidentem. Verùm vbi ab hac illaue Meridiani parte fueris, Lilium seu acus Compassi vergit, nimirùm iis qui ab Oriente stant in Occidentem: iis verò qui ab Occidente in Orientem. Hæc sufficiant, ex quibus declinationis ratio facile intelligi potest.

Quæstiones, Responsionesque aliquot vtilissimæ Nautis ac Naiculatoribus.

Quot sunt in Orbe Mundi gradus? *Resp.* Trecenti sexaginta, vt vnum gradum pro quindecim Germanicis milliaribus, aut septendecim Hispanicis & dimidio habeas. Graduum Orbis numerus.

Quid sunt Poli Mundi? *Resp.* Puncta duo, quæ imaginamur, quibus Firmamētum seu Orbis vertitur. Poli quid.

Quid est Linea Æquinoctialis? *Resp.* Ductus cogitatione præsumptus, ab Oriente in Occidentem, per Mundi rotunditatem, seu Firmamenti, estque medius ac discriminans inter duos Polos. In hac Lineā cum Sol degit, quod fieri solet vigesimo primo Martij, & vigesimo tertio Septembris, noctium dierumque æqua longitudo habetur, vndè & Æquinoctialis dicitur. Quid Linea æquinoctialis.

Quid Meridianus est? *Resp.* Filum seu ductus, quem imaginamur, in circūcursu Mundi, ab vno Polo ad alterū, cumque vmbra tua in medio huius stat, tum Meridianum tuum agnosces. Quid Meridianus.

Quid Paralelus? *Resp.* Omnia loca, quæ tecum Orientaliter ac Occidentaliter conueniunt, Paralelum faciunt. Paralelus quid.

Quid

Digitized by Google

Tropicus quid.

Quid est Tropicus? *Resp.* Ductus seu punctum ex imaginatione in circumductu Firmamenti, terminus nempè ad quem se sol proiicit, ac à quo postmodũ redit. Etenim vigesimo primo Iunij procedit ad Septentrionale Æquinoctialis latus, vsq; in vigesimum tertium gradum & dimidium. Is limes dicitur Tropicus Cancri: at vigesimo primo Decembris peruenit ad Australe latus Æquinoctialis, eádem graduũ altitudine, vocaturque is terminus Tropicus Cancri.

Poli quantum distent a Linea?

Quantum distat Polus vnus à Linea? *Resp.* Nonaginta gradus, id est, quartam partem circũcursus Firmamãti seu Orbis.

Quid Horizon.

Quid est Horizon? *Resp.* Id quod visu tuo comprehendis, vt apparet ad eum locum, in quo aër cum terrâ videtur conjungi, suntque ibi nonaginta gradus à te, faciuntque Horizonta.

Quid Zenith

Quid Zenith? *Resp.* Quod in aëre directè capiti tuo imminet.

Si Pyxis sub Polo cursus monstret.

Si sub polo arctico esses, aut sydere Septentrionali, poteritne tibi pyxis indicare cursus iustos, quibus vti debeas? *Resp.* Nequaquàm. Etenim ea in plaga acus pyxidis, quâ parte Magnete tacta fuit, vitrũ vi quadam subductâ pulsat, vt mouere se nequeat; à polo verò differens, mox Acus suo fungitur officio, nullo retenta poli impedimento.

Qua altitudine Sol inueniatur vigesimo secũdo Iunij prò Floridam.

Si vigesimo secundo Iunij esses propè *Hausna* portum, apud *Floridæ* tractum & Nouæ Hispaniæ, quantum in Astrolabio inuenies in dimetiendo sole? *Resp.* Eo die habiturus solem loco *Zenith*, hoc est, directè supra verticem, nulla ex parte eminente vmbra, eius diei declinationem animaduertes, atque quod ex declinatione colligis idipsum distas à Linea Æquinoctiali versus solem, eaque altitudo tua est.

Qua altitudine Sol inueniatur eodem in loco vigesimo tertio Decembris.

At existẽs eodem in loco vigesimo tertio Decembris, quid tum in solis dimensione ex Astrolabio cognosces? *Resp.* Eo die sol ab Linea Æquinoctiali distat viginti tres gradus & dimidium; iis, adiunctis aliis viginti tribus gradibus ac dimidio, fiunt quadraginta septem gradus; vt etiamnùm ad nonaginta graduum imple mentum quadraginta tres deficiant. Hos quadraginta tres gradus in Astrolabio sumes dimetioni solis.

Quid sit gradus.

Quid est Gradus? *Resp.* Ex trecentis sexaginta gradibus seu partibus, quibus Orbis vniuersus distinguitur. Gradus portio est, ita vt vnus gradus sit trecentesima sexagesima Orbis pars.

Num ab Austro & Septẽtrione par Solis qualitas sit.

Si duo homines ab Austro & Septentrione pari inter se interuallo distarent, nũ vtrisque par altitudo & declinatio solis foret? *Resp.* Imò, modò vnus ab Australi Æquinoctialis plaga sit, alter in septẽtrionali, nempè vigesimo secundo Martij, & vigesimo tertio Septembris, cùm sol in eadem Linea currit.

In declinatione quinque graduũ quomodo Astrolabij vsus sit.

Qui altitudinem teneret decem graduum, habens quinque gradus in declinatione, diuersis sole & vmbra, quantum in Astrolabio sumet? *Resp.* Septuaginta quinque gradus, & quinque ex declinatione, sunt octuaginta; restant ergò decem ad consumationem nonaginta graduum, id ipsum distat Linea Æquinoctialis inter te & solem.

Alia quæstio super sole.

Sole & vmbra idem latus tenentibus in altitudine existenti viginti graduum cum declinatione decem, quantum in Astrolabio sumendum erit? *Resp.* Octuaginta, ergò deficiunt decem; & decem ex declinatione faciũt viginti. Ea altitudo est

Per quatuor aut quinque dies sumpto Sole nonagesimo gradu quantum naulgaueris.

Si altitudinem solis sumeres per quatuor, quinque, aut plures dies, gradu nonagesimo quantum emensus fuisses nauigans? *Resp.* Omne id quod sol procedés superauit, vt cuncti gradus & momenta ex declinatione ista inuenta, eo die milliaria constituant quæ confeciſti, nempè, sol sex gradus si ascenderit, plus, minusue, aut descenderit, tantum superasti & ipse.

Qua altitudine quis sit cum vnum gradum terræ admotus habens in Zephyrum & Mesocorũ tendit.

Vspiam terræ admotus in altitudine vnius gradus ad Tractum Orientis & Occidentis, desumptoque inde cursu per octuaginta nouem milliaria in Occidentem & Mesocorum, qua altitudine eris, quamque longe distabis à firma? *Resp.* In altitudine duorum graduum, & differentia quindecim milliarium Germaniæ, ac septendecim & dimidij Hispaniæ.

Si quis In vno sit Tropico Sol in altero, quæ tum Solis sit computatio.

Sole vnum tenente ex Tropicis, tu in altero esses, quomodo solis dimensionem inibis? *Resp.* Sol tum differt ab Æquinoctiali viginti tres gradus & dimidium, adiunctis viginti tribus gradibus quibus abes habes quadraginta septem gradus: itaque ad graduum nonaginta perfectionẽ deficiũt etiamnùm quadraginta tres. Hos in Astrolabio sumes, adiunctâ iis declinatione viginti trium graduum & dimidij. Faciunt pariter sexaginta sex gradus & dimidium: desunt ad implementum nonaginta graduum viginti tres & dimidius. Ea altitudo est quam tenes.

Declinationis Solis sine libro notandæ modus.

Si aliquo in loco esses, altitudinemque scires qua iacet, verùm declinationem ignorares eius diei, quo modo absque libro eam indagabis? *Resp.* Altitudinem solis Astrolabio sume, quodque inuenis, altitudini, in qua locus iacet, adiunges, quæ supra nonaginta sunt, declinationem eius diei statuunt.

Vbi sex mensium dies sit & sex mensium nox.

Quæ sunt Orbis partes in quibus sex mensium dies est, & totidem nox? *Resp.* Sub duobus Mundi polis.

Altitudo quid.

Quid est altitudo? *Resp.* Incrementum solis

Digitized by Google

solis ab exortu vsque ad Meridiem: item Gradus qui sunt à Polo ad Horizontem: itè quod distamus à linea Æquinoctiali.

Quomodo declinatio Solis cognoscatur.

Quo modo declinationē solis cognoscemus? *Resp.* Solem dimetiemur vigesimò primo Iunij, exspectātes vsque ad vigesimum tertium Decembris, quo die solis altitudinem denuò explorabimus. Indè minimam summam maximæ subducemus, quodque restat per medium distribuemus, eoque modo declinatio apparebit.

Maxima Solis declinatio.

Quæ maxima est declinatio quam sol vno die potest conficere? *Resp.* Viginti quatuor Minutorum.

Quot gradus linea vna Pyxidis habeat.

Quot gradus in quanque Lineam seu ductum Compassi numerantur? *Resp.* Vndecim & quadrans: nam si vndecimum & quadrantem trigesies & bis sumas trecentos & sexaginta gradus habebis, Orbē nempè vniuersum.

Quantum distat Australe sydus ab inuisibili Polo? *Resp.* Triginta gradus.

Quid sit Pyxis Nautica.

Quid significat pyxidicula nautica seu Compassus? *Resp.* Horizōtem ac orbem Mundi in triginta duas partes diuisum.

Quid habet Charta seu Tabula dimetiens? *Resp.* Terram & Mare.

Quid Astrolabium.

Quid indicat Astrolabiū? *Resp.* Quartam Mundi partem, nimirùm 90. gradus.

Quæ omnes Cōpassi Lineæ per idem Centrū ferantur.

Quamobrem Lineæ seu ductus omnes Compassi pares habentur, transeuntque idem Centrum, sine differentia in Orbis magnitudine, cum tamen vni plura miliaria tribuantur quàm alteri? *Resp.* Maiores circuli seu circumcurrentes ductus, quos Æquinoctialis naturaliter habet, nēpe triginta duo gradus, ōnes pares sunt quindecim Germaniæ & septendecim ac dimidij Hispaniæ milliarium: verùm minores Circuli, alij plus habent, alij minus iuxta eleuationem Poli, eo modo, vt quò ad Lineam propiùs accesseris, via longior sit, & quò polum propius teneas breuior existat. Nam polus semper declinat, aut surgit vno gradu; at iuxtà Lineam currenti, nulla eius eleuatio animaduertitur.

In Meridie quomodo explorabitur Solis declinatio in Occidentē aut Orientem.

Quomodo in Meridie cognosci poterit, quantum sol in Orientem, quantum in Occidentem abeat, nempe quibus locis Mundi tunc aliquis existeret. *Resp.* Circulus fiet in terra, in cuius medietate acus aut tale quid statuetur, exspectabiturque Aurora ortusue solis, tum animaduertendum in quam partem vmbra tendat, eâ notatâ vespera exspectanda donec sol cadat, ibique signanda Linea vmbræ quem reddit locū. Ita computabis, nempe spatium quod inter duas lineas est mensurabis, idque crucis forma in pares distantias distribues, sic tibi Septentrio erit & Auster. Vmbra solis cum hanc lineam ferit, Meridies habebitur. Vt verò scias quantum acus declinet in Occidentem & Orientem, apponito pyxidem, animaduertesque mox in quam partem vergat Lilium seu acus, atque inde colliges eius declinationem.

Vbinam acus seu Lilia pyxidum quadrabunt fixâ statione. *Resp.* Sub Meridiano, &c.

FINIS.

Digitized by Google

BREVIARIVM SEV ELENCHVS OMNIVM REDITVVM, CANONVM, VECTIGALIVM, CENSVVM, INDICTIONVM, TRIBVTORVM, Decimarum, Tertiarum ac Proventuum Regis Hispaniæ ex universis regnis suis, terris, provinciis & dominiis, juxta fidem codicum Autographorum camerarum Rationalium; Cum dilucida breviqué descriptione Regni, potentiæ, stirpísque Lusitaniæ Regum.

Studio Iohannis Hugonis Linscotani ex Hispanico idiomate in Belgicum; Nunc vero in Latinum sermonem deducta.

AD LECTOREM.

CVM hoc meum Itinerarium seu Navigatio duntaxàt terrarum orarúmque Orientalis Indiæ sub Regis Hispaniæ dominatu hodiè consistentium tractatum habeat, non ab re mihi visum fuit hic subjungere Breviarium seu summarium omnium Redituum, Canonum, & proventuum ejusdem Regis, per cuncta sua regna, terras, provincias & dominia, qualiter ipse ego duxi, ex autographis tabulis camerarũ rationalium, ac Belgicè primùm transtuli, nunc verò Latinè. Quo demùm non reditus tantum provinciarum & jurisdictionum separatim explicantur, verùm & particulatim omnium oppidorum ac plagarum justis cum nominibus & cognominibus, ut non solum pateat voluptati, ac memoriæ eorum proventuum generalis particularísque scientia, verùm & numerus oppidorum vicorúmque totius Hispaniæ. Id ego delectabile, utile, & gratum Lectori fore spero.

Instructio circa monetam nummósque, quibus Hispani computationes ineunt.

PRimum hujus declarationis ergò sciendum est Hispaniæ in computationibus minoribus majoribúsque promiscuum esse *Maravedisorum* usum. Ii si centũ millia superant, nempè decies centena millia *Quentum* faciunt, propriè *Maravedisi millionẽ*, quibus duobus nominibus distributionibúsq. iidẽ reditus annotabuntur, juxta moré usumq. Regiarum camerarũ rationalium Hispaniæ. At verò 34. *Marvadisi* unum Hispanicum *Realum* in specie seu argento faciunt & undecim *Reali* Hispanici *Ducatum* unum reddunt. *Quentum* vel *Millio Maravedisorum* habet 2673. *Ducatos*, 8. Realos, & 26. *Maravedisos*. *Maravedisi* ex usu Hispaniæ notatur cùm summa centum exsuperat, hoc signo prepositò *U.* facto initio à millibus sursum, ut facilè ac uno ictu summæ ratio comprehendi queat. Id signum libenter adposuissemus, sed carebat eo Typographus, premebátque temporis angustia, ergò aliud loco ejus habe, nempè hoc V, bonisque nostram operam consule. Hispaniæ computationis ratio.

CAPVT PRIMVM.

Redditus, Canones & Proventus Regis Hispaniæ ex regnis suis, Hispania, Neapolis, Sicilia, Arragonia, &c. ac Dominiis cunctis, excepto Regno ac territorio Lusitaniæ, cujus opes suo posteà loco referemus.

SAlinæ, id est, loca ex quibus sal ducitur Hispanicæ coronæ annuâ taxâ Regi ferunt nonaginta tres *Quentos Maravedisorum* —— —— 93. *Quentos.*

Decimæ maris, mercium foris in Biscayam venientium, atque ex provinciis Guipuscoæ, quatuórq. Montanarũ urbiũ mari adjacentiũ; solvunt ex omnibus mercibus, quæ in Castiliã terrestri itinere devehũtur decimas suscipiũturq. in ædibus tributis destinatis urbiũ *Victoriæ*, *Hordunæ*, & *Valmosceda*, faciunt pariter ad Regios proventus — 70. Quentos.

Decimæ maris, quæ per regnum Legionis transeunt, ac per portus *Sanabriæ* & *Villa Francæ* procedunt, singulis annis reddunt —— —— 1. Quentum

Digitized by Google

Decimæ maris principatus *Aſturiæ* per urbem *Oviedo* tranſeuntes — 375 V 000. Marav.
Reditus præfecturæ Vrbis *Bilbao* ex mercibus forinſecùs advenientibus. — 490 V 500. Maravediſos

CAPVT II.

Declaratio Alcavalarum & Tertiarum Hiſpaniæ.

Alcavalę quid

Alcavalas ac *Tertias* Rex Hiſpaniæ paſſim habet, ac ſibi exigit. Eorum tributorum nomina, quòd peregrina ſint latius explicabo. Ex omnibus bonis, Mercibus, Ædibus, fundis, nullâ exceptione decima præſtanda venit Regi, nempè quotiès ea bona, Merces, Ædes, Fundi, &c. venduntur. Eam Decimam *Alcavalam* vocant. Eodem modo Opifices, manufactores, aliique tabernarii, qui quid vendunt, aut diſtrahunt, ex opificio, aut manufactura, ut & in macellis Piſcariis, foris, cauponis, cujuſvis ii homines ſint artificii, præſtare tenentur omnes decimam venditarum rerum ubivis, ut dictum eſt. Hujus rei gratiâ pleræque vrbes, earúmque membra in territorii ſui locis, cum Rege conveniunt, eaſdemque ita *Alcavalas* colligunt, ſolventes Regi ſine ullis impenſis ejus, certam ex locatione ſummam. Præterea in Metropolitanis vrbibus ac Provinciis Receptores Regii degunt, qui rationes reddunt, ac ex mandato curant recipi & tradi *Alcavalas* omnes, quæ in iis territoriis ex locatione permittuntur. Sed & fiduciariorum præmiorum, quæ *Juros* vocant à Rege quibuſdam ordinatorum ſuper his *Alcavalis* curam gerunt aliorumque debitorum, ac aſſignationum, quarum deinde rationes reddunt, ſummæ Cameræ rationum Regis.

Tertiæ quid.

Vt nunc *Tertiarum* qualitas intelligatur habeto; Olim conceſſum fuiſſe à Pontificibus Romanis Hiſpaniæ Regibus, tertium nummũ omniũ Eccleſię redituum rerumq. Eccleſiaſticarum, in ſubſidiũ bellorũ defenſionémq. Catholicę ac Romanę religionis; qui ité a prædictis receptoribus ſuſcipitur ſimiliter cum *Alcavalis*, ac item locatione civitatibus permittitur. Quaſdam *Alcavalas* Rex vendidit, alias muneris loco donavit, quarum itèm mentio fiet,

Civitas *Burgos* cum Iuriſdictione ſua ſeu territorio ſolvit quotannis nomine Alcavalarum & Tertiarum. — 17 Quentos 129 V 830 Maravediſos
Baillivatus *Burgos* qui *de Bureba* dicitur, propeque *Burgos* jacet annuè ſolvit. — 2 Quentos 646 V Maravediſos
Montana *Oca* quotannis ſolvunt. — 34 V Maravediſos
Baillivatus Provinciæ *Rioxa*. — 3 Quentos 757 V Marave.
Baillivatus *Hebri*. — 2 Quentos 346 V Marave.
Civitas *Victoria* ſolvit Regi quotannis. — 269 V Marave.
Provincia Guipuſcoa ſolvit quotannis ex Alcavalis & Tertiis. — 1 Quentum 181 V Mara.
Ferrum ejuſdem provinciæ pendit vectigalis nomine ſingulis annis Regi. — 150 V Mara.
Septem Baillivatus antiquæ Caſtiliæ ut vocant in montanis ex Alcavalis & Tertiis ſolvũt quotannis, — 942 V Marave.
Vallis *Mena* in iiſdem antiquæ Caſtiliæ montanis. — 225 V Marave.
Provincia quam Civitatis *Logrono* vocant. — 7 Quentos 746 V Marave.
Oppidum *Iangus* ejuſque territorium. — 151 V Maravediſos
Oppidum *S. Dominici*. — 4 Quentos 812 V Marave.
Baillivatus vrbis *Diego*. — 1 Quentum 545 V Mara.
Baillivatus *Cande muñon*. — 4 Quentos 612 V Mara.
Baillivatus *Caſtri Xeres*. — 8 Quentos 485 V Mara.
Baillivatus *Serrato* dictus, — 1 Quentum 965 V Mara.
Ballivatus *Monſon*. — 2 Quentos 276 V Maravediſos

Intelligendum autem Baillivatum antiquæ Caſtiliæ Hiſpanicam provinciã ſtatuere.

Civitas *Palericia* ac Provincia *Campos* ſoluunt quotannis ex Alcavalis & Tertiis — 16 Quentos 940 V Marave.
Vrbs *Carion*. — 4 Quentos 945 V Maravediſos
Præfectura ſeu Baillivatus *Carion*. — 2 Quentos 910 V Marave.
Vici *Petri Alvareſii de Vega*. — 655 V Maravediſoe
Oppidum *Sahagon*. — 2 Quentos 125 V Maravediſos
Oppidum *Saldaña*. — 1 Quentum 13 V Marave.
Baillivatus *Perina*. — 178 V Maravediſos
Ballivatus *Campi* in montanis nempè. — 1 Quentum 730 V Marave.
Vallis *Miranda* in montanis ſita. — 557 V Marave.
Quatuor Vrbes Oræ maritimæ dictæ nempè *Laredo*, *Sant. Ander*, *Caſtro de Vrdiales*, *San*

Digitized by Google

San Vincente ſoluunt quotannis. — 3 Quentos 345 V Mara.
Principatus *Aſturiæ* & civitas *Ovideo*. — 12 Quentos 345 V Maravediſos
Vrbs *Lugo* Regni Galiſſiæ cum loco Epiſcopatus ſui, ſolvit. — 4 Quentos 137 V Mara.
Vrbs *Modoñedo* ejuſdem Galiſſiæ Regni. — 1 Quentum 732 V Marave.
Vrbs *Orenſo* ejúſque in Galiſſia Territorium. — 6 Quentos 505 V Marave.
S. Iacobi civitas in Galiſſia Latinis Complutum dicta cum ſui Archiepiſcopatus territorio. — 18 Quentos 212 V Mara.
Civitas *Tuy* ac Archiepiſcopatus ſui juriſdictio in Galiſſia. — 5 Quentos 827 V Mara.
Civitas *Ponte Eerara*, Galiſſiæ — 1 Quentum 975 V Marave.
Civitas *Leon* locaque territorii ejuſdem & Epiſcopatus. — 6 Quentos 350 V Marave.
Loca civitaſque ac Epiſcopatus *Aſtorga* Regni Legionis — 2 Quen. 455 V Mara.
Vici ſeu loca Abbatiæ *Legionis* & *Aſtorgæ*. — 797 V Marave.
Præceiæ *Sala* in Principtu *Aſturiæ*. — 231 V Marave.
Vrbs *Samora* ejuſque Territorium — 15 Quentos 525 V Marave.
Vrbs *Toro* ejuſque juriſdictio. — 11 Quentos 112 V Mara.
Vrbs *Uiena* Ducatus *Oſſunæ*. — 62 V Marave.
Vallis *Guyrena*. — 2 Quentos 335 V Marave.
Vrbs *Baraſil de la Coma*. — 250 V Marave.
Vrbs *Salamanca* ejúſque Territorium, — 24 Quentos 345 V Mara.
Vrbs *Rodrigo* ejúſque juriſdictio. — 14 Quentos 345 V Mara.
Iuriſdictio *Trigeros*. — 417 V Marave.
Civitas *Olmillo*. — 47 V Marave.
Civitas *Tordeſillæ* ejúſque territorium. — 2 Quentos 600 V Mara.
Civitas *Valladolid* ejúſque territorium. — 29 Quentos 730 V Marave.
Civitas *Torde Humos*. — 827 V Marave.
Civitas *Medina del Campo* ejúſque juriſdictio. — 31 Quentos 375 V Mara.
Civitas *Olmeda* ejúſque territorium. — 2 Quentos 149 V Marave.
Civitas *Nava* & Septem eccleſiæ. — 333 V Marave.
Civitas *Madrigal* — 682 V Marave.
Civitas *Arenalo* ejúſque territorium. — 5 Quentos 310 V Mara.
Civitas *Avila* ejúſque poteſtas. — 19 Quentos 365 V Mara.
Civitas *Segovia* cum juriſdictione ſua. — 12 Quentos 480 V Mara.
Civitas *Aranda de duero* cum juriſdictione. — 3 Quentos 350 V Mara.
Civitas *Roa*. — 1 Quentum 515 V Mara.
Civitas *Gumiel de Yzan* quæ eſt Ducis *Oſſunæ*. — 154 V Maravediſos
Civitas *Sepulveda* ejúſque territorium. — 3 Quentos 540 V Marave.
Oppidum *Soria* cum poteſtate. — 10 Quentos 282 V Maravediſos
Territorium oppidi ac Epiſcopatus *Oſmæ*. — 4 Quentos
Oppida *Agreda* & *Taraſona*. — 2 Quentos 83 V Marave.
Oppidum *Molina* ejúſque poteſtas. — 5 Quentos 792 V Marave.
Oppidum *Siguença* ejúſque Imperium — 3 Quentos 662 V Marave.
Civitas *Cuença* ejuſque dominium. — 24 Quentos 645 V Marave.
Oppidum *Huete* cum dominio ſuo. — 17 Quentos 916 V Marave.
Oppidum *Villa Rexo de Fuentes*, — 2 Quentos 517 V Marave.
Provincia quam Marchionatum *Villenæ* dicunt nempè vrbes *Timihilla*, *Abaſette*, *La Roda*, *San Clemente*, atque Civitas *Villena*, ejuſque Imperium. — 31 Quentos 503 V Mara.
Oppidum *Belmonte* tantùm ſolvit Tertias quòd Alcavalæ Marchionis ſint. — 476 V Mara.
Oppidum *Murcia* ejuſque imperium. — 14 Quentos 820 V Mara.
Oppidum *Lorca* cum imperio ſuo. — 5 Quentos
Civitas *Cartagena* ejúſque territorium. — 2 Quentos
Civitas *Alcaras* ejúſque territorium. — 16 Quentos 984 V Marave.
Civitas *Segura de la ſierra* cum Provincia ſua & territorio Magiſtratus S. Iacobi ſcilicèt. — 11 Quentos 91 V Marave.
Oppidum *Villa nueva de los Infantes* ejuſque Prouincia dicta *El campo de Moryel* ad Magiſtratum S. Iacobi pertinens. — 8 Quentos 664 V Maravediſos
Oppidum *Ocanna* ac Provincia *Caſtilla* dicta, Magiſtratus S. Iacobi. — 23 Quentos
Oppidum *Guadalaxara* ejúſque poteſtas. — 11 Quentos 64 V Mara.
Vrbes *Pios* & *Poſo*. — 160 V Marave.
Oppidum *Alomonaſid* ac Provincia *Soriæ*, quæ Magiſtratus S. Iacobi eſt. — 1 Quentum 188 V Maravediſos
Oppida *Vzeda*, *Talamanca*, *Tordelaguna* cum territorio, quæ ad Archiepiſcopatum Toletanum pertinent, — 18 Quentos 250 V Marave.
Oppidum *Tepas*. — 423 V Maravediſos
Oppidum *Alcala de Henares* ejuſque imperium cum Oppido *Brivega*; ſunt Archie-

Digitized by Google

piſcopatus Toletani. —— —— 16 Quentos 250 V Mara.
Oppidum *Madrida* ejúſque poteſtas. —— 23 Quentos 250 V Mara.
Comitatus *Puño en Roſtro*, id eſt, pugnus in faciem. —— 1 Quentum 262 V Mara.
Vrbes *Cubas* & *Griñon*, quæ *Alvarum de Mendoca* dominum agnoſcunt cui & Alcavalæ ſoluuntur ex Tertiis duntaxat —— —— 117 V Maravediſos
Vrbs *Galapagar* Ducis *Infantadgo*. —— —— 160 V Marave.
Vrbs *Illeſcas* —— —— —— 2 Quentos 297 V Mara.
Vrbs *Toledo* ejúſque membra —— —— —— 73 Quentos
Reditus ex montanis qui ſoluuntur à Dominis armentorum, quæ *Exſtremaduram* paſtus gratia petunt, Regi ſoluunt —— —— 19 Quentos 503 V Mara.
Vici Prioratus S. Iohannis —— —— 7 Quentos 55 V Mara.
Vrbs *Almagro* ejuſq. Provincia que dicitur de Campo de *Calatrava*. - 7 Quen. 120 V Mar.
Item Alcavalæ Herbarum ac olerum, quę in eodem Magiſtratu venduntur Regi ſoluunt. —— —— —— 3 Quentos 438 V Maravediſos
Vrbs *Civitad* Real. —— —— 4 Quentos 150 V Marave.
Vici in ea plaga ſiti quæ Archidiaconatus *Talaveræ de la Rey* dicitur —— —— —— —— 14 Quentos 326 V Marave.
Vrbs *Placentia* ejuſque imperium & vici qui Archidiaconatus dicuntur. —— —— —— —— 18 Quentos 475 V Marave.
Vrbs *Truxillo* ejuſque dominium —— —— 12 Quentos 224 V Marave.
Vrbs *Caceres* ejúſque territorium. —— —— 7 Quentos 850 V Mara.
Vrbs *Badajos* ejuſque Provincia & territorium —— 9 Quentos 972 V Mara.
Vrbs *Alcantara* cum territorio ſuo quę ad Magiſtratum *Alcantaræ* pertinet —— —— —— —— 9 Quentos 403 V Maravediſos
Item annis ſingulis Herbæ & Olera (quæ paſcendi in iiſdem locis gratia venduntur, Regi adferunt —— —— —— 3 Quentos 481 V Mara.
Provincia *Serna* ex Magiſtratu *Alcantaræ*. —— 7 Quentos 570 V Marave.
Vrbs *Merida* ejuſque territorium in Provincia *Leon* pertinens ad Magiſtratus S. Iacobi —— —— —— 21 Quentos 234 V Marave.
Vrbs *Fuente el Maeſtro* in Provincia Leon Magiſtratus S. Iacobi — 6 Quen. 973 V Mara.
Vrbs *Guadalcana* ejuſque poteſtas ſub Magiſtratu S. Iacobi —— 3 Quentos 305 V Mara.
Vrbs *Xeres de Badajos* ſub Magiſtratu S. Iacobi cum Imperio ſuo - 7 Quen. 100 V Mara.
Vrbs *Sevilla* ejuſque membra & imperium. —— 182 Quentos 387 V Mara.
Reditus dominii ejuſdem vrbis ut vocant —— —— 2 Quentos
Vrbes *Palma* & *Guelues* ſub Comitibus ſuis —— 235 V Maravediſos
Vrbes *Tevar* & *Ardales* quæ Marchionis *Ardales* ſunt —— 235 V Marave.
Vrbs *Llererna* & Imperium ejus Provinciæ *Leon* in Magiſtratu S. Iacobi —— —— —— 3 Quentos 125 V Maravediſos
Vrbs *Cadiz*. —— —— —— 8 Quentos 452 V Marave.
Reditus *Cadiz* quos *Almadravas* vocant, id eſt, Piſcatio piſcis *Atun*. —— —— —— 3 Quentos 35 V Maravediſos
Vrbs *Gibraltar* tantùm Tertias ſolvit, quòd favore Regis ab Alcavalis immunis ſit. —— —— —— 1 Quentum 500 V Marave.
Vrbs *Xeres de la Frontera* ejuſque imperium —— 21 Quentos 50 V Marave.
Vrbs *Catmona* —— —— —— 9 Quentos 450 V Mara.
Vrbes *Lora* & *Setefilla* —— —— —— 680 V Marave.
Vrbs *Ecya* cum ſuburbiis —— —— 15 Quentos 500 V Maravediſos
Vrbs *Cordova* ejuſque poteſtas. —— —— 48 Quentos 995 V Mara.
Loca dicta *Realengos de Cordoua*. —— —— 17 Quentos 316 V Mara.
Civitas *Anduxar* ejuſque imperium —— 4 Quentos 800 V Marave.
Civitas Wieda ejuſque imperium. —— —— 11 Quentos 346 V Mara.
Civitas *Bacça*. —— —— —— 17 Quentos 316 V Mara.
Civitas *Quexada* —— —— 1 Quentum 415 V Marave.
Adelantado de Carcola —— —— 6 Quentos 885 V Marave.
Comitatus S. Stephani —— —— 1 Quentum 140 V Mara.
Vrbs *Martos* ejuſque imperium Magiſtratus *Calatravæ* ex Andaluſiæ membris —— —— —— —— 11 Quentos 435 V Marave.
Vrbs *Iaen* & ejus territorium —— —— 15 Quentos 909 V Mara.
Vrbs *Granada* ejuſque territorium. —— —— 42 Quentos 910 V Mara.
Sericum Regni Granatenſis olim (nempè antè expulſos Mauros ſeu Granatinos) valebat 42 Quentos hodie tantum. —— —— —— 22 Quentos
Reditus *Aguela* & *Ariſtes* in Granata Regi adferunt. — 2 Quentos 750 V Marave.
Vrbes *Loxa* & *Alhama* Regni Granatenſis —— 3 Quentos 650 V Marave.
Civitas Granatæ *Baca* —— —— 10 Quentos 526 V Mara.

Civitas

Digitized by Google

Ciuitas Granatæ *Guadix* —— —— 6 Quentos 395 V Maravediſos
Ciuitas Granatæ *Almena* —— —— 3 Quentos 80 V Mara.
Ciuitates *Almunecar, Mutril* & *Salabrena* in regno Granatæ —— 2 Quen. 643 V Mara.
Ciuitas Granatæ *Malaga* —— —— 16 Quentos 269 V. Marave.
Ciuitas Granatæ *veles Malaga* —— —— 3 Quentos. 519 V Marave.
Ciuitas *Pulchena* —— —— —— 410 V Marave.
Ciuitas *Ronda* ejuſque imperium —— —— 5 Quentos 334 V Marave.
Inſula *Canariæ* Regi quotannis reddit —— 4 Quentos 850 V Marave.
Inſula *Teneriffe* —— —— —— 3 Quentos
Inſula *La Palma* —— —— —— 2 Quentos

Quotidiana obligatio ſeu contributio, quã Regna Hiſpaniæ quotannis præſtant Regi valent 104. Quentos 305 V Maravediſos. Ea autem contributio diſtribuitur per cunctas Provincias, Terras & vrbes inter plebem, quòd nobiles feudatarii ac Equites immunes ſint; ibi cenſetur ea juxta facultatum bonorumque æſtimationem, ac quotannis inde Regi contributionem ad ſupradictam ſummam faciunt.

Vectigalia dicimarum ſiccorum portuum; id eſt, itinerum terreſtrium Regnorum valenciæ, Aragoniæ, & Navarrę, quæ ex omnibus bonis ex Hiſpania in illas terras devectis, tam in exitu quam introitu præſtari debent reddunt quotannis 49 Quentos —— —— —— —— 35 V Maſavediſos

Sicci portus ſeu terrę Paſſus interioris ingreſſus & egreſſus, qui à Regno Luſitaniæ tendunt verſus Hiſpaniæ Regni terras Caſtiliæ nomine deſignatas Regi quotannis præſtant, ex bonorum evectorum & invectorum decimis —— 34 Quentos 155 V Mara.

Lanæ quæ quotannis ex Hiſpania in alia loca exportantur ex ſacco uno (qui fere decem *Arobas* habet *Aroba* una in viginti quinque libras computata) duos *ducatos* reddunt modo ii incolarum ſint, peregrinus enim quatuor Ducatos ſolvit: Haberque id vectigal —— —— —— 53 Quentos 586 V. Mara.

Summum *Almoxariff* Sevillæ quod ea vrbs à Rege conducit reddit ejus conductionis pretio 154 Quentos 309 V. Maravediſos quotannis. Hoc nomine deſignantur decimæ omnium mercium Belgii, Franciæ, Angliæ, Luſitaniæ, Italiæ, aliorumque locorum, quæ foris adveniunt ibique deponuntur.

Almoxariff Indiæ Hiſpanicę quod ipſa vrbs Hiſpalis conduxit, quo omnes merces Sevillæ navibus exceptę, ac in Hiſpanicam Indiam avehendę, vigeſimam præſtant, item in Indiam delatæ alteram vigeſimam dare coguntur, ut in ſumma decimatæ habeantur reddit ex locatione —— —— —— —— 67 Quentos

Reditus quos Rex habet ex Hiſpanica Moneta nempè ex quaque Argenti Marca ſex ſcilicet Ducatorum argenti, quæ in Monetaria domo laboratur Realium unum, ac nomine *El Señoreaxo de la Moneda* deſignatur, ubi Moneta Sivillæ ſola tantum adfert, quantum ceterę omnes ſimul, vãlet quotannis —— —— 22 Quentos

Rex Fucharis Auguſtopyrgenſibus Magiſtratus S. Iacobi, *Calatravæ*, & *Alcantaræ* locavit pretio annuo nonaginta & octo Quentorum; ſuntque tantum vectigalia. Frumenti, vini, olei, aliarumque rerum decimæ quibus Magiſtri frui ſolebant. Hiſce vectigalibus non continentur Alcavalæ & Tertiæ ut dictum eſt. Magiſtrorum horum magna ſolebat eſſe poteſtas dilatata per provincias & juriſdictiones, ſubjectis multis Crucigeris militibus, pollebantque ſumma autoritate, modo id munus elanguit à Regibus Hiſpaniæ detracto imperio, dùm vel ipſi Magiſtratum ſuſcipiunt, eoque modo paulatim proventus omnes ad ſe trahunt.

Item locavit Rex herbas ac paſcua eorundem Magiſtratuum ducitque quotannis ex ea locatione —— —— —— —— 37 Quentos.

Rex locavit Argentum vivum *Almalè* dictum in montanis *Sierræ Morenæ* in campo *Calatravæ* annua penſione. —— —— —— 73 Quentis

Bullæ ſeu indulgentiarum Papales literræ Regi demptis omnibus impenſis reddunt 206. Quentos. Ea ſumma deducta in Belgicam monetam ſexdecim auri *tonnas* faceret.

Reditus ſubſidii nomine ſignatus, quem clerici beneficiorum ex proventu taxato præbent, adverſus infideles ac Hæreticos, ferunt promiſcuè quotannis —— 65 Quentos.

Item omnes Epiſcopi, ac Eccleſiæ Hiſpaniæ belli contra Hæreticos & Infideles gerendi cauſa præbent Regi 110 Quentos. Hic reditus vocatur *El Excuſado*, conceſſus Bulla Pontificia Regi ut ei ~~locent~~ eccleſiarum, clerique frumentum, milium, vinum, oleum, aliaque quæ carpuntur creſcuntque decimare, quas decimas Eccleſiæ Regi ab omni expenſarum onere liberas præbent.

Fodina *Guadalcana* in terra *Eſtremadura* in montanis *Morenæ* olim 187 argenti Quentos reddebat quoniam hodie imminuta vix taxari certò poteſt.

Terræ cunctę Hiſpaniæ quotannis Regi præbent tributum, quod *Exercitio* dicunt, mancipiorum ac triremium gratia —— —— 7 Quentos 750 V Marave.

Reditus dictus *de la Moneda Forera* quo ſingulis annis nempè focus quiſque cogi-

Digitized by Google

tur præſtare 7. Maravediſos cujuſvis inter conditionis homines, reddit quotannis promiſcuè —— —— —— 6. Quentos. 656 V Maravediſos.

Quod Regi ſingulis annis ex Hiſpaniarum India provenit ſummam facit 300. Quent.

Regnum Navarræ quotannis Regi fert —— 35. Quent. 500 V Maraved.

Regna *Valentiæ*, *Arragoniæ* & *Catalauniæ* præbent Regi exceptis aliis obligationibus ac tributis —— —— —— 75. Quentos.

Inſulæ *Sardiniæ*, *Majorcæ* & *Minorcæ* nullo Regis fructu habentur, quòd earundem reditus cuncti in cuſtodiendis iiſdem inſulis conſumantur, deficiente ſubindè etiam interarum opum vi.

Regnum Siciliæ fert quotannis Regi —— —— 375. Quentos.

Regnum Neapolitanum, terræ *Puglie* & *Calabriæ* ferunt —— 450. Quentos.

Ducatus Mediolanenſis —— —— —— 300. Quentos.

Provinciæ Belgicæ ac Burgundię ſolebant Regi adferre —— 700. Quentos.

Locatio ſeu reditus Luſoriarum chartarum per univerſam Hiſpaniam fert 20. Quentos; Nam ex ſingulis chartis Regem dimidius *realis* manet.

Panni Florentini ſeu *Raſſa* qui foris in Hiſpaniam advehuntur, tributi nomine ſoluunt 10. Quentos; nàm pannus quiſque tenetur ad 6. *Ducatos* Regi præſtandos.

CVncta hæc ex autographis codicibus fidelitèr tranſlata ſunt, erátque anno 1578. hic ſtatus rerum, cum Rex Hiſpaniarum ad Portugalliæ imperium nondum eſſet provectus. Ejus opes ac qualitates ideo ſeparatìm poſteà proferemus. Omnes verò hi proventus relati promiſcuè reductâ ſummâ faciunt 13. *Millones* auri & 48 V 000. *Ducatos*; noſtrâ autè Belgicâ monetâ, ſi tres florenos in *Ducatum* cõputes, ſeu undecim Hiſpanicos *realos*, 452. *tonnas* auri & 44 V 000. *Carolinos* 40. *groſſorum* —— 452. *Tonnæ* auri. 44 V *Carolini*.

Eæ ſunt regis Hiſpaniarum opulentiæ, demptis Luſitaniæ regni divitiis, quas hodiè idem rex poſſidet.

Regna ſub Hiſpaniæ nomine, propriè Caſtiliæ comprehenſa, ſunt hæc, *Legio*, *Arragonia*, *Caſtilia*, *Navarra*, *Granata*, *Toletum*, *Valencia*, *Sevillia*, *Corduba*, *Murcia*, *Jaen*, *Gallicia*, *Gibraltar*, *Catalaunia*. XIV. numero habentur olim ſub regibus ſuis florentia ipſumque nomen hodie defendentia. Regna, provinciæ & urbes quæ in curia Hiſpaniæ conſcripto conſilio àc adhibita ſuper rebus gravioribus deliberatione conveniunt numerantur regna *Legionis*, *Sevilla*, *Toleti*, *Granata*, *Corduba*, *Murcia* & *Jaen*; Vrbes capitales, quæ ut Epiſcopatus habentur *Burgos*, *Salamanca*, *Segovia*, *Soria*, *Avila*, *Cuenca*, *Toro*, *Zamora*, *Guadalaxara*. Ex oppidis quæ Epiſcopum non habent ac tantum opidorum ſeu *villarum* nomine licet muris cincta ſint, aut ſine iiſdem, veniunt, duo duntaxat *Madrida* nempe & *Valledoletum* ſuffragium ferunt. Cætera regna Aragoniæ, Navarræ, Valenciæ, & Catalauniæ Proreges ſuos ac Præfectos ſeorſum habet, qui cum Regis conſilio imperant, ut *Sicilia*, Neapolis, àc Mediolani moderatores.

CAPVT III.

Brevis relatio rerum notabilium, ſitus, imperii ac proventus olim Luſitaniæ regni nunc Portugalliæ.

Magnitudo Portugalliæ.

REgnũ Luſitaniæ in circuitu 285. mill. comprehendit, nempè juxta marinam oram 135. mill. & terreſtri circuitu 150. mill. Vrbes habet 17. quæ in Hiſpania ac Luſitania *Ciudades* vocantur, quo nomine eæ duntaxàt inſignes ſunt, quæ Epiſcopum habent, capitaleſque exiſtunt, aut aliàs favore regio munitæ. *Villas* reliquas dicunt ſive eæ muris portiſque contineantur, ſeu apertæ pateant, quales multæ inveniuntur.

Vrbes.

Caſtella & Villæ.

Harum civitatum ſeu villarum & caſtellorum ſunt in Luſitania 470. exceptis pagis, vicíſque. Habet tres præcipuos portus, navibus ſiſtendis idoneos, nempè *Liſbonam*, *Portum* & *Setuballum*, alióſque tres in terra Algarve (quæ ad coronam Luſitaniæ itèm pertinet) nimirùm *Tavillam*, *Lagos* & *Villam Novam*. Clavis ac defenſio fluminis, civitatíſque Liſbonæ caſtrum S. Iuliani exiſtimatur, id objectum eſt oſtio primóque ingreſſui fluminis, quod Tagi olim Europæ illuſtriſſimum nomen tulit, nunc verò *Teio* dicitur.

Vici.

Portus.

S. Iuliani caſtrum.

CAPVT IV.

Juſtitia ac imperandi ratio in Luſitania.

PRimùm in Luſitania eſt Tribunal civile, cui judex *Regidor* dictus, cum duobus aliis judicibus præſidet; Tribunal criminale cum duobus judicibus; Auditor telonii regii *Alfandegæ* nomine, judex proprietatum ac beneficiorum. Octo judices orphanorum, unus Xenodochiorum. Summus unus judex *Correctur* dictus rerum Indiæ, Guineæ, Capitis Viridis, S. Thomæ & Braſiliæ. Ab hiſce omnibus ad civiles judices provocatio fit. Tribunal ſupplicationum cujus judices *Deſambargadores*, id eſt, relaxatores dicuntur magnę authoritatis homines, ut apud nos ſummi conſiliarii ac præſides. Hoc tribunal appellationes a civili judicio

Digitized by Google

judicio tangunt. Præfectus vocatur, supplicationum corrector. Duo judices, qui *Desambargadores da Fazenda*, id est, curatores & judices regiorum bonorum vocantur: Hi judicia inter regem privatósque terminant. Ab his nulla appellatio interponitur. Consilium ordinum, tribunal supremum, seu *Desambargadores* palatii; Tribunal Conscienciæ dictum, tribunal *des veadores da Fazenda*, id est, inspectorum tutorum ve regiorum redituum; Tribunal regiæ cameræ rationalis, quod sub inspectoribus istis cõsistit. Consilium status. Duo Ducum tituli. Vnus Marchionis. Decem Comitum cum singulorum qualitatibus. Arces Lusitanorum in Africa seu Barbaria sunt. *Tanger, Zepta, Arzilla*, insula *Madera*, insulæ Flandricæ, *as ilhas dos Açores* dictæ, nimirùm *Tercera, S. Michaelis, Sanctæ Mariæ, S. Georgii, Pico, Fayael, Grátiosa*; insulæ *Flores* & *Corvo*, insulæ Capitis Viridis, nempè *S. Iacobi, O Fogo, Mayo, Boa Vista, Sant Antonio* & *S. Nicolai*; *Arguyn* arx in Guineæ terra, fodina S. Georgii, castellum eadem in ora Æthiopiæ, item juxta eundem tractum insula Principis, S. Thomæ, *Atubon*. Regnũ Congi & Angolæ eâdem in Æthiopiæ ora sub tributo regis Lusitaniæ jacet. Insula S. Helenæ. Ad aliud capitis Bonæ spei latus: Arx *Soffala*, insula Mossambicquæ, insula Ormutii inter Persiam & Arabiam sita, civitas & arx Diu; Vrbes & arces *Damam, Bacayn*, Chaul, Goa, ubi proreges habitant sitæ in ora Indiæ. Vrbes & arces *Honor, Barcelor, Mangalor, Cananor, Cranganor, Cochyn, Coulan*, juxta eandem oram sitæ, quam *Malabar* vocant. Arx in Seylon insula *Columbo* dicta. Vrbes *Negapatan, S. Thomæ* juxta oram *Choromandel*. Vrbs & arx Malaccitana. Insulæ *Molucca* nempè *Tarnate, Tydor, Banda* & *Amboyna*. Terra oráque Brasiliæ porrecta in 500. mill. in 8. Capitaneatus distributa, unde quotannis in Portugalliam devehuntur supra 150 V. millia *Arrobarum* saccari, continente Arroba unâ 32. põdo; Portus *de todo os Sanctos* sive omnium Sanctorum, ubi Brasiliæ Gubernator degit.

Arces Lusitanorum in Africa.

Insulæ.

Ordinarii reditus Lusitanicæ coronæ in singulos annos *millionem* auri superant & centena *ducatorum* millia. Reditus seu proventus magistratuum Crucigerorum, quorum hodie rex magister est, ad quos pertinent insulæ Flandricæ sive *Açores*, Madera, Capitis Viridis insulæ, S. Thomæ, Principis insulæ, quotannis sunt 200 V. millium ducatorum. Fodinæ reditus, qui magistratus Crucigerorum à Christo vocatorum est, quotannis fert 100 V. mill. *ducatorum*. Reditus seu vectigalia aromatum & obventionum ex Orientali India quotannis sunt 600 V. millium ducat. id est, 18. *tonnarum* auri. De vectigalibus & tributis ex mercibus advenientibus hanc summam colligi posse intelligo. Alii enim proventus fructusque terræ in ejusdem defensione facile consumũtur. Ergo reditus Lusitaniæ regni terrarumque eidem obedientium faciunt 2200 V. millia ducatorum nempe 66. *tonnas* seu vasa auri.

Reditus Lusitaniæ Regis.

CAPVT V.

Annua impendia regni Lusitaniæ.

STipendium seu præmium ministrorum seu administratorũ justitiæ in firma terra quotannis evincit 100 V. mill. ducat.

Tencæ s. dona, seu privilegia honoraria, quibus rex suos adficit ex munere, pensionémque ad vitam duntaxat præbet subducunt 300 V. mill. Ducat.

Iuras seu perpetui census irredimibiles, quos impositos dominiis tributísq. regiis habent, ac in successores abeunt singulis annis auferunt 150 V. mill. ducat.

In defensionem arciũ munimentorúmq. Africæ seu Barbariæ singulis annis requiruntur 300 V. mill. ducat.

In sustentationem quinque triremium quotannis 50 V. mill. ducat.

Ad instruendam annuam classem præsidiariam navibus Indię 300 V. mill. ducat.

Moradia seu salaria concessa evocatis quibusdam, quos rex ministros regiæ domus & equites mille penè titulis indigitat, avenę equis emendę gratia, licèt ipsa summa exigua sit, nobilesq. il nunquam equum alant 80 V. mill. ducat. auferunt. Hujus salarii nomine multum sibi gratulantur Lusitani, velut summo honore a rege adfecti, quamvis idipsum tenue sit, ac vix solvatur.

Impensæ & necessaria in cubiculum domúmque regis Lusitaniæ ordinariè singulis annis 200 V. mill. ducatorum attrahunt; eæ locari solebant, ut etiamnum hodie cum impẽsis mensę *Don Alberti* Cardinalis Austriaci Gubernatorísque Portugalliæ.

In defensionem munitionemq. arcium regni Portugalliæ 200. mill. Ducat.

Vt in summa eæ impensæ subducant 1680 V. mill. Ducat.

CAPVT VI.

Civitas Lisbona.

LIsbona habet triginta duas Parochiales Ecclesias ac supra undecies mille ædes, quibus supra vicies mille habitacula continentur, excepta etiãnùm Aula regia ejusq. membris. Habet supra 120 V. mill. homines inter quos amplius quam 10. mill. Nigritæ existunt ac mancipia. Quæ omnia constant ex notatis libríque Parochorum, qui quotannis suis in Parœciis homines annotant. Excipiuntur etiamnúm ab hoc numero Aulici, Cœnobitæ, Xenodochii ægri ac ministri, item advenę omnes cum tanta sit monasteriorum clausstrorúmque multitudo,

Digitized by Google

multitudo, ut locum qualem ædes tenent & ipsa facile occuparent. Sacellorum ac ædicularum sacrarū infinitus numerus est. Plateæ 350. numerantur, exclusis vicis obliquis, ac iis qui pervii nequaquam sunt, quorū inenarrabilis multitudo perhibetur.

CAPVT VII.

Relatio brevis Regum Lusitaniæ usque ad Philippum Caroli V. filium qui hodiè hoc regnum moderatur.

Ex Lotharingiæ Ducibus Reges Lusitaniæ ducti.

PRimus Lusitaniæ Rex fuit *Alfonsus Henriques* filius Comitis Henrici, qui ut annales referunt, gnatus fuerat Ducis Lothareni, ut alii existimant Regis Hungariæ: Verior tamen opinio Ducem Lotharingiæ patrem tradit. Is adveniens in regis Hispaniæ aulam, zelo excitatus ardenti, contra infideles Mauros qui tum penè totam Hispaniam, ipsamque Lusitaniam occupabant mirabilitèr armis sese exercuit, fælici plane fortitudine, ut conjugio regii sanguinis dignus habitus, honorario connubio regis filiam in uxorem acciperet, dotemq. subjugatam Lusitaniæ provinciam. Is tū Portugalliæ comes dictus. Filius huic prædictus Alfonsus nascitur anno 1094. qui maximam Lusitaniæ partē Mauris ereptam imperio suo subjecit, ac Principis titulo, qui in Hispania regum filiis successoribúsq. regni conceditur per 27. annos rexit, ac demum existens annorum 45. Rex coronatur, privilegio favoreque Pontificis Romani. Ab eo tempore Reges Portugalliæ dicti. Primus rex annorū cùm esset quinquaginta duorum uxorem duxit, atque ex ea filium, tresque filias generavit, antè filio ac filia illegitimis auctus. Regnavit 46. annis. Moritur in urbe *Coymbra*, jacetque cadaver sepulchro conditum in S. Crucis monasterio quod ipse ædificari fecerat, ut & cœnobia *Alcobacæ* & S. Vincentii extra Lisbonam.

Alfonsus I. Rex.

Hic idem Rex urbem Lisbonam cœpit auxilio Germanorum seu Belgarum, qui dùm Terram sanctam petunt, belli gerendi causa contra infideles, tempestate compulsi fortè fortuna in has oras devenerunt, motíque justis regis precibus, arma eadem in Mauros Lusitaniæ tum possessores converterunt, quibus Lisbonam aliáq. loca plurima fœlicitèr eripiunt, regemque regni sui compotem faciunt. Plurima inde præmiā ergo beneficia in Germanicam nationem regio edicto manarunt, nempe immunitas vectigalium ac tributorum, circa ea quæ necessaria sunt sibi, familiaque suæ; item libertas vestimētorum induendorum, moniliúmque gestandorum cujusvis generis, concesso eodem privilegio item uxoribus, licet ipsæ Lusitanæ sint. Etenim incolæ legibus circa vestimenta coercentur. Possunt adhæc nocturno tempore quinque sexve ministris comitati, sine luce aut cum facibus telis accincti cujusvis generis ambulare, quæ facultas incolis omnino denegata est. Nemo item judicum Germanos domo clausos apprehendit. Nemo judicat; nisi in crimine læsæ Majestatis. Cetera proprius judex à rege ordinatus, qui *Juis des Alemayns*, id est, Iudex Alemannorum vocatur cognoscit. Ædes eorum rex ad suos vel aulę usus, ut sæpe incolis fit, convertere nequit; ad ministeria aliqua, seu officia non compellit, tributis in defensionem regionis non coërcet. Iter facientibus hospitii commoditas præ reliquis patet. In summa plurimis gaudent immunitatibus, quas hic omnes brevitatis intuitu, quam adfecto non enarraverim. Præcipua tantum capita elegi, ex quibus nationis nostræ gloria cognosci potest, quæ & hodie aucta, stricta observatione eorundem edictorum Lisbonæ floret.

Germanorū virtus.

Eorū privilegia Lisbonæ.

Sanchius Rex secundus filius supradicti nascitur anno 1154. Coronatur annorum 31. Habuit liberos utriusque sexus 15. Regnavit 27. annis. Moritur in urbe *Coymbra*. Anno 1212, existens 58. annorum. Sepelitur in S. Crucis monasterio. Sanchius Rex II.

Alfonsus ejus nominis secundus tertius rex fit 25, annos natus; moritur anno 1223. sepultus in monasterio *Alcobassæ*. Alfonsus Rex III.

Sanchius Capellus quartus rex filius supradicti Alfonsi, coronatur annos natus 16. moritur in urbe Toletana anno 1247. sepelitur in majori templo. Sanchius Capellus rex IV.

Post obitum ejus rex coronatur frater, comes Boloniæ fitque quintus rex, regnavit 31. annis, moritur Lisbonæ. Anno 1279, sepelitur in *Alcobassæ* monasterio. Frater Sanchii Rex V.

Dyonisius filius mortui, Lisbonæ rex suscipitur, 18. annorum existens, sextusque rex fit. Imperat 46. annis, moritur in urbe *Sant Arein* anno 1325. 20. Ianuarii cùm annos natus esset 64. Sepelitur in monasterio *Olivellas* quod duobus mill. à Lisbona distat à se conditum. Vxorem duxerat Petri regis Aragoniæ filiam, quæ hodie inter sanctos relata est, ac monumentū habet in civitate *Coymbra*, ibi multis miraculis scatet. Dyonisius Rex VI.

Post hunc regnat septimus rex *Alfonsus Brabus*, i. audax; coronatur in urbe *Sāt Arein* natus 35. annos. Regnat annis 31. Lisbonæ moritur mense Majo anni 1356. sepelitúrq. in magno magnæ Ecclesiæ Choro. Hic Mauros *Salado* debellavit auxilio Regis Castellæ. Alfonsus Bracabus Rex VII.

Filius ejusdem *Petrus* octavus rex terram in pace bona & justitia administravit. Moritur anno 1366. sepultus in monasterio *Alcobassæ*. Filium habebat Fernandum ac ante connubium ex *Dona Yñes* seu Agnete de *Castro* Iohannem & Dyonysium. Petrus Rex VIII.

Post hujus regis obitum Fernandus prædictus coronatur nonus Portugalliæ rex. Vxorem duxit *Leonoram Gundisalvā Tesses* quæ antea maritum habuerat *Laurentium Vaaz de Cunha*, cui vi à rege erepta in ejus consortium Fernandus IX. Rex

consortium concessit. Aliàs imperavit annis 17. legum custos, & vindex facinorosorum, vagorúmq. hominum. Moritur anno 1383. cùm 43. annorum esset. Sepelitur in S. Francisci choro in urbe *Sant Arein*.

Post obitum Fernandi ex Castilia rex *Ioannes* cum uxore Beatrice advenit, susceptur us regni Lusitaniæ coronam. Sed obstitit filius illegittimus regis Petri, àc frater Fernandi qui regem Castiliæ devincit ac fundit in *S. Georgii Campo* memorabili prælio, cujus rei gestæ in memoriam opulentum ibidem cœnobium condit, quòd à pugna nomen dat. Idem ergo illegittimus coronatur rex Lusitaniæ decimus, existens annorum 38. Vixit 76. annis, moritur 14. Augusti anno 1433. sepultus eodem in Pugnæ monasterio. Hic arcè urbémq. *Septam* Mauris in Africa abstulit, patérque fuit Fernandi principis, qui hodiè inter Sanctos numeratur.

Iohannes Rex x.

Post eum regnat filius *Duartus* seu *Eduardus* undecimus Lusitaniæ rex. Vixit 42. annis; regnavit 5. Obiit in palatio conventus S. Thomæ. Anno 1438. sepultus in Pugnæ cœnobio.

Eduardus Rex XI.

Alfonsus suprædicti regis filius nascitur in urbe *Sant Arein* anno 1432. verùm cum 6. tantum mortuo patre annorum esset, ejus vice regnat infans *Petrus* usque in annum 1448. quo Alfonso regnum traditur duodecimo Portugalliæ regi. Obiit in urbe *Sant Arein* eodem in cubiculo in quo natus fuerat 28. Augusti anno 1481; apud avos sepelitur in monasterio Pugnæ.

Alfonsus Rex XII.

Sequitur eum filius *Iohannes* cognomèto *Magnus*, secundus ejus nominis, decimus tertius Lusitaniæ rex. Nascitur Lisbonæ quarta Maii anno 1455. Hic judicio publicè damnatũ decapitari jussit Fernandum ducem *Bergancæ* nempè in foro urbis *Eboræ* 22. Junii anno 1483. suáq. manu interfecit pugione *Dominicum* ducem *Begiæ* fratrem uxoris suæ Leonoræ; Manuelem fratrem ducis mox evocans, eique ducatum tradẽs. Vixit 40. annis. Obiit *Alvori* in Balneis 25. Octobris anno 1495. sepultus in monasterio Pugnæ.

Iohannes Magnus Rex XIII.

Hujus regis ex testamento regnum suscipit dux *Visei Emanuel*, sitque decimus quartus Lusitaniæ rex, coronatur in *Alcaçer do sal* 27. Octob. anno 1495. Hic Judæos omnes ad baptismum compellit, inuitósq. Lisbona expellit anno 1499. undè & portæ *Morire* hodie nomen est. Ejus tempore inter hosce novos Christianos ac plebem Lisbonæ ingens tumultus oritur, dissipantúrque facultates Iudæorum, officinæ àc ædes confringuntur, cum multorum internecione. At regis acerbâ vindictâ demùm vindicatur pacatúrque. Idem primùm direxit navigationem in Orientalem Indiam portusque terræ Præsbyteri Iohannis; adjecit item imperio suo arces urbesq. *Saffyn* & *Azamor* in terra Africa. Obiit Lisbonæ S. Luciæ festo anno 1521. sepeliturque in monasterio *Bethlehem*.

Emanuel rex XIV.

Post ejus obitum regnat Iohannes tertius, decimus quintus Lusitaniæ rex, natus mense Iunio, anno 1502. in urbe Lisbonæ ubi rex suscipitur anno 1521. Hic pacificæ naturæ, liberalis, amicissimus clero, artibúsque liberalibus universitatem Coymbricensem instituit, obiítque 11. Iunii. Anno 1557. sepultus in monasterio Bethlehem.

Iohannes Rex XV.

Hunc sequitur *Sebastianus* decimus sextus rex. Hic principis Portugalliæ filius erat, fillii suprædicti regis Iohannis, qui vivente etiamnùm patre Ioannam Caroli Quinti Imperatoris filiam, sororémque Philippi regis Hispaniæ uxorem duxerat. Etenim vita fungitur prægnante uxore, quæ Sebastianum parit regem post avi sui obitum die S. Sebastiano sacro anno 1553. Idem anno 1578. magno cum exercitu in Africam transmittit, ibíque à Mauris cum suis cæditur, remanétibus quibusdam captivis.

Sebastianus Rex XVII.

Post eam cladem inauguratur in Lusitania Henricus Cardinalis avunculus magnus prædicti regis Sebastiani, erátque decimus septimus Lusitaniæ rex. Obiit anno 1580. testamento instituens Philippum Hispaniæ regem, ut legittimum successorem regni Portugalliæ, quòd pater ejus Carolus V. uxorem habuisset filiam majorem natu Emanuelis, Philippi regis matrem, sororemq. avi Sebastiani ac suprædicti Henrici, licet frater alter superfuisset ejusdem Henrici Ludovicus dictus, qui filium reliquerat Antonium Priorem Ocratensem Crucigerorum militum S. Iohannis à Lusitanis in regem ideò expetitum. At pervicit rex Philippus, expellítque Antonium; Regni coronam suscipit, anno 1581. in monasterio S. Thomæ inauguratus per tres status seu ordines regni, nempè clerum, nobilitatem & tribunos plebis; ac rex legittimus proclamatus. Erátque Lusitaniæ rex decimus octavus redactâ coronâ Portugalliæ ad Castellanorum imperium, cùm 442. anni effluxissent sub Lusitanis regibus, facto initio primùm à ducibus Lotharingiæ & Castellæ regibus, àc nunc terminato iisdẽ principibus.

Henricus Rex XVII.

Philippus rex XIIX.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX SEV ELENCHVS

Itinerarii.

Cap. 1. EXordium Navigationis *Johannis Hugonis*, ejusque abitus ex Hollandia in Hispaniam, cum gestis rebus eo tempore quo ibi moratur, usque in discessum suum ex Lisbonæ portu in Indiam Orientalem. —— Pagina 1.

2. Principium Navigationis suæ in Lusitaniæ seu Orientis Indiam. —— pag. 2.

3. Ordo Navium Indiæ in Orientalem Indiam navigantium. —— pag. 3.

4. Descriptio *Moßambicquæ*; —— pag. 6.

5. Descriptio oræ Arabiæ fœlicis sive Rubri maris usq. ad Insulã & arcẽ Ormutii. — pag. 9.

6. Descriptio Insulæ & civitatis Ormutii. —— pag. 10.

7. Ora Ormutiana usque ad Civitatem seu insulam *Diu*. —— pag. 12.

8. Insula *Diu* olim *Alambater* cum propugnaculo. —— pag. 12.

9. Regio Cambaiæ. —— pag. 12.

10. Ora Indiæ, portus ac loca ejusdem. —— pag. 13.

11. Ora Indiæ ab Vrbe Goa usq. ad Caput Comorinense quæ Malabarẽsis dicitur — pag. 14.

12. Declaratio Regum, eorumq. Origo, divisionis regionis, tractusq. *Malabar.* — pag. 15.

13. Insulæ *Maldiva* sive *Malediva*. —— pag. 16.

14. Insulæ *Seylon* descriptio. —— pag. 16.

15. Ora *Choromandel*, Regnum Narsingæ sive *Bisnagar*. —— pag. 17.

16. Regnum *Bengala* & flumen Ganges. —— pag. 18.

17. Tractus & terræ *Aracan*, *Pegu*, & *Sian* usque ad extremitatem Singapuræ & civitatem ac arcem Malaccæ. —— pag. 19.

18. Civitas Malacca cum Arce. —— pag. 21.

19. Sumatra olim Taprobana. —— pag. 21.

20. Iavæ descriptio, merces, negotiatio, pondo, moneta, pretia, &c. incolis in usu — pag. 22.

21. Moluccæ Insulæ. —— pag. 23.

22. C. Singapuræ usque ad vrbem *Sian*. Ora Camboiæ & Cauchinchinæ, Insulæ *Borneo*, *Lussones*, *Manillia*, *sive Philippinæ*. —— pag. 25.

23. Opulentia, fælicitas munitiones regni Chinæ, aliaque memorabilia. —— pag. 25.

24. Provinciæ, vrbes, aliáque memorabilia Regni Chinæ. —— pag. 27.

25. Civitas & insula Machau in China vbi Lusitani negotiantur & habitant; ejus negotiationis ratio, pretia, mensuræ & moneta, cùm Chinæ tùm Malaccæ. —— pag. 29.

26. Insula Iaponia. —— pag. 30.

27. Brevis descriptio tetræ post Goam in cujus Territorio ipsa Goa jacet. Origines Regum Dominorumq. nomina eorundẽ. Ex annalibus monumentisq. ipsorũ Indorũ. — pag. 32.

28. Vrbs & Insula Goæ: Caput Indiæ. —— pag. 24.

29. Mores Lusitanorum Mixtorumque ex iis progenitorum, tam eorum qui Goæ, quam qui in Cæteris Orientis provinciis habitant. —— pag. 36.

30. Lusitanorũ Mixtorumq. ratio familiaris, comitates, nuptiæ, aliiq. ritus in India. pa. 38.

31. Mulierum Lusitanorum Mixtorumque in India ritus ac mores. —— pag. 40.

32. Proregis Indiæ dignitas, ejusque in Vrbe Goa potestas. —— pag. 42.

33. Ethnici, Indi, aliique exteri Goæ habitantes. —— ibidem

34. Tempestates Indiæ infirmitates, &c. —— pag. 44.

35. Moneta, ponderа, & mensuræ Indiæ ac Goæ. —— pag. 45.

36. Indorum *Brameni* sive sacerdotes, ac ministri Idolorũ; vita ritusq. eorundẽ — pag. 46.

37. Gusuratæ & Banjanes ex Cambaia. —— pag. 47.

38. Canaræ & Decanini. — pag. 48. 39. Canarini & Corumbini Indiæ. — ibid.

40. Arabes & Abexini Indiæ incolæ. —— pag. 49.

41. Nigritæ ex Mossambicqua quos *Caffres* indigitant. —— pag. 50.

42. Ritus Moresque Malabarensium & Nayrorum Indiæ. —— pag. 51.

43. Mauri & Indiæ Iudæi. —— pag. 52.

44. Idola Indorum ac religiones. —— pag. 52.

45. Animalia Indiæ. —— pag. 54.

46. Elephas. —— pag. 55.

47. *Abada* sive Rhinoceres. —— pag. 56.

48. Pisces ac Indiæ monstra marina. —— pag. 57.

49. Fructus Arbores, plantæ, uulgaresq. Indiæ herbę; præcipua *Ananarũ* descriptio. pa. 58.

50. Iaqua sive Iaacca. —— pag. 59.

51. Mangæ. —— pag. 59.

52. Cajones. —— pag. 60.

53. Iambi. —— pag. 61.

54. Alii Indiæ fructus. —— ibidem

Ficus

Digitized by Google

55. Ficus Indiæ — pag.62.
56. Palma Indiæ quæ *Cocos* nuces fert — pag.64.
57. Duriones Malaccæ — pag.66.
58. Arbor radicum, Bambus ſive Arundo Indiæ — ibid.
59. Arbor triſtis — pag.67
60. Folia Bettelæ fructúſque Areccæ — pag.68
61. *Dutroa* herba, *Sentida* ſive Sentiens — pag.70
62. Aromata, ſpecies, plantæ, &c. àc primum de Pipere — ibid.
63. Cinnamomum — pag.71
64. Zingiber — pag.72
65. Caryophyllon — pag.72
66. Macis, nux myriſtica — ibid.
67. Cardamomum — pag.74
68. Lacca — ibid.
69. *Annil* ſive *Indigo* — pag.75
70. Ambarum, Muſcus, *Algallia* ſive Zibethum — ibid.
71. Benzoinum Gummi — pag.76
72. Thus & Myrha — pag.77
73. Manna & Rhabarbarum — ibid. 74. Sandali lignum — ibid.
75. *Palo de Cobra* ſiue lignum Serpentum — pag.78
76. Lignum Calamba alitèr lignum Aloes — ibid. 77. Radix China — ibid.
78. *Amſion* aliter Opium — pag.80. 79. Bangua — ibid.
80. Camphora — pag.81. 81. Tamarinium — ibid.
82. Myrabolani, Chebulæ, Indæ, &c. officinis Chebuli, Indi, Bellerici, &c. — pag.82
83. Species aliæ herbæque Indicæ — pag.83
84. Hiſtoria margaritarum — pag.85. 85. Adamas — ibid.
86. Pyropi, Spinelli, Granati, Smaragdi, aliíque nobiles lapides — pag.80
87. Lapis Bezar — pag.87
88. Æſtimationis lapidum ac Adamantis ratio — ibid.
89. Pyropi ſive Rubini — pag.89
90. Veteſti & Orientales Smaragdi, eorumque æſtimatio — pag.90
91. Margaritæ ſive baccæ Orientales — pag.91
92. Hiſtoria diverſarum rerum in India geſtarum Iohannis Hugonis tempore — ibid.

Adventus triũ Laponiæ principũ Goã, eorúmq. navigantiũ in Europã ſucceſſus — ibid.
Pax inter Luſitanos & Samorinum — ibid.
Telonium Cochini inſtructum — pag.92. *Duartius Meneſius* prorex — ibid.
Bernardi Burcherts ſocii Iohannis Hugonis diſceſſus — pag.93
Obitus patris Iohannis Hugonis — ibid. Obitus principis Auriaci — ibid.
Naufragium navis S. Iacobi prætoriæ — pag.93
Turcæ naves Luſitanorum mercatorum capiunt — pag.95
Expeditio in Turcas Rubri maris — ibidem
Regina Ormutii baptiſata Goæ ejuſque mors — ibidem
Naufragium navis *Boa viagen* pag.96. Archiepiſcopi ex India diſceſſus ibid.
Hiſtoria pereuntis navis *Arelikia* — ibid. Malacca obſeſſa — pag.97
Expeditio claſſis inſtructæ contra civitates Melindæ — ibidem
Navis S. Salvatoris erepta periculo pa.97 Obſidio arcis *Columbo* in Zeylon pa.98.
Levatur obſidio — ibid. Victoria *Pauli de Lyma* contra reges Sumatræ ibid.
Mors proregis *Duartii Meneſii*, & exequiarum ritus — ibidem
Hyems triſtis — pag.99. Cædes Belgæ cujuſdam, ejuſq. hiſtoria — ibid.
Mors Archiepiſcopi *Fonſecæ* — pag.102
Abitus Iohannis Hugonis ex India in Luſitaniam — ibidem
Conducendi Piperis ejuſque ſuſcipiendi ratio — pag.103
93. Reditus Iohannis Hugonis ex India in Luſitaniam — pag.105
94. Inſulæ S. Helenæ deſcriptio pag.110. 95. Inſulæ Aſcenſionis deſcriptio pag.112
96. Inſularum Canariarum brevis deſcriptio — pag.113
97. Inſularum *Aſores* ſeu Flandricarum deſcriptio — pag.115
98. Inſulæ *Corvo* & *Floros* — pag.118
99. Geſta quædã memorabilia tẽpore quo Iohannes Hugo in Tercera morabatur pa.119
Homines duo fulmine interempti — pag.119
Navium quatuordecim adventus ex Hiſpaniarum India — ibid.
Adventus ſex Indiæ navium in *Fayali* inſulam — ibid.
Duarum navium adventus in Terceram magnis cum divitiis — ibid.
Duæ naves occupatæ ab Anglis in conſpectu Terceræ — pag.119

Relatio

Index pro Bibliopegis.

Relatio captarum fractarúmque navium Hiſpanicæ Indiæ, Braſiliæ, Guineæ, Capitis Viridis, &c. anno 89 —— —— —— pag. 120
Adventus claſſis e *Sevilla* in Terceram argento ſuſcipiendo quod ibi relictũ erat — ibid.
Cometæ adſpectus in Tercera —— —— —— ibidem
Claſſis Anglorum quæ Orientalem Indiam petierat ſucceſſus —— pag. 121
Claſſis ſub *Martino Forbiſchero* — ibid. Mathiæ Albucquercii conditio — ibid.
Angli naves capiunt in Indiam miſſas, & ex Fodinæ loco venientes —— pag. 122
Terræmotus terribilis — ibid. Claſſis Hiſpanorum in Terceram miſſa — ibid.
Richardi Groenveldii facinus —— —— —— ibid.
Mira ejus pertinacia in calicis vitrei manducatione —— —— ibid.
Terribilis navium fractura circa claſſem Indiæ, ac Hiſpaniæ in conſpectu Tercerę, diráque calamitatis ejus exempla —— —— —— pag. 123
Johannes Hugo abit ex Tercera ac in Hollandiam redit —— ibidem.

In ſecundo libro continentur.

DEſcriptio Guineæ, Congi, & Angolæ, totiúſq. Africani tractus pag. 3. & ſequentibus.
Navigationum trium, Batavorum in Septentrionales oras detegendi freti Vaygats gratia Hiſtoria vera —— —— —— pag. 17. & ſequentibus.
Altitudines locorum variæ, Compaſſorum differentiæ, & Quæſtiones ſolutioneſq. variæ.
Breviarium reditũum Regis Hiſpaniæ —— —— pag. 37.
Hiſtoria regni Regúmque Luſitaniæ —— —— pag. 42.

Sequitur Tabula ſeu Index locorum foliorúmque quibus apponi hujus libri Charta Geographicæ ac figuræ debent in Bibliopegorum inſtructionem.

PRimum urbs & inſula Moſſambicquæ —— —— pag. 6.
Malaccæ & Iavæ homines —— —— —— pag. 20.
Chinenſes viri ac fœminæ ambulantes —— —— pag. 26
Chinenſes qui geſtantur ac animi gratia proficiſcuntur ordine inſequuntur — ibid.
Naves e China —— ibid. Vrbs Goa —— pag. 34
Forum ſeu præconium Goæ — pag. 38. Luſitani euntes & ambulantes — pag. 40
Luſitani Equites —— ibid. Luſitani in *palanquinis* ſeu lecticis — ibid.
Naves celoces quibus in bello utuntur —— —— ibidem
Mulieres Luſitanorũ ambulantes - pag. 42 Mulieres in *palanquinis* detectæ — ibid.
Mulieres contectæ *palanquinis* — ibid. Mulier quæ noctu templa obit — ibid.
Brameues, Decaniini & *Banjanes* —— —— —— pag. 50
Nuptiarum ritus —— ibid. Bramenis mortui rogus —— ibid.
Legati Regis Ballagattæ in urbe Goa comitatus —— —— ibid.
Agricola Indus Laſcarinus & *Balhadera* —— —— ibid.
Indorum caſæ, villæ, & vici circa Goam —— —— —— ibid.
Scaphæ piſcatoriæ quibus in fluminibus utuntur —— —— ibid.
Arabes & Abyſſini cum uxoribus — pag. 52. Nigritæ ſeu *Caffres* — ibid.
Cochini Rex Elephante vectus — pag. 54 Malabares & Mauri Cananor — ibid.
Provinciæ Pegu incolæ, &c. —— ibid. Idolorum ædes —— ibid.
Fructus Mangæ, Cajus, Iambi, Iaquæ, &c. —— —— pag. 61
Nuces Indicæ ſeu palmæ —— —— —— pag. 64
Arbor radicum, Duriones & Bambus —— —— pag. 66
Arbor triſtis —— pag. 68. Inſula S. Helenæ —— pag. 110
Inſula Aſcenſionis — pag. 112. Vrbs Angra inſulę Tercerę — pag. 115.

Tabulæ Geographicæ ubi ponendæ.

GEneralis orbis tabula —— —— —— pag. 2.
Tabula Africæ extremæ uſque ad mare Rubrum —— —— pag. 8.
Tabula Rubri maris uſque ad Bengalam —— —— pag. 12.
Tabula Malaccæ, Sumatrę inſularumque Iavę, Moluccarum, Chinæ, &c. — pag. 22.

In libro ſecundo.

Tabula Guineæ, Angolæ, &c. —— —— —— pag. 3.
Charta Septentrionalis tractus fretique Vaygats —— —— pag. 17.
Tabula Antilliarum & Braſiliæ —— —— —— pag. 37.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google